FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumq́ue, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Visual Library

X C 341 (2)

Franckesche Stiftungen zu Halle

SALOMONIS,

Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi,

PROVERBIA

&

ECCLESIASTES.

Uterque Canonicus liber, secundum Fontem Ebræum, METAPHRASI EPICA explanatur: ita quidem, ut hæc ipsa, cum ARGUMENTO, seu lemmatibus CAPITUM præfixis; subjuncto PARALLELISMO, VERBALI ac REALI, utrumque intra librum versante potissimum, notisque PATRUM insertis; item, INDICE locupletissimo; Commentarii loco inservire possit,

Accedunt

SACRA ANNIVERSARIA.

NATALITIA. PASCHALIA. PENTECOSTALIA. PASSIONALIA.

Autore

D. JOACH. JUSTO BREITHAUPT

Northemio, Abbate Magd. Berg. R. Consist. & Th. Fac. Seniore, Gen. Superintend. Direct. Sem. Th. & Sacr. Hildersleb.

MAGDEBURGI,

PROSTAT IN OFFICINA SALFELDIANA.

1717.

Franckesche Stiftungen zu Halle

REGII CONSISTORII ECCLESIASTICI,

Quod ſedet HANNOVERÆ,

Reverendiſſimo DIRECTORI,

Summè Reverendis, Magnificis,

CONSILIARIIS reliquis,

Hanc

PROVERBIORUM METAPHRASIN,

usque adhuc per quadraginta annos dicans;

unà cum annexâ ECCLESIASTÆ metaphraſi,

atque additis SACRIS anniverſariis,

omnique ſuo ſtudio

& precum apud DEUM & officiorum,

autor dedicat.

VEnerabili Collegio Veſtro reddendum vel tandem eſt, quod debeo. Jam enim tot anni effluxêre, poſtquam, in primâ juventute meâ, (deſiderans, vitæ curſum inſtituere haud perperam) induſtriæ partem in meditandis *Salomonis Adagiis* ita poſui, ut, firmio-

mioris fructûs capiendi ergo, versibus illa *Epicis* explicare contenderem. Atque, ut dicam, quod res est, inde ab instituti hujus initio, ipsoque à *Jubilæo* Academiæ Juliæ, quod celebrabamus a. 1676., animus in me hæsit, fortasse non vituperandus; si DEI gratiâ absolverem laborem isthunc, & in lucem proferrem publicam, Patriæ Hannoveranæ Consistorio Ecclesiastico eum consecrare. Ut verò juvenum destinata sufflaminantur facillimè: posteà, tam studiorum Theologicorum varietas, quæ tum maximè ardorem urgebat meum, quàm deinceps negotia publicarum, volente sic Deo, functionum, partim *Academica*, partim *Ecclesiastica*, (in quæ mox *Holsatia*, *Franconia*, *Thuringia*, & *superior Saxonia*, ætatem floridam pertraxerunt) licet nunquam me prorsus avulserint à proposito, saltem prohibuêre diutiùs, quò minùs operi maturam manum atque ultimam imponere potuerim. Enimverò abfuit tantum, ut intereà intercideret desiderium prosequendi, quod cœperam, ut potiùs quotidianus agendorum usus, non modò subinde juvaretur Salomonis dictorum memoriâ; sed juberet quoque, sententiam, quæ commodum attulisset, quamlibet, perinde ac grati animi caussâ, Poësi exprimere. Crescente igitur ex his Proverbiis *Canonicis* emolumento, simul insidens mihi accrevit amor, singula contexendi carmine Latino generosiore: quoad hujus indolem genus docendi *proverbiale* admittit. Quoniam autem, monente Poëtâ,

Vitæ

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam: à Divinâ indulgentia impetravi denique, ut Metaphrasin ab ovo recensuerim, suppleverim ex apparatu olim congesto, limâque necessariâ sim persecutus, senio subrepente. Quocircà nunc, annum agens sexagesimum, haud temerè usurpare hac de re videor, quod AUGUSTINUS in libros de *Trinitate* scribit ad Aurelium, Carthaginensem Episcopum: JUVENIS, INCHOAVI; SENEX, EDIDI.

In elaborando, ad mentem enucleandam veram plenamque, adhibui cum Hebraico *Fonte*, ac *Versionibus*, ex *Commentatoribus* præcipuè Martinum GEIERUM: qui, & jucundus acceptusque extitit, vel propterea, quòd discipulus atque auditor genuinus fuit Martini TROSTII Wittebergensis, mihi è Majoribus meis charissimi; cujus, Præceptoris sui, ipse B. GEIERUS gratissimam sæpe injicit mentionem; & antiquis sine dubio præferendus omnibus est. Nam *Exegetæ* is partes in hunc librum Biblicum exhaurit tantopere, ut pondere judicii (secundum exploratas rationes *Patrum*; item *Aben-Esræ*, *Cornelii à Lapide*, *Merceri*, multoque plurium: & maximè, ut testantur *Prolegomena in Ecclesiasten*, ex inductione Locorum Scripturæ, Fidei & Textuum analogiâ, Canonibus Hermeneuticis, ac rerum substratarum indole, admirandis perspectâ undiquaque modis) ubique admoto, nihil optandum ferè sit exquisitius, nihil circumspectius: præsertim quum nusquam plenius,

quàm in Proverbiis, videatur præstitisse, quod observat in Ecclesiast. XII, 9. *a Sapientibus exploranda minutissima quæque, ad cognitionem Veri & Boni facientia: attendenda sunt caussæ, circumstantiæ, requisita. &c.* Quanquam ego nihilominùs, in aliquibus locis, cogitationes Sebastiani Schmidii, tanquam posteriores, haud prætermisi. Cæterùm, etsi non potuit fieri, quin mihi etiam, in recognitione solicitâ, de *sensu* atque *usu* nascerentur annotationes sub manu: eas tamen adjicere fusiùs *Metaphrasi*, præterquam quòd ipsa, in *Argumento Capitum*, ac *Parallelismo*, Patrumque *testimoniis*, continet plerasque; minimè vacat. Neutiquam enim decuit, immemorem me Salomonis, &, optimi interpretis, Geieri esse: cùm ille Proverb. XXV, 16. præcipit, *comedendum mel*, quatenus hoc cuivis conveniat; & hic quidem, ad officia publica & privata id scitè accommodans: *Si quis*, inquit, *totus sit in linguarum, vel historiarum, vel metaphysicarum logicarumq; subtilitatum* (aliarumve commentationum, non tam necessariarum, quàm utilium) *studio; quid, quæso, commodi capient interea Ecclesia, Respublica, Oeconomia?* si quis videlicet gravioribus harum occupationibus religiosè mancipatus fuerit.

Accessit interim ejusdem Salomonis Ecclesiastes, modo eodem tractatus. Quem libellum, persuadentem mirificè, quàm vana in his terris omnia, instar *pædagogi* inservire Proverbiis, nemo non videt: totus enim is sapientiæ

Ada-

Adagiorum, apud animos admittendæ, conciliat locum; desinens in timore DEI, à quo illa incipiunt. neque alia fuit potior causſa, ob quam GEIERUS ipſe commentatus est priùs in Eccleſiaſten, incipiens ſic à profligandâ opinionum vanitate; niſi, ut deinde, ad veritatem Proverbiorum eruendam, eò expeditiùs accingeretur.

Utrique opuſculo ſubjunxi SACRA CARMINA: quorum ſex priora propoſita quondam publicè in *Feſtis* annuis. nec fortè immeritò & iſta annectuntur. Salomonis tantæ querelæ, ſuper *vanitate*, ex abuſu rerum oriundâ; *apophthegmata*, circa excolendam ſapientiam, bonumque ſummum quærendum; monita de diſciplinâ, (*muſar*) tanquam uno remedio humanæ corruptionis: hæc certè ſunt prævia ſimulacra eorum, quæ Chriſtianorum ſolennibus accepta referuntur CHRISTO, *victori* vanitatis, ſeu *mundi hujus*, (Joh. XVI, 33.) gratiæ ac veritatis pleniſſimo; utpote qui *parœmiis* ſuis patefecit omne DEI conſilium de regno cœlorum, &, tanquam *Salomo* noſter unicus, neceſſariâ ad pacem *diſciplina* (Eſ. LIII, 5.) pro nobis exantlatâ, æternæ vindictæ ſatisfecit, peperitque, Divino ſuo merito, quicquid reparandum erat. Ipſi DOMINO atque DEO noſtro, ſiquidem major Salomone infinitis est gradibus, ſoli eſto univerſa gloria!

Quod ſupereſt, Vos, Collegii Regii Conſiſtorialis devenerandum Caput, & Membra ejusdem veneranda, decenter

center rogo equidem; velitis æqui boniq; consulere affectum, quo, quod Sacro Senatui Vestro destinatum mansit tam diu, nunc demum, unà cum adjunctis, exsolvere non dubitavi. Neque enim deposui, fateor, amorem patriæ: ubi Parens meus, Superintendentis Hohnstætensis, & paternus Avus, Superintendentis Dransfeldensis, unde translata Mundam Ephoria, munia gesserunt per DEI gratiam; nec non Avi materni, *Tornarius*, *Groscurtus*, *Jovius* & *Trostii*, pariter Mundensis Diæceseos, totius Provinciæ Gœttingensis, Viciniæq; Visurginæ, Ecclesiis ac Scholis præfuerunt, à Reformationis Evangelicæ temporibus. DEUM immortalem precor omni ex animo: Benedicat AUGUSTISSIMO PATRIÆ PATRI, atque Ejus Domui & Regimini, tum *Regali* in Magnâ Britanniâ, tum *Electorali* in Terris Germanicis! Benedicat & Vobis, Vestrisque sub curis *Ecclesiæ;* ut hæc, veluti *matrona* illa, Prov. XXXI, 10. &c. plena virtutis ac beatitatis sit mater; surgantq; filii, & beatam prædicent; surgensq; maritus Ipse, CHRISTUS, laudet eam in die novissimo! Scribebam in Cœnobio Bergensi, quod Magdeburgi est, anno 1717. (*qui est Ecclesiarum, Augustanæ Confessioni addictarum, Jubilæus felicissimus & exoptatissimus:* tam faustis enim verbis, quibus sub initium seculi exacti Ecclesiastici B. GERHARDUS finiit *Harmoniæ Evangelistarum Chemnitianæ Tom. III. Part. IV. dedicationem*, eò certiùs læto cum omine utor iterum, quò jam propiùs à militiæ fine abest secundus hic *secularis annus*) mense Martio ineunte.

VERITAS,
SEU
SAPIENTIA,
PER
SALOMONIS
ADAGIA
(MISLE)
TRIUMPHANS.

Franckesche Stiftungen zu Halle

EUSEBIUS, Hist. Eccl, L. IV. c. XXII.

Irenæus, & omnes antiqui, Proverbia Salomonis vocare solent Sapientiam, omnium virtutum præcepta continentem.

BASILIUS, in principium PROVERB.

Proverbiorum liber institutio morum est quædam, nec non animi perturbationum correctio: denique vitæ, in universum, documentum, frequentes ac breves eorum, quæ sunt agenda, continens præceptiones.

GEIERUS, in Prooem. PROVERB. p. 8.

Talibus insignibus gnomis refertus planè est hic aureus liber, ut, ubi in reliquis scriptis biblicis vix dimidium caput absolvit quandoque sententiam, sive orationem, hîc unusquisque versus (præsertim post cap. 10.) integrum suum faciat sensum, eumque suâ brevitate magis insinuet animo atque commendet.

Franckesche Stiftungen zu Halle

PROVERBIORUM EPICA METAPHRASIS,

CUM

ARGUMENTO ET PARALLELISMO CAPITUM.

CAPUT PRIMUM.

INTROITUS. Proverbiorum, autor: 1. finis; sapientia, prudentia, experientia. 2,3,4. Usus; meditatio, obsequium. 5,6. PROVERBIORUM TRACTATIO GENERALIOR. Timor Dei, initium sapientiæ: cujus contemtus, stultitia. 7. Post Deum Parentes colere, faustissimum. 8, 9. Malorum blanda societas ut vitetur, Divina vindicta meditanda. 10.--15. --19. Vaticinatio de Christo, Sapientiâ; comminante exitium contumacibus, & fidelibus salutem promittente. 20.--22.--33.

INTROITUS.

1. REgis Ebræorum, nati Davide Parente,
Pacis ab auspicio *Salomonis* [a] nomen adepti,
Aurea *Dicta* feram: CHRISTO præsente, Latinis
Collustranda modis.

2. Hinc, hinc Sapientia [b] vera;

PARALLELISMUS CAPITIS I.

(a) *Sal. Prov. XXV, 1. Eccl. I, 1.* (b) *inf. 20. II, 10, 11. III, 13. 19, 20. IV, 7. 11. VII, 4. VIII, 1. 11, 12. IX, 1, 10. XXX, 3.*

Hinc castigatrix [c] sese Prudentia [d] cordi
Mortali insinuat: datur hinc, discrimina rerum,
Quæ verbis VERBUM cœleste recondidit, altâ
3. Mente sequi [d]; ac, morum decus acceptare sagaci [e]
Obsequio, Themidos fas, jus, mandataque recta. [f]
4. Hinc rudibus [g] mens culta [g] venit: calidisque juventâ
Incidit hinc animis cunctante Scientia [h] freno;
Usibus & variis læta, Experientia [i], crescit.
5. Auscultat, quicunque sapit [i]; sapientior, aucto
Doctrinæ studio [k], emergens: quique omnia digno
Judi-

(c) *cum theoria praxis, de qua vid. 3. 7. 23. 25. 30. III, 11. 1. V, 12. 23. VI, 23. VIII, 33. IX, 7, 8. 5. X, 17. XII, 1. 18. XIII, 18. XV, 5. 10. 12. 31. 32. XIX, 18. 20. u. 25. XXII, 15. XXIII, 12, 13. 23. XXIV, 25. 32. XXV, 12. XXVII, 5, 6. conf. XIV, 10. 0.* (d) *II, 3. III, 13, 19. VI, 21. VII, 3. VIII, 1. 5. 9. X, 23. d. XIV, 18. 29. XV, 21. XVII, 24. 27. XVIII, 2. XIX, 8. XX, 5. XXI, 30. XXIII, 1. 12. XXIV, 3. XXX, 2.* (d) *conf. 6. II, 3. 5. 9. IV, 1. 5, 7. VII, 7. VIII, 5. 14. XIV, 8. 15. XVI, 16. 24. XX, 24. XXII, 21. XXIII, 1. 23. XXVIII, 11.* (e) *conf. 2. 4. III, 4. k.* (f) *conf. præsertim de judicio in agendis, II, 8. VIII, 6. 20. XI, 1. XII, 8. d. XIII, 23. p. XVI, 8. XXI, 3. 15. g. XXVIII, 5. XXIX, 7. 26. Eccl. VII, 17. VIII, 5. X, 11. 15.* (g) *inf. 22. III, 35. VI, 32. VII, 7. VIII, 5. 12. IX, 4. 6. 16. XII, 16. 23. XIII, 16. XIV, 8. 15, 16. 18. XIX, 25. XXI, 11. XXII, 3. XXVII, 12. Matth. XI, 25.* (h) *Vid. GLASSIUS Philolog. S. lib. V, c. I. de* Verbis cognitionis, *affectum atque usum solicitum connotantibus plerumque, & c. XII. de* sensuum verbis. *conf. 7. 22. 29. II, 5, 6. III, 6. 20. IV, 19. VII, 4, 5. VIII, 9, 10. X, 14. XII, 10. XIV, 10. 0.* (i) *III, 21. V, 2. VIII, 12. Rom. V, 4, 2. Petr. I, 5.* (i) *II, 2. c. III, 1. 10. 13. IV, 5. 7. 11. VI, 6. VIII, 33. IX, 8, 9. z. a.* (k) *sup. 3. II, 5. 9. III, 23. 35. IV, 2. V, 3. VI, 24. VII, 21. IX, 9. a. XV, 2, XVI, 21. 23.*

Judicio assequitur [l], sensum meliora fovebit [m]
Proposita [n]; unum agitans, iteratâ voce monendum,
6. Has gnomas satis ut discat, sensumque latentem,
Et quid quæque probet fieri, & quid quæque refellat;
Ut Sapientum, inquam, dicta atque ænigmata [o] nôrit.

TRACTATIO GENERALIOR,

PRIORA IX. CAPITA COMPREHENDENS.

7. PRincipio, sanctâ trepidans formidine, pectus
Concipiat DOMINUM; celsi cui machina cœli
Stat thronus, & terræ pavidus se subjicit orbis,
Plantarum ima quies: timor [p] iste, scientia prima,
Stultitiæque fuga, est. Fastidivêre [q] profani [q]
Cognitionis opes veras, monitusque paternos.

(l) *XV, 14. XVII, 28.* (m) *IV, 5. 7. VIII, 22. XVI, 16.* (n) *XI, 14. XX, 18. XXII, 5. XXIV, 6.* (o) *X, 1. XXV, 1. XXVI, 7. 1. Reg. V, 12. X, 1, 2. Eccl. XII, 11. 1. Paral. IX, 1.* (p) *inf. 29. II, 5. III, 5, 6, 7. 20. VIII, 13. IX, 10. b. Ps. CXI, 10. GREGOR. NAZIANZ. Orat. XXVIII. Unam hanc* sapientiam *scio, quæ in* timore DEI *sita est. Nam &* principium sapientiæ, timor DOMINI: *&* finis *sermonis;* Omnia audi, DEUM time! *Hæc sapientissimi illius Salomonis verba sunt. Eccl. XII, 13.* (q) *XI, 12.* (q) *4. & inf. 22. V, 23. X, 9. XI, 12. 29. XII, 15. 23 XIII, 14 16. XIV, 3. 17, 18. 21. 24. 29. XV, 2. 5. 14. 21. XVI, 22. XVII, 9. 28. XIX, 27. XX, 3. XXII, 15. XXIII, 9. XXVI, 1. 3. -- 11. XXVII, 22. XXIX, 9. 11. Eccl. II, 14.*

8. Nate! patris curam ſitientibus auribus hauri [r],
Pro te ſollicitam: nec tu felicia matris [r]
9. Deſere juſſa [s] tuæ! capiti præcepta colenda
Conciliant diadema pio [s], colloque monile [t],
Auri ac gemmarum radiis utrumque coruſcum [t].
10. Cum, miſerande puer, ſtimularis [u] ab ore malorum:
Nullus eos audire velis. Si fortè morantem,
11. Aut his, aut aliis, facibus ſuccendere pergant:
Adde, age, te nobis ſocium! libet, euge! cruentis
Fraudibus inſontem premere [x], occultare [x] latebras.
12. Cauſſarum facilis jactura [x]. Vorabimus illos,
Ceu quos è vivis rapiens abſorbet [y] Averni [y]
Halitus: &, ſolidâ ſuperûm virtute ſuperbos [z]
In Stygias fauces jam deſcendiſſe [a], videbis.

Usque

(r) *IV, 3, 4. 10. VI, 20. 23. VIII, 33. X, 1. XV, 20. XVII, 25. XIX, 26. XX, 20. XXXIII, 15. 22. 24, 25. XXVII, 11. XXVIII, 24. XXIX, 15. XXX, 17. XXXI, 1.* (s) *Lex: III, 1. IV, 2. VI, 20. 23. VII, 2. XIII, 14. XXVIII, 4. 7. XXIX, 18. XXXI, 1. 26.* (s) *III, 4. IV, 9. XIV, 18. q.* (t) *III, 3. 22. VI, 21. AUGUSTINUS Pſ. 149. ad v. 8. Dictum de* Sapientiâ *Proverb. I. Non tibi imponeret torquem auream, niſi primùm in compedibus ferreis te alligaſſet. Sed, cœpiſti à timore; conſummaris à ſapientiâ. conf.* Sirac. *IV, 18.--21.* (t) *III, 34. 35. IV, 8, 9. XII, 4. XIII, 15. XIV, 24. XV, 30. XVI, 31. XVII, 16. XXII, 1. XXV, 25.* (u) *XVI, 29. XX, 19. XXIII, 17. XXIV, 28.* (x) *conf. 18. VII, 12. XII, 6. XXIII, 28. XXIV, 15.* (x) *18. II, 7. b.* (x) *17. g primum. III, 30. XXIII, 29. XXIV, 28. XXVI, 2.* (y) *XXI, 20. b.* (y) *V, 5. VII, 27. IX, 18. XV, 11. 24. XXIII, 14. XXVII, 20. Eccl. IX, 10.* (z) *II, 7. b. 21. X, 9. 29. XI, 3. 20. XIII, 6. XIV, 32. XIX, 1. XXVIII, 6. 10. 18. 26. XXIX, 10.* (a) *XXVIII, 17. XXX, 4. Pſ. XXVIII, 1. XXX, 4.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

13. Usque adeò tollemus eos, bona ut omnia nobis
Deprensa aspicias pretiosa [b], & tecta domorum
Quisque sibi ad plenum spoliis [c] distendat opimis.
14. Tu confide alacer: nos inter conjice sortem [c]!
Idem omnes simul ardor aget: labor omnibus idem;
Una salus nobis; erit omnibus una crumena [d].
15. Heu, comitis ne junge gradum [e]: sed talia cautus
Abnue [e], noster amor! frenis ac compede durâ
16. Verte pedem [e] retrò! rapidus quia cursus eorum
In tenebras vetitumque ruit, dum sanguinis ardent
Innocui (vah, grande nefas!) effundere rivos [f].
17. Alituum [f] ante oculos frustrà [g] expanduntur aperta
Retia [f]: non etenim cedunt terroribus ullis [g].
Cominus intereà vigiles terrestria curant
Cœlicolæ, celeres visu & pernicibus alis;
Vindictamque DEUM delata ob crimina poscunt:
Unde

(b) *VI, 26. 31. VIII, 18. X, 15. XI, 4. XII, 27. XIII, 11. XVIII, 11. XIX, 4. 14. XXIV, 4. XXVIII, 19. 22. XXX, 15.* (c) *XVI, 19. XXXI, 11.* (c) *XVI, 33.* (d) *XVI, 11.* (e) *16. 19. II, 12, 13. 15. 20. III, 6, 7. 17. 23. 31. IV, 11, 12. 14. 18, 19. V, 6. VI, 6. 23. VIII, 20. 32. X. 29. XI. 5. 17. XII, 15. XIV, 15. XV, 9. XVI, 7. XIX, 3. XXII, 5. 25. XXIII, 19. XXVIII, 10. 18. XXXI 3.* (e) *III, 23.* (e) *sup. 10. III, 27. x ult. IV, 26, 27. V, 5. VI, 13. 18. 28. 9. VII, 11. XIX, 2. XXV, 17. 19. XXVI, 6.* (f) *XXIX, 10. Rom. III, 15.* (f) *omnis domini alæ. conf. 19. h prius. Eccl. X, 20. idiotismus: Prov. XIIX, 9. XXII, 24. XXIII, 2. XXIV, 8. XXIX, 22.* (f) *V, 22. VI, 2. 5. VII, 22, 23. XII, 13. u. conf. XXIX, 5. Eccl. VII, 26.* (g) *sup. u. x ult.*

18. Unde tot insidias inter se & vulnera miscent
Diri homines. sua quisque dolis præcordia fallit.
19. Tam miseras secat ille vias [g], quem corripit usquam
Sacra fames lucri [g]! lucem hoc prædonibus [h] aufert [h].
Temne malos! ne temne DEUM! neu temne parentes!
20. Condiderat Sophie tellurem; ubi, sede quietâ,
Humanam voluit præsens invisere prolem [i]:
Nunc domus, ah! prorsus deperdita, nescit amandam;
Immemor antiquique statûs, fatique futuri.
Ergò & ubique foris Sapientia plurima [k] clamat [k];
Intra ædes peregrina suas; dans undique voces [l]
21. Per loca, lata situ: quin, sicubi turba coacta,
Stans inter primos, resonat; stans, personat ultrò,
Portarum [m] in foribus: muros plangoribus implet.
22. Quò tandem, malè sana cohors? quid amabitis usque
Simplicitatem animi, spoliatam [m] luce Sophorum?
Nam quæ deinde mora est? quæ vos dementia, stulti, Deti-

(g) 15. e. (g) XV, 27. XXVIII, 16. utrobique cum opposito. (h) dominus, possessor; de facto, vel jure. III, 27. XVI, 22. XVII, 8. add. sup. 17. f med. & XII, 2. p. Eccl. V, 12. VII, 12. VIII, 8. XII, 11. (h) XXIV, 11. (i) VIII, 31. XXIV, 3. (k) IX, 1. XXIV, 7. plurale emphat. ut XIV, 3. 9. Eccl. II, 7. V, 6. X, 1. 12. conf. adjectivum Prov. XIV, 1. &c. (k) XXIX, 6. conf. LXX. (l) Joh. I, 10, 11. Luc. XI, 49. Hebr. II, 12. (m) VIII, 3. XXII, 22. XXIV, 7. XXXI, 23. 31. (m) sup. 4. g.

Detinet? in quantum extendent ſcurrilia ſcurræ,
Haud deſideriis riſu potiora petentes[n] ?
Quàmque diu mentes ſtolidas[o], odiſſe, juvabit,
Sectandum veri ſtudium, & monimenta magiſtræ?
23. Eja, revertimini: non terga mihi, ora vocanti
Reddite[o]! converſos feriet mitiſſima virga[p].
Spiritus, ecce! meus, promendus, munere largo
Veſtra in corda fluet: mea vos effata docebo.
24. Nec mihi, ſed tantùm vobis, averſa voluntas.
Teſtatur manus hæc: toties quam, ſigna patrantem,
Protendens[q], equidem, vos non attendere[q], miror!
25. Conſiliis[q] nunquam deſum: verùm optima quæque
Irrita[r] duxiſtis, veluti ſordentia; &, ipſa
Verbera amica pati, palmis pedibusque negâſtis.
26. Propterea, ut juſtum: ſi quando venerit horror
Veſter, & ingruerint, quæ vos jam jamque timetis;
Tunc ridere & ego, vosque exploſiſſe, videbor;

(n) *III, 34. VIII, 12. IX, 7. XIII, 1. XIV, 6. XV, 12. XIX, 25. 29. XX, 1. XXI, 11. 24. XXII, 10. XXIV, 9. XXIX, 8.* (o) *ſup. 7. q. 32. X, 18. XVII, 16. 20. XXVI, 4. 10, 11. XXVIII, 26. Eccl. V, 2.* (o) *VIII, 33.* (p) *conf. 25. 30. ſup. 2. c.* (q) *Rom. X, 21.* (q) *XVII, 4. XXIX, 12.* (q) *inf. 30, 31. III, 19. VIII, 6. 14. XI, 14. XII, 15. XIII, 10. 16. XV, 22. 24. 26. XVI, 3. k. XIX, 20. XX, 5. 18. XXI, 30, 31. XXII, 20. XXIV, 6. c. XXVII, 6. 9.*

Vosque ego spernendos illudendosque relinquam [r].
27. Credite! sic fas est, vestram me cernere cladem
Posthàc, si inciderit pavor [r] in vos; qualis ab alto
Tempestas glomerat nubes, atque imbribus atris
Diluit ac vastat, quæcunque obnoxia tangit:
Si vos contundet turbo [s], velut horridus arva
Diruit, expellens segetem ab radicibus imis.
28. Tum verò incipient demum clamare vicissim,
Auxiliumque meum precibus tentare maligni:
At nihil excipiam [t]. per matutina [u] requirent
Me sacra [u]: nec lacrymis veniam reperire valebunt.
Hæ, nam, quæ fuerint lacrymæ, quas denique fundent,
Qui vero fidei nunquam dolitura dolore
29. Corda gerunt? semper quibus est invisa sciendi
Cura salutaris? qui formidare JEHOVAM,
30. Consultisque meis placidos se credere, nolunt;
Cuncta aversantes [x] mea castigantia verba [x]?

Quid

(r) *IV, 15. e. VIII, 33. z. XIII, 18. r. XV, 32. s. XXIX, 18. conf. Matth. XV, 6.* (r) *22. 33. III, 34. IX, 7. 12. XIII. 1. XIV, 6. 13. XV, 12. XIX, 25. 28, 29. XXI, 24. XXII, 10. XXIV, 9. XXVIII, 14. XXIX, 8. 18. Pſ. II, 4. XXXVII, 13.* (r) *id, quod timetis: 26. 29. 33. III, 24, 25. VI, 15. VIII, 33. X, 24. XII, 1, 2. 13. XIII, 4. 18. XIV, 6. XV, 12. 32. XXIV, 22. XXVIII, 14.* (s) *X, 25. XXIX, 1.* (t) *XV, 1. 23. 28. XVIII, 13. 23. XXII, 21. XXIV, 26. XXVI, 4, 5. XXVII, 11. XXVIII, 9. XXIX, 19.* (u) *VII, 15. VIII, 17. XI, 27. XXI, 6. XXIX, 26.* (x) *V, 12. XV, 5.* (x) *23. p.*

31. Quid ſupereſt? proprii de tramitis ubere fructu [y]
His tandem remanent ad edendum haud mollia fata;
Conſiliisque ſuis ſaturi [z] veſcentur acerbis,
Dum ſit ademta fames, & amor compreſſus habendi.
32. O ſimplex nimium, præcepsque, ſuperſtitis ardor
Arbitrii, è lapſu reliquus! perit ægra voluptas:
Viſa priùs requies, fatuis erit urna tremendi
Funeris; ac pariter, rebus ſublata ſecundis
Libertas, ſervos generans, abſumet [z] inertes [z].
33. Aſt, mea dicta ſequens [a], carnis qui ſpernere ductum
Audet; is ipſe, habitans ſat confidenter [a], habebit
Omnia tuta, vacans ſqualore, metuque malorum.

CAPUT SECUNDUM.

Ratio, perveniendi ad metam ſapientiæ, ponitur in ſtudio precum & obedientiæ ardentiſſimo. 1.--5. Firmatur agnitio, unius cauſſæ efficientis, DEI. 6--9. Sequuntur commoda obſequii: ſapientia ipſa, ſuſ præmium ſuaviſſimum; ſimulq; prudentia, complexus bonorum: 10, 11. liberatio malorum: 12.--15. adulteræ fuga. 16.--19. Confirmatio pathetica, in utramque partem. 20, 21, 22.

NAte! meos ſi tu ſermones ſuſcipis [b], amplo
Tanquam emtos pretio [b]; mea ſi præſcripta, profundo,

(y) *VIII, 9, 10. X, 13. 31. XI, 30. XII, 14. XIII, 2. XIV, 1. 3. 9. XV, 22. XVIII, 20, 21. XXVII, 18. XXXI, 16. 31.* (z) *XIII, 25. y. XIV, 14. c. XXIX, 3. 5.* (zz) *ſup. 22, 0. VI, 34, 35. IX, 18. XXVIII, 19.* (a) *ſup. 8. r. IV, 1. VIII, 34. XII, 15. XV, 32. XIX, 8. XXVIII, 26.* (a) *III, 29. XXX, 29, 30.*

PARALLELISMUS CAPITIS II.

(b) *III, 14. IV, 5. XVI, 16. XVII, 16. XXIII, 23. XXXI, 16.*

Asservare voles tecum, benè condita sensu:
2. Hoc opus; hic labor est; totam ut tua se applicet auris [c]
Cœlesti Sophiæ; cordisque [c] amor omnis in unam
Hanc operam migret, penitus qui agnoscat [c] eandem.
3. Quin, si tu assiduis, Divinæ lucis amator,
Clamâris [d] precibus, votisque vocaveris [e] imbrem
4. Donorum ex alto: si tu quæsiveris [f] illam,
Qualibus argenti venam infectantur [g] avari
Mille modis; aut si, quâ vi plerique laborant
Divitias propter non certas; (arva recludunt,
Sollicitant remis freta cœca, hostésve trucidant)
Orans, indages [h] Charitum venerabile pignus:
5. Tum tibi, tum sanctosque metûs penetrare licebit [h],
Et reperire aciem, deceat quâ Numina nôsse.

6. Ni-

(c) I, 23, 24. BASILIUS Homil. XII. hæc comparat cum verbis DOMINI: Quicunque habet aures audiendi, audiat! Marc. IV, 9. 23, 24, 25. Luc. VIII, 18. Adjuncta CHRISTI benedictio hîc etiam addita v. 5, 6. &c. conf. I, 5. k. III, 2. &c. IV, 6. &c. IX, 9, 10. a. (c) XIV, 10. n. o. 33. m. (c) conf. 3. 6. III, 13. 19. VIII, 1. q. (d) I, 28. (e) I, 20. (f) XV, 14. Eccl. XII, 10. Cant. V, 6. (g) XX, 27. (h) XX, 27. b. (h) I, 2. c. BASIL. ibid. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia; Sap. I, 4. purgat ante omnia per divinum timorem futurorum sapientium animas, ac sapientiæ conciliat. Verba enim ac mysteria salutis in quemvis sine discrimine jactare, & omnes æquè ad hunc thesaurum recipere, nec vitæ moribus purgatos, neque ratione priùs & ordine diligenti utentes; haud aliter

6. Nimirum, DOMINUS, rerum legumque repertor,
Ingeniique parens ſolus, dat lumina menti:
Ejus ab ore fluit fœcunda ſcientia, & ingens
7. Cognitio [b]. Rectis [b] ſeponit [i], more parentum,
Corporis atque animæ fortunatisſima dona [i];
Quosque, incedentes per humum, veſtigia vitæ [k]
Integra amare videt, clypei [k] munimine tectos
8. Cingit: ut, æterno nuſquam cuſtode remoto,
Judicii [l] ſervent ſe in callibus [k]. Ille, benigno
Conſcius amplexu ſi quos dignatur; & horum
Progreſſum, nullus deſiſtit, honore tueri [l].

fuerit, quàm in ſordidum vas unguentum fundere pretioſum. Quamobrem initium ſapientiæ, timor Domini dicitur: animæ verò purgatio, timor; ſecundum Prophetæ preces, dicentis: Confige timore tuo carnes meas! *quia ſcit, ubi timor inhabitat, quòd ibi omnis animæ reſideat mundities, omnis iniqua noxia, actio fugetur, & membra corporis ad enormes actus moveri [quòd timore, quaſi quibusdam clavis, confixa ſint] nequeant. Sicut enim, qui clavos corpori infixos habet, doloribus preſſus non facilè quidquam agere poteſt: ſic Dei timore confectus, non oculo uti præter decorem, non manus ad nefarias movere actiones, non denique pravum aliquid aut magnum contra officium agere poterit, quaſi mœſtitiâ quâdam, minarum ac ſuppliciorum expectatione, vinctus atque oppreſſus. conf. Gal. VI, 14. 1. Petr. I, 1, 2.* (h) Recti [*conf. 21.*] *deſcribuntur IV, 23. -- 27. conf. III, 5. XI, 3. 5, 6. 11. XIV, 2. f. 9. quales ſunt* inchoatè, *attamen* verè; *& quidem ſecundum eam indolem, quâ primus homo conditus. Eccl. VII, 30. Eph. IV, 24.* (i) *ſup. 1. I, 11. VII, 1. X, 9. XXVII, 16.* (i) *inf. 21. III, 2. 1. VIII, 13, 14, 21. XVIII, 1. 0.* (k) *12, 13. I, 15. e. X, 9. XIII, 6.* (l) *conf. I, 3. f.* (k) *ſup. 7.* (k) *XXX, 5.* (l) *III, 26, XXII, 12. q. Eccl. XI, 4.*

9. Hoc capies autore, quid in discriminis usu
Fas & jura velint; virtutum semina: cursum,
Quo bona cunque bonos æqui vehat orbita fructus [m].
10. Postquam [n] introgressa est, remoris, Sapientia [n], fractis,
Cor, regina, tuum; si jam dulcedine [n] mirâ
Notitiam sentis, præ quâ sunt omnia amara:
Haud

(m) *IV, 11. 26.* (n) *XIX, 18. XXVI, 25.* (n) *XV, 24. 11.* (n) *IX, 17. Cant. VII, 7. Nexus v. 5. & 10. est in eo, quod docet* AUGUSTINUS *de* Verâ Relig. *c. 17. Pietas timore inchoatur, amore perficitur, seu* inchoatè completur. *Tract. IX. in Epist. Johann. Timor quasi locum præparat charitati. Est verò timor, quem charitas foràs mittit: & est timor castus, permanens in seculum seculi. Sicut si ponas duas mulieres maritatas; quarum una velit adulterium facere, sed timet maritum, ne veniat: hæc diligit nequitiam, & onerosa est ei mariti præsentia. Altera amat virum, &, dum nullâ se adulterii immunditiâ vult maculare, optat præsentiam viri. Timet illa: timet ista. Illa timet virum, ne veniat: ista timet virum, ne discedat. Pone hoc in animo Christianorum: & inveniſti timorem, quem charitas foràs mittit; & alium timorem castum, permanentem in seculum seculi.* De agone Christi *c. 33. Per duas Januas, cupiditatem & timorem mundi, intrat invitus: qui primò timore Dei, deinde charitate pellendus est.* De Doctr. Christ. *l. III. c. 10. Quantò magis regnum cupiditatis destruitur, tantò magis augetur regnum charitatis: scil. effusæ in cordibus per Spiritum Sanctum. Rom. V, 5. De cujus divinæ charitatis dulcedine,* lib. Meditat. *c. 33. Dulcis Christe, bone JESU! accende me totum amore tuo, igne tuo, suavitate tuâ, jucunditate & exultatione tuâ, voluptate & concupiscentiâ tuâ; quæ sancta est, & bona, & casta, & munda, tranquilla & secura: ut totus dulcedine tui amoris plenus, totus flammâ charitatis tuæ succensus, diligam te, ex toto corde, totisq; medullis præcordiorum meorum, habens te in corde & ore præ oculis meis semper & ubique, ita ut nullus pateat in me locus adulterinis amoribus!*

11. Haud mora; consilium excubiis obsidere [o] portas
Pectoris, ac, rerum fato prudentia major,
Te munire, parat.
12. Dux tanta, à tramite pravo,
Eripiet [p] salvum; atque viro, perversa loquente [q]:
13. Quales non pauci numero; quos prona facultas,
Deseruisse [q] vias [r] planas, tenebrasque subire,
14. Impellit. Tales, neque pessima verba ferendo,
Expleri poterunt. gaudent simul edere facta,
Deteriora sonis; vario indulgere furori,
Lætitiâ exsultant [s]: quoniam nil linquere inausum,
Nil intentatum sibi, linquere posse, videntur.
15. Semita enim multos lævis tam perdita [t] ducit
Flexibus, ut sese, profugi per strata rotarum [u],
Quavis sub specie obfirment, errentque volentes:
Nec, dignis gradibus cœli per compita ferri,
Ars terrena docet; verùm, una suprema Sophia.
16. Unica te simul hæc alienæ [x] ex conjugis atris
Eruet insidiis: ab eâ, quæ fœdere casto

Alte-

(o) 8. VI, 22. 24. XIII, 3. XX, 28. XXII, 5. 5. XXVII, 18. XXVIII, 4. 7. (p) inf. 16. VI, 5. VIII, 13. X, 2. XI, 4. 6. XII, 6. XIV, 25. XIX, 19. XXIII, 14. XXIV, 11. XXVIII, 10. (q) VI, 12, 13, 14. VIII, 13. X. 31, 32. XVI, 29, 30. XXIII, 33. (q) inf. 17. XV, 10. XXVIII, 4. Matth. XII, 34. (r) I, 15. e. (s) 14, 15. t. VI, 13, 14. XI, 20. XII, 8. XVII, 20. XIX, 1. 3. 9. XXI, 8. (s) XXIII, 24, 25. XXIV, 17. (t) 13. 5. XXII, 5. XXVIII, 6. 18. (u) II, 9. 12. 18. IV, 11. (x) V, 20. VI, 24. VII, 5. XXIII, 27.

Alterius *costa* est, aliis tamen impia furtim
17. Eloquii laqueos struit emollitque [y]; maritum
Stulta suæ fugiens dominumque ducemque juventæ [z],
Atque oblita [a], Dei esse sui, connubia, pactum.
18. Quippe minatur ei domus inclinata ruinam
Fatalem: misera ad Rephaimica [a] funera currit.
19. Imò omnes etiam, quot divertuntur ad istam,
Inde referre pedem [b], superasque evadere ad auras [c],
Ignorant: sicut, projecti è nave, vagantes,
Quaqua iter affectent, nequeunt apprendere proram.
20. Tu sectare bonos! tu contrà audentior ito,
Quàm tua te natura sinet corrupta! piorum
Justorumque viam [d] ut teneas, prece Numen adora!
21. Namque colent terram, verâ pietate valentes [e];
Inque ipsâ firmo superabunt [e] robore, fœdi
22. Nominis expertes [f]: sed ineluctabile fatum
Decrevit, patriâ sceleratam [g] exscindere gentem.
His sua perfidia est, quâ se radicibus orbant [g].

CAPUT

(y) *VII, 5. XX, 19. XXVIII, 23. XXIX, 5.* (z) *sup. 13. q. V, 18.* (a) *XXXI, 5.* (a) *IX. 18. XXI, 16.* (b) *I, 23. o.* (c) *V, 6. VI, 23. X, 17. XV, 24.* (c) *III, 33. IV, 18. IX, 9. A. Salomoni sunt iidem* justi, *suprà qui* recti *vocantur: qui, jam tum* per fidem justificati, *rectum ac justum sequuntur conscientiæ* dictamen *seu judicium. De quo conf. BASILIANA ad XII, 5. & inf. c. IX, 9. aa.* (d) *I, 15. e.* (e) *sup. 7. b. I, 33. III, 32. XI, 3. 6. XXIX, 10.* (f) *I, 12. II, 7, 8.* (g) *sup. 12. 16, 17. IV, 14. e. 19. XI, 8. XIII, 5. XV, 25. XXXVIII, 1. 15. XXIX, 12. 16. conf. III, 33. e. & XII, 3. r.* (g) *XI, 3. 6. XIII, 2, 15. XXI, 18. XXII, 12. XXIII, 28. XXV, 19. XXVIII, 1. 12.*

CAPUT TERTIUM.

Eadem confirmatio ſtabilitur, ſpe opum divinarum & humanarum. 1.--4. Ante omnia commendatur fiducia in Deo collocanda, ut opponitur viribus arbitrii corrupti: contrâq; arrogantiam medicina additur, ſuprà ſpectata, Dei reverentia. 5.--8. Nec prætermittitur neceſſitas externi cultûs Dei: 9, 10. præſertim, patientiæ, tam in exterioribus, quàm interioribus, renatorum propriæ. 11, 12. Generalis concluſio denuò inculcatur, de ſtudio ſapientiæ, utiliſſimo & beatiſſimo. 13.--26. Pergitur ad Divini cultûs externi partem alteram, ſitam in eleemoſynis, haud differendis: 27, 28. nec non vitandâ omni infidelitate erga proximum, 29, 30. omniq; malorum æmulatione. 31. Caput hoc finitur etiam confirmatione pathetica, in utramque partem. 32.--35.

O pia progenies, fac, ne te oblivio [h] privet
Lege [h] mea: vigil ut præcepta paterna faceſſas,
Perpetua ipſorum tibi ſit cuſtodia [h] curæ.

2. Nam tibi adaugebunt vitam, longæva dierum [i]
Munera, cumque annis geminatæ pacis amores.

3. Proinde ligata ſuper fauces te preſſius ornent [i]:
Gratia larga DEI, promiſſaque certa JEHOVÆ
Ne tibi defuerint. Ante omnia, cordis aperti
Mollibus in tabulis mandata fideli ſcribe!

C 4. Quàm

PARALLELISMUS CAPITIS III.

(h) *II, 17. XXXI, 5.* (h) *I, 8. 5.* (h) *II, 11.* (i) *4. 13. 16. 18. 22. 35. I, 9. IV, 8, 9, 10. 22, 23. V, 19. VI, 23. VII, 2. VIII, 18. 21. 35. IX, 11. X, 4. 11. 17. 27. XI, 19. XIII, 2. 18. 21. XIV, 22. 24. 27. XV, 33. b. c. XVI, 20. XVIII, 12. XIX, 2. 8. XXI, 21. XXII, 4. XXVIII, 1. 16. Pſalm. CXII, 3. 1. Tim. IV, 8.* (i) *VI, 21. b.*

4. Quàm facilè invenies [k] sic, non sine numine divûm
Ac hominum plausu, pulchrum virtute favorem [i],
Atque bonæ mentis laudes [k]!
5. Modò fide [l] JEHOVÆ
Omni ardore tuo! Ne tu, ne innitere fulcris
Ipse tui arbitrii [m], calamo rationis acutæ
Exstructis leviter; fragilis ne fallat arundo [m].
6. Quam tu cunque ineas pugnam, partemque viarum;
Respice consiliis solum auxiliisque potentem,
Præsentemque orbis Dominum [n]: qui voce vocatus
Supplice, monstrabit, removens obstacula sensim,
Certum iter, ac gressus firmatos diriget Ipse [o].
7. Neu videare tibi sapientis [p] nomine dignus!
Hunc citus errorem fugito: retroque recedens [q],
Esto memor Jovæ, tumidos qui territat irâ.
8. Hæc formido parit medicamen [q]; ut omphalos isto
Nectareo de fonte bibat, laticesque refundat

Visce-

(i) *XI, 16. n. XXVII, 2.* (k) *II, 4. XVI, 20. t. XVII, 20. XIX, 8. XXVIII, 23. XXXI, 10. Eccl. VII, 27, 28.* (k) *I, 3. c. XII, 8. XIII, 15. XIX, 11.* (l) *XI, 28. XIV, 26. 32. XVI, 3. 20. XVIII, 10. XIX, 7. XXII, 19. XXV, 19. XXVIII, 1. 25, 26. XXIX, 26. XXX, 5. 30. XXXI, 11.* (m) *XI, 28. XXI, 29, 30, 31. XXIII, 4. Eccl. IX, 11. Jer. X, 23.* (n) *II, 6, 7, 8.* (o) *XI, 5. XV, 21. XVI, 1, 2, 3.* (p) *XII, 15. XVI, 2. XXI, 2. 10. XXIII, 4. XXVI, 5. 12. 16. XXVIII, 11. XXX, 12.* (q) *XIII, 19. XIV, 16. XVI, 6. 17.* (q) *I, 7. p. IX, 10, b.*

Viſceribus ſanos: eſtque oſſibus alma medulla
Irriguus vivæ Fidei pavor, intima pulſans.

9. Devenerare DEUM gratus, deque omnibus, olim
Haud malè congeſtis [r], opibus devotus honora [s]!
Primitias offer, tibi quas proventus [s] agrorum
Quilibet optatâ frugum ubertate miniſtrat.

10. Quod ritè obſervans; cernes, ſatis horrea meſſe
Impleri, rumpi tua torcularia muſto.

11. Numinis æterni, te conſtringentia [t], tela
Ne procul abjicias, ſangvis meus! oſcula in illis
Fige; nec impatiens ſanantia vulnera [t] perfer.

 12. Emi-

(r) *I, 13. b. XXI, 27.* (s) *XIV, 2. cum quo conf. III, 27, 28.* (s) *conf. inf. 14. y. XIV, 4.* (t) *I, 2. c. diſciplina verborum, IV, 1. V, 10. 12. VI, 23. VIII, 33. X, 17. XII, 1. XV, 5. 10. XIX, 20. & verberum: XIII, 18. 24. XXII, 15. XXIII, 13. Hebr. XII, 5, 6.* BASILIUS Homil. XII. *Alterum erat præceptum:* [*illi, de timore Dei, etiam* Cruce, *tanquam virgâ Legis, excitando, ſubordinatum*] *Noſſe diſciplinam. Eſt autem diſciplina, inductio quædam utilis, quæ, ſæpe cum labore, vitiorum maculas purgat. Quæ quidem impræſentiarum non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris: verùm, poſtremò fructum ſalutarem & quietum, per ipſam exercitatis, facilè reddit. Hebr. XII, 11. Hanc itaque diſciplinam nôſſe, non cujuslibet eſt mentis: quoniam multi, res duras tolerare deſperantes, exitûs ac eventûs utilitatem, ob ignaviam & ignorantiam, non exſpectant; ſed, ad diligentiæ auſteritatem impatientes, in imprudentiæ tenebris ac infirmitate remanſerunt. Idcircò admiratione dignæ ſunt juſtorum voces, dicentium:* Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me! *Non enim diſciplinam detrectant, ſed iram. Hoc namque ſimile illi videtur:* Caſtiga nos, Domine; ſed, tantùm in judicio, & non in irâ! *Itemq; illi:* Diſciplina Domini aperit aures meas. *Quemadmodum enim parvi pueri, doctrinam deſpicientes, ob ferulas flagellaq;, quæ magiſtri & pædagogi adhibere*

12. Emicat altus amor JOVÆ, si quem increpat ultrò:
Non secus, atque fovet patrium flagrantior ignem,
Qui satis explorat sobolis commissa severus [u].
13. O nimium felix [u], cui se Sapientia vera
Exhibet inventam [u]! primâque in luce locandus,
Quo gaudet morum domitrix elata ministro,
Indivulsa comes Sophiæ, Prudentia vera!
14. Utraque fert unam dotem. Quam pectore toto
Si bene credis emi [x]; tua mercatura bonorum [x],
Navigio argenti pleno, præstabit, & auri [y]
Ponderibus meliora dabit tibi commoda [y] mille.
15. Nobilibus gemmis [z] pretiosior illa quibusvis:
Res nec eam æquabunt [a], quascunque sub æthere
poscas [z].
16. Quid gerit [a] in dextrâ? fastigia longa senectæ [b].
Quidnam læva tenet? sat opum, sat laudis honorum.
17.

solent, attentiùs dictata suscipiunt, & ipse sermo ante plagas non auditur; post verba doloresq́, veluti statim apertis auribus, auditu excipitur oratio, & memoriâ custoditur: Sic accidit & iis, qui divina audiunt præcepta, & ad ea servanda se negligenter habent. Nam postquam disciplina eis inflicta est à Deo, tunc, quæ molestè semper illis inculcabantur divina mandata, quasi jam primùm in aures ipsorum cadant, suscipiuntur. (u) *XIII, 24.* (u) *inf. 18. VIII, 32. XVI, 20. x. XXVIII, 14. XXIX, 18. u med. Eccl. X, 17.* (u) *sup. 4. k.* (x) *IV, 5. 7. XVII, 16. XXXI, 18.* (y) *De proventu conf. sup. 9. s post. VIII, 10. 19. X, 16. XV, 6. 23. XVI, 16.* (z) *VIII, 10, 11. XX, 15. XXXI, 10. 13.* (a) *XXVI, 4.* (a) Prosopopœia: *I, 20.* (b) *sup. 2. i.*

17. Illius, ecce, viæ! quanta hîc jucunda [d]! Nec ejus
Semita conſpicitur, quam non pulcherrima rerum
Pax [e] regat, immenſo gradientibus obvia cornu.
18. Eſt lignum vitale [f] eadem, prenſantibus ipſam:
Quorum quisque, tenens [g] ramum, retinensque, bea-
19. Fundavit terram, *Sophiæ* virtute, JEHOVA [h]: (tus [h].
Consilio prudente polos ſtabilivit Olympi.
20. Quanta, voraginibus, ſeſe inde, *Scientia*, ruptis
Prodidit, innumeros per fontes! quanta, ſub aſtris
Ætherias docuit nubes [i] demittere rorem,
Neſcio quâ ſolis vegetâ dulcedine fœtum,
21. Auroræ ex utero! *Fili*, mea proxima cura [k]!
Harum ne comitum vis admiranda recedat [l]
Averſa ex oculis, tu cuſtodire labora
Invictum Fidei robur [m]; meditare ſciendi
Arte modos varios, quibus expediantur agenda [n].
22. Sic (neque verò aliter) vitarum [n] flumen utrumque,
E cœlo & terris, fundent tibi largiter iſtæ
Intra animam, mi Gnate, tuam: nec gratia deerit,

(c) *ibid.* (d) *XV, 26. XVI, 24.* (e) *III, 2. XII, 20.* (f) *IV, 22. XI, 30. XIII, 21. y. XV, 4.* (g) *IV, 13. XI, 16. XXIX, 23. XXXI, 19.* (h) *VIII, 27. XXIV, 3.* (i) *VIII, 28. Pſ. CX, 3.* (k) *IV, 1, 2. 20. XXII, 17.--21.* (l) *II, 15. IV, 20, 21.* (m) *II, 7. VIII, 14.* (n) *I, 4. ſup. 2. i. 8. 18.* (n) *X, 11. XII, 28. XIII, 14. XVI, 22.*

Gutture quâ pleno tu ſemper ab ore redundes [o].
23. Sic pede [p] inoffenſo confidentiſſimus [p] ibis,
Quò te fata vocant, verbi medicantis amictu
24. Firmiter indutus. Si obſcurâ nocte cubabis [r],
Non metues: placidam [s] capies per membra quietem [s].
25. Jamque repentinis turbis ſæpe ingruet horror [t];
Tempora cùm fati venient, atque omnia latè
Vaſtabuntque mali, vaſtabunturque viciſſim:
26. Te tamen haud dirus ſternet timor. Ipſe JEHOVA
Præſidium tibi erit tutum, fiducia, cuſtos;
Ut propriis valeas laqueos evadere plantis [u].
27. Prima DEO interni cultûs reverentia ſemper
Sacra manet: pietas quæ, mater. at altera [u], certè
Filia; ne qua moræ tanti diſpendia credas [x],
Quin rerum admittas dominos, rerumque maritos,
Mortales, miſeros præſertim, ac omnium egenos.
His nullum prohibere [x] bonum, ſine fine memento;
Cujuscunque tuæ manui datur ulla poteſtas:
Sicubi, id eſſe ſuum, vi paupertatis adacti,

Ordi-

(o) *I, 9. XVI, 23, 24. XXII, 11.* (p) *I, 33. c. X, 9.* (q) *inf. 26. 31. I, 15. c.* (r) *VI, 9, 10. c. 22.* (s) *IV, 16. VI, 22. IX, 17. XIII, 19. XX, 17. Eccl. V, 11.* (t) *I, 27. r.* (u) *Eccl. VII, 26.* (u) *XV, 17. x. de nexu tabularum Decalogi.* (x) *ad prim. & poſt. conſ. I, 15. XI, 26.* (x) *I, 15. c med. 19. h prius. XI, 26. XXX, 7. Eccl. II, 10.*

Ordine compoſito, ſalvoque & jure, docebunt.
28. Quando tibi eſt igitur, duro quod tempore egeſtas
Urget eos petere; haud dicas: i, ſuavis amice [y]!
Cras [y] dabo; ſaltem hodiè vade, atque revertere, quæſo!
Hic pietatis honos? tibi quum ſatis adſit habendum.
29. Nec tende inſidias [y], de te nil tale verenti,
Quique ſedens unà tectis confiderit [z] iisdem.
30. Neve obſta [z] incaſſum [z], de te nil tale merenti,
Factis aut verbis: neque, ſi vel peſſima quisquam
Fecerit [z], hæc fuerint paribus delenda per artem.
31. Quodſi fortè virum, ſua quem violentia [a] præfert,
Suſpicis; invidiæ [a] ſtimulis ne agiteris amaris,
Obſecro; néve ejus, tanquam æmulus [b], auſa ſequare,
Neu ſtudeas, legiſſe viis [b] è triſtibus ullam [c].
32. Nam', furiis perverſa petens, inviſa [c] JEHOVÆ
Eſt facies: contrà cupis, ô Pater Optime! rectis [d]

Arca-

(y) 29, 30. XI, 9. XVII, 17. XVIII, 24. XXI, 10. *conf.* verbum, X, 21. z *med.* (y) XXVII, 1. (y) VI, 14. 18. XI, 19. 27. XII, 20. XIV, 22, XV, 26. XVI, 27. XXIV, 1. (z) *ſup.* 23. 9. (z) VI, 14. 19. XV, 18. XVI, 28. XVII, 1. 14. XVIII, 6. 18, 19. XX, 3. XXI, 9. 18. XXII, 10. XXIII, 29. XXV. 8, 9. XXVI, 17. 20, 21. XXVIII, 25. XXX, 33. (z) I, 11. x *ult.* (z) XI, 17. XXV, 21, 22. XXXI, 12. *Matth.* V, 44. (a) X, 6. 11. XI, 19. XIII, 2. XVI, 29. (a) XXIII, 17. XXIV, 1. (b) I, 10. &c. XXIII, 17. XXIV, 1. (b) *ſup.* 23. p. (c) XII, 21. 5. XIII, 7. XXX, 30. (c) VI, 16. VIII, 7, 8. XI, 1. 20. XII, 22. XIII, 19. XV, 8, 9. 26. XVI, 5. 12. XVII, 13. 15. XX, 10. 23. XXI, 27. XXIV, 9. XXVI, 25. XXVIII, 9. XXIX, 27. (d) II, 7. *b*.

Arcanum nudare tuum, ſecretaque pacta [d]
33. Credere! ſæva domum premit irritata ſceleſtam [e]
Ira [d] tua: at, tenues ſcis fortunare tabernas [e],
Atque humiles habitare caſas cum gente piorum [f]!
34. Tiſiphone haud ceſſat. DEUS illudentibus ipſe
Illudet [f]: miſerans, ſolis dat munus anhelis [g].
35. Gloria, non ſtultis; verùm ſapientibus omnis
Debetur, veluti juſtis hæredibus [h], apta:
Quisque amens [i], ignominiam [k], pro ſorte, reportat;
Quæ tum attollet eum, ſordentem nomine turpi.

CAPUT QUARTUM.

Cohortatio, erga plures. 1, 2. Autor exemplo monſtrat ſuo, quòd parentum monita obſervanda ſint. 3, 4. Sermocinatio: *urget, neceſſariam eſſe obedientiam ac conſtantiam, in pietatis & eruditionis ſtudio, ſalutem afferente. 5, 6. Sapientiæ fructum, obtineri demum ab eo, qui ipſam, rebus omnibus poſthabitis, acquirat, celebretq;. 7. 8, 9. Interpoſita patris obteſtatione; 10, 11. hic inſtat, acriorem diſciplinam & crucem, non eſſe obſtaculum, ſed fortiſſimum adminiculum: 12, 13. impedimentum verò externum, quod ponitur in pravis exemplis, deteſtandum eſſe, ut felicitati prorſus contrarium. 14.--19. Iteratâ obteſtatione, attentionis cauſsâ, 20, 21, 22. idem concludit: ſpeciatim fugiendum, neglectum cordis, 23. oris, 24. oculorum, 25. pedum: 26. & generatim, abuſum omnium affectuum ac ſenſuum, internorum atque externorum. 27.*

Nunc

(d) *XI, 13. XX, 19. XXV, 9. Pſ. XXV, 14. 2. Tim. II, 19.* (e) *II, 22. XII, 3. r. XIV, 11. XV, 6. l. XXI, 20. z. XXIV, 15.* (f) *I, 26. r.* (g) *XIV, 21. XV, 15. XVI, 19. XXII, 22. XXX, 14. 1. Petr. V, 5.* (h) *VIII, 21. XI, 29. XIV, 18. XXVIII, 10.* (i) *I, 4. 7. q. 22. XXVI, 8.* (k) *VI, 33. IX, 7. XI, 2. 12, 13. XII, 16. XIII, 18.*

NUnc agite, ô nati! monitis[l] præſtate paternis
Obſequium, moresque feros mollite colendo.
Diſcite doctrinam[m]! vos hanc benè ſcire, decebit:
2. Quamque bonam[m] vobis, intellectuque ſalubrem,
Dono, meam legem, ne mente relinquite veſtrâ.
3. Progenies dilecta fui, genitoris in ulnis
Atque oculis reſidens. teneri lanugine nondum
Vernabant vultûs; & eram ſvaviſſimus unus
4. Coram matre meâ: quum me is ſermone doceret,
Jam tum hæc inſtillans.
Tu condita mente teneto,
Quæ dabo! cuſtodi[n] interiùs munimine firmo,
Quæ tibi præcipio, veram ſpondentia vitam[o].
5. Tu mercare[n] pius *Sophien:* mercare *Phroneſin*!
Ne pigeat, meminiſſe mei: nec ab ore meorum
Verborum ſegni declines[p] corda veterno.
6. Non dimittenda eſt hominum divûmque magiſtra;
Te quia tutatur: totam tu amplectere totus[q];
Conſulet ipſa tibi, tanquam fidiſſima conjux[q].

PARALLELISMUS CAPITIS IV.

(l) I, 2. III, 11. t. (m) I, 5. *mala:* VII, 21. (n) II, 1, 2. &c. III, 21. (n) III, 14. XVII, 16. (o) III, 2. 4. 16. 22. (p) VI, 5. (q) *BASILIUS Homil. XII. Corpora per complexus impuros contaminantur: anima verò per ſapientiæ complexum, tota per totam ad ſe ipſam unita, ſanctitate & puritate completur.* (q) II, 11.

7. Principium omne boni, Sapientia, ſemper emenda [r]:
Quicquid opum in terris unquam poſſeſſor habebis,
Vende [r]; ipſamque para, quavis cum parte ſciendi.
8. Auguſtam evehito! ſic te in ſublime levabit [s].
Cunctantem, hinc atque hinc complexu utriusque lacerti,
Tam parentis ei, quàm demirantis amatam,
Divam ſi foveas; omnis te gloria [s] cinget.
9. Ecce! tuo capiti quanta eſt, quanto affluit auctu,
Gratia [t]! quæ pleno te mox circumdabit auro [t].
10. Nate, meos audi ſermones, accipe noſtros [u]!
Annorum vitæ ſeries tibi multa redibit [x].
11. An non te docui Sophiæ compendia dudum
Providus, atque rotis [y] rectis incedere juſſi?
12. Trames ut anguſtus fuerit, tamen iſte nec ullum
Greſſum [z] intercludet; modò tu ſpatieris honeſto
Ordine: ſed, ducet vadentem in paſcua læta.
Si juvat, eniti generoſiùs; atque per altum
Virtutis ſtadium celeri decurrere motu;
Atque poli ſuper aſtra, ſolique per aſpera ferri;

Atq;

(r) II, 1. b. (s) III, 16. c. (t) I, 9. t. XVI, 31. XX, 29. XXIII, 16. XXVIII, 12.
(u) I, 3. II, 1. IV, 1, 2. (x) III, 2, 16. 22. VII, 2. IV, 11. (y) II, 9. 15.
(z) V, 5. XVI, 9. XXX, 29. Jer. X, 23.

Atq; hominum, ac Superûm, volitare per ora beatum:
Non ſinet, hæc lucis præſes, te impingere [a] caſu.
13. Aſperiora ſimul (quibus olim heroas ad arma,
Ingenuos quibus, ad Libani ſacra ardua raptans,
Suſcitat, & dictis, & corripiente flagello)
Te quando attingunt, tu ſuſcipe; ut arva procellam,
Balſama ut ægrotus, capta [b], cupidè imbibe; nunquam
Deſere: nam, ſi tu facili obſervaveris [c] uſu
Maternam, venerans, virgam; tibi vita [d] futura eſt.
14. Quid verò temerè aſpectas veſtigia vulgi
Peſſima? Ne malis, illuc deſcendere, demens;
Neu, junctis gradibus conſortia inire malorum [e]!
15. Inde fuge: haud tenta, pedibus contingere callem
Pollutum [e]; prætergredere, heu! teque eminus aufer.
16. Iſti infelices, concreta in labe ſepulti,
Nec ſomnum capere antè queunt, quàm ſorte nocendi
Saltem aliquâ expletâ: ſopor ipſe abrumpitur omnis [f],
Ni quem præcipitem dederint, vi & fraude ſubactum.
17. Impietate ſuâ quæſito, pane fruuntur:
Pocula [f], quæ potant, meminiſti, horrere rapinis [g].

(a) *inf. 19. X, 3. 7. 16. 24, 25. 30. XI, 14. 22. 24. XXIV, 16.* (b) *III, 18.* (c) *I, 8. II, 11.* (d) *IV, 4. 10.* (e) *I, 10. 15. II, 12, 13. 20. 22. 8. III, 31. 35. IX, 6. XXIII, 19. XXVIII, 5. XXIX, 6.* (e) *I, 25. 27.* (f) *VI, 4.* (f) *IX, 2. 5. XX, 1. XXI, 17. 20. XXII, 20. XXIII, 20. 30, 31. XXXI, 4. Eccl. II, 3.* (g) *III, 31.*

18. Semita [g] justorum [h] contrà, splendoribus ardens
Auricomis vehitur, crescitque; ut flamma diei [h]
Ignipotens summis conscendit viribus axem.
19. Impia turba, viam obscurâ ferrugine condi,
Negligit; ac, ubi se fata exitialia tangant [i].
20. Atque ideò, *Fili!* crebrâ es mihi voce monendus,
Ut satis attendas verbis, quæ differo; & aure
Arrectâ arripias [k], servesque edicta fidelis.
21. Ne quondam ex oculis ea diffugisse querare [l];
Pectoris in medio sint imâ sede reposta
Semper, ut hosti aditum vigilans præcludere possis [m].
22. Dixi equidem; & confirmo tibi, quòd vita [n] perennis
Inde fluat cunctis: quicunque invenerit illa,
Hujus erunt animo, corpusque per omne, medela [o].
23. Excubiis opus est multis: at, nulla periclo
Majori obstiterit, quàm quæ vigilantia [p] cordi [p]
Prospicit: hoc curis, hoc tu defende precum vi.

Namque

(g) *I, 15. e.* (h) *IX, 9. a utrumque.* (h) *Judic. V, 31.* (i) *sup. 12. a.* (k) *V, 13.* (l) *III, 21. 32. V, 12, 13, 14.* (m) *II, 2. 8. III, 3. 5, 6.* (n) *sup. 13. II, 2. 18. 22. III, 2. i.* (o) *III, 8. 22. n. XII, 18. XIII, 17. XVI, 24.* (p) *sup. 13. II, 11. V, 12. VII, 25.* (p) *sup. 4. 21. I, 24. II, 2. III, 13. 5. AMBROSIUS Offic. lib. I. c. III.* Custodiamus cor nostrum: custodiamus os nostrum! *utrumque enim scriptum; ut os custodiamus; Eccl. III, 7. Matth. XII, 36. & hic v. 24, ubi v. 23. tibi dicitur:* omni custodiâ serva cor tuum! *Custodi interiorem hominem tuum. Noli eum quasi vilem negligere ac fastidire, quia*

Namque hinc vitarum, repeto, se effundere fontes q;
Sive istos natura ferat, seu gratia ab alto.
24. Est etiam labor, in curandis mentibus, alter:
Ut vaga rumorum convicia, verbera torta q,
Ambiguosque sonos, & non innoxia verba,

pretiosa possessio est. Et merito pretiosa; cujus fructus non caducus & temporalis, sed stabilis atque æternæ salutis est. (q) III, 22. TERTULLIANUS, de animâ, 5. *Christiani apud DEUM de utroque deducimur, & esse principale in animâ, & certo in corporis secessu consecratum. Si enim, scrutatorem & dispectorem* cordis *DEUM, legimus; si etiam Prophetis, occulta cordis traducendo, probatur: si DEUS ipse recogitatus cordis in populo prævenit;* Quid cogitatis in cordibus vestris nequam? *Sic & David*, cor mundum conde in me DEUS! *& Paulus*, Corde, *ait*, credi in justitiam; *& Joannes*, corde, *ait*, suo unumquemque reprehendi. *Si postremò*, qui viderit fœminam ad concupiscendum, jam adulteravit in corde: *simul utrumque dilucet, & esse principale in anima, quod intentio divina conveniat, id est, vim sapientialem atque vitalem;* [*quod enim sapit, vividum est*] *& in eo thesauro corporis haberi, ad quem DEUS respicit. HIERONYMUS*, ad Fabiolam, de Vestitu Sacerdotum: *Quæritur, ubi sit animæ principale. Plato, in cerebro; Christus monstrat in corde:* beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt. *Et*, de corde procedunt cogitationes malæ. *Et*, quid cogitatis nequam in cordibus vestris? *conf. Prov. XIV. 33. m. Plura vid. VI. 32. X, 8. XIV, 33. m. Eccles. II, 14. h.* (q) *V, 1. a. VIII, 8. BASILIUS l. c. Ut arti*, [Sophisticæ] *verbis contortis, fucatisq;, decipulo dicendi generi, resistere probè valeamus, magnum* Proverbia *præstant adjumentum: quoniam, quicunque hæc attentiùs audiverit, & illorum monita diligenter acceperit; tanquam rerum experientiâ munitus, hæc sophismatum contorta excipiet illæsus, minimeq; ab eis persuasus; minimè propterea à veritate discedens. Quemadmodum enim lepores vulpesq;, canibus aliam cursûs monstrantes viam, aliam conversi tenent: sic hujusmodi orationis involucra spiritualis doctrinæ simplicitatem ac viam detorquent. Attamen, qui quandoq; problemata, æquas utrinq; probationes habentia, in-*

Pellere ab ore tuo, discas; longèque fugare,
Perversum quicquid labiorum nutrit abusum [r].
25. Tertius ex oculis pendet. tua lumina rectà [s]
Prospectent; non huc, non illuc, fine vagentur
Incerto: nutusque regat quæque obvia tecum [t],
Indolis imperio, studia ad divina renatæ.
26. Quartus inest pedibus. quorum sic pondere certo
Incessum libra [u], ut, paribus cœlestis amoris
Passibus, insistant, omni contendere cursu
Firmi [x] ad propositi metam.
27. Fuge dextra, sinistra [x],
Deteriora: volam [y] remove tu à limite pravo!

CAPUT QUINTUM.

Propter incredibilem humanæ indolis corruptionem, acuitur hîc quoque attentio animi, ad excolendam sapientiam atque eloquentiam, carni oppositam, 1, 2. Præter cætera fugienda, periculum circa sexti præcepti observationem exponitur, descriptâ fœminæ facundiâ & temeritate insidiosissima, 3. - 6. Numero plurali & singulari quæ additur dissuasio, graviter consequentia mala exvenit; in quibus difficilis interdum veri ac verisimilioris inventio fuerit: si in Proverbiis exercitatus existat, minimè mente confundetur, etiamsi differentes verbis pugnare, ac paria de his ænigmata inter se conferre, videantur.

(r) II, 12. 14, 15. (s) 26. V, 21. VIII, 9. Eccl. VI, 9. (t) III, 6. IX, 15. XI, 5. XV, 21. (u) V, 21. Eccl. VI, 9. (x) XII, 2. XVI, 3. XX, 8. (x) BERNHARDUS, de Ordine Vitæ c. VIII. *Ille quidem ad siniſtram declinat, qui se apertis vitiis implicat. Ille verò ad dextram declinat, qui vitia, sub specie virtutum latentia, summopere non devitat. Per hæc enim multi decipiuntur, & ignorant, se esse deceptos.* (y) I, 15, 16. c. III, 23. VII, 11. XXV, 16. 19, Eccl. V, 1.

la explicat. 7.--14. Nec omittitur remedium, ad reſtinguendum ignem tam noxium, uſus matrimonii legitimus. 15.--19. Unde affectus Divinæ indignationis eò major oſtenditur, adverſus prohibitas conſuetudines; haud incognitas Deo ſanctiſſimo, plagisq; corporis atque animi puniendas. 20.--23.

HIs animadverſis, mi Gnate! impenſius [z] adſta!
Auſculta docilis, mea quid *ſapientia* [a] porrò
Te poſcat: mea quid *prudentia* [b] blanda, refellens
Arguat; inflexis humeris ferat auris [c] aperta.
Utraque dux paucos vix ſera reviſit inertes.
2. Tantæ molis opus; verâ virtute cavere,
Quæ præcepta tenes ſolertia, ſanctaque cœli

Mu-

PARALLELISMUS CAPITIS V.

(z) *I, 24. II, 3, 4.* (a) *I, 2. 8. II, 1. III, 1. IV, 1, 2. 10. 20. BASILIUS l. c.* Sapientiam *notat duplicem*, Divinam & humanam; *ad quam utramque complectendam exhortentur* Proverbia. *Eſt enim ſapientia, inquit, divinarum humanarumq; rerum, & eorum, quæ rerum ſunt cauſſa, ſcientia. Divina eſt, quam Paulus [cum Davide] vocat ſapientiam in* myſterio abſconditam. *1. Cor. II, 7. Pſ. LI, 8. conf. Prov. XXX, 3, 4. Humana, in hujus vitæ rerum experientiâ conſiſtit: ſecundum quam ſapientes dicimus, artium quarumlibet utilium ſcientes. cujus* abuſum *Apoſtolus nominat* ſtultitiam, *Rom. I, 22. 1. Cor. I, 20. Eccleſiaſtes,* vanitatem. *Idem abuſus,* Baſilio *eſt Sophiſtica, & quidem ſcientia, in* theoreticis; *prudentia, in practicis: de quâ ſuprà, ad Cap. IV, 24. 9.* (b) *I, 2. III, 19, 20. BASIL. ibid. Vera prudentia, eorum, quæ agenda, & non agenda ſunt, cognitio eſt: quam ſi quis ritè ſectatus fuerit, nunquam ab officio virtuteq; abſcedit, nunquam vitiorum viam imitabitur. Hic denique eſt, qui prudentiæ verba cognoſcit. Cui opponit Pater* Oeconomum injuſtitiæ: *quem Evangelium deſcribit, tanquam cuſtodem, non legis, ſed proprii commodi; non* veri, *ſed* apparentis *modò; haud aliter, quàm in ſerpente irrationali cernitur.* (c) *II, 2. IV, 20. XXII, 17.*

Munera, ne nequeas retinere [d] in rebus agendis,
Vitandisque malis: &, quæ tu scire [e] putasti,
Promere sat fidis, sat conservata, labellis [f]!
3. Exemplo tibi sit; quæ non præcordia perdat
Fœmina! namque favis [g], quasi mellitissima, stillant
Labra [g] peregrinæ [g]; cujus tam lene palatum [h],
Ex adyto linguæ mittens mirabile flumen,
4. Omne oleum [i] vincit: verùm, heu, quàm tristis amaror
Ejus in extremo [i] mera fert absinthia fato!
Quod velut ancipiti saniem mucrone recludit [k].
5. Ejusdem plantæ descendunt mortis ad umbras:
Quilibet ingressûs [k] miseræ nituntur [l] ad orcum.
6. Vitales [m] sed enim ne possit obire meatus [n]
Indomita, affectus varii discursibus obstant;
Ut neque nota velit vitæ cognoscere signa.
7. Vos igitur parete mihi, mea pignora! & oris
8. Verba mei nunquam dimittite! Prorsus abesto,
Quisquis es; ô deflecte viam longinquus ab ipsâ:
Inque salutatam dominam cum limine linquens,

9. Tu

(d) II, 8. III, 21. IV, 4. (e) I, 4. b. (f) XV, 7. XXII, 18. Mal. II, 7. (g) XXVII, 7. (g) VIII, 7. X, 13. 19. 21. 32. XVI, 30. XVIII, 6, 7. 20. XIX, 1. XXIII, 16. XXIV, 2. XXVII, 2. (g) II, 16. V, 10. 20. VII, 5. (h) VI, 24. 26. 28. (h) XXI, 17. 20. XXVII, 9. 4. 16. (i) V, 11. XIV, 13. XIX, 20. XXIII, 32. XXIV, 27. XXV, 8. XXIX, 21. (k) XXVII, 17. (k) IV, 12. c. (l) III, 18. (m) IV, 26. V, 21. (n) II, 14. 18. (o) I, 33. II, 2. III, 1. &c.

9. Tu diverſus abi! Túne inconſultus honorem [p]
Projicies aliis rapiendum, & inutilis annos
Crudeli [q] patiêre tuos à peſte vorari?
10. Ergò aliena tuo paſcentur [q] robore furtim
Ora? infelicem ô ſtudiorum, téne labores [r]
Ferre tuos ſub tectum hominis, qui juris in iſtos
11. Nil gerit [s]? ô quanti, parvo pòſt tempore, tandem
Te (conſumit enim rabies, vix oſſibus ægris
Hærentem carnem [t], ac totum miſerabile corpus)
Corripient fletus, fremitusque [u], inſueta gementem!
12. Nam qui [x] odi, quondam felix ego, ſani & honeſti
Dictamen [y]? nihil ô fuit imprudentius unquam
Corde [z] meo; quia tum monita increpitantia [y] ſprevit,
Cùm decuit, metuiſſe mihi! nunc irrita ploro.
13. En, lacrymæ! mihi quas jam tunc divinitus amens
Contraxi, quando ah (vocem meliora monentum
Haud veritus) renui, pronam doctoribus aurem
14. Inclinare meis [z]! Nunc verò excludor iniquo
Tempore fatorum: me jam pœna occupat omnis,
Offenſi populi in medio, cœtûsque [z] minantum.

(p) *VI, 30.* (q) *XI, 17. XII, 10. XVII, 11. XXVII, 4.* (q) *Ne fatiurentur. XII, 11. XVIII, 20. XX, 13. XXVIII, 19. XXX, 9. 15, 16. 22.* (r) *XIV, 23.* (s) *V, 20. XXVII, 2. Eccl. VI, 2.* (t) *XI, 17.* (u) *XIX, 12. XX, 2. XXVIII, 15.* (x) *Eccl. II, 16.* (y) *I, 2. c. 23 p.* (z) *IV, 20. k. 23. p poſt. XXII, 17.* (z) *I, 25. II, 1. &c. III, 1. 21. IV, 20.* (z) *XXVI, 26.*

15. De propriâ bibe tu foveâ [a] puriſſima lætus
Pocula [b], & è putei fundo pete viva fluenta!
16. Cernes, ire foràs; nec longâ deinde moranti
Annorum curâ, ſeſe diffundere rivos [c],
Multus ut in plateas curſus dimanet aquarum.
17. Te ſolum agnoſcent dominum: tu ſolus habebis;
18. Non illos alii tecum. tibi ſemper origo
Una ſcatebrarum ſic fortunata manebit.
Sic uxore tuâ gaude, quam prima juventus [d],
Ominibus ſanctis, ſanctas dedit atque jugavit
19. Delicias [e]! Viden', ut cervæ teſtentur amores,
Quàm bona ſit conjux; ut ſit pudibunda marita
Hinnuleo ſimilis, cœlo cui gratia plaudat?
O quàm larga, & quæ promiſſa ingentia Vatum
Conjugialis amor præfert, auctore JEHOVA!
Parte aliquâ ſi te dignaberis, ubèra [f] *coſtæ*
Explebunt te omni caſtâ dulcedine, & omni
Tempore perpetuis [g] hujus ſatiabere flammis.
20. Cur externa trahant delirum incendia, *Fili?*
Quidque inconceſſis facibus flagrabis, & *Evae*
Amplectêre [g] ſinum, quæ non tua, turpibus auſis?

12. Haud

(a) *I*, 12. (b) *IX*, 17. (c) *X*, 11. *XIII*, 14. *XIV*, 27. *XVI*, 27. *XVIII*, 4. *XXV*, 26. (c) *I*, 20. (d) *II*, 17. 2. (e) *Eccl. IX*, 9. (f) *VII*, 18. (g) *Eccl. IV*, 5. (g) *XXVIII*, 14.

21. Haud impunè quidem. neque enim veſtigia nullis
Fœda notare poteſt oculis, quibus abdita luſtrat,
Omnipotens Genitor; veſtigans [h] quæque viarum [h],
Exploransque, ſuæ lances quem pondere damnent.
22. Nempe, malum talem capient [i] ſua crimina quemvis,
Hora inopina citò: non vi, non arte malignâ
Hîc opus; hei! propriis ſe funibus [k] implicat, hæret [k].
23. Ipſe ſibi inſano [m] mortem parat: ipſe mereri,
Ipſe ſubire necem mavult; quàm corde reverſo
Diſcere juſtitiam monitus, nec temnere ſacra.
Oppetet ob tam grande nefas [l]. dum plurimus illum
Intereà vortex, rerumque animique, tumultu [m]
Diripit aſſiduo; per cuncta miſerrimus [m] errat [n].

CAPUT SEXTUM.

Quum Sapientiæ, ut virtuti caſtiſſimæ, nihil adverſum magis ſit, quàm abominandum vitium illud impuritatis; & verò juventus malo nullo facilius illaqueetur: exinde ſit, ut tractatio hæc generalior in obſtaculo iſto, ante omnia arcendo, unicè verſetur. Nec verò, quæ in hoc capite interſerun-tur primùm, ab iſthoc inſtituto aliena ſunt: neque enim hic abſolutè *iſta, ſeu per ſe, tractantur, ut infrà in ſpecialibus locis ſæpius; ſed potiùs* re-

 reſpe-

(h) *XV, 3. a. AUGUSTINUS ep. 109. Si quis latet ita, ut à nemine hominum videatur, quid faciet de illo ſuperno inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt, non videre, quia tantò videt patientius, quantò ſapientius? Illi ergò vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminæ malè placere.* (h) *II, 22. g.* (i) *III, 26. Res eadem XXIX, 6.* (k) *I, 17. f ult.* (k) *III, 18.* (l) *XI, 14. XV, 22. XXIX, 18.* (m) *I, 7. q.* (n) *19, 20. XIX, 27. XX, 1. XXVIII, 10.*

ſpectivè. adhibentur quippe, ad damnandam multò magis libidinis turpitudinem, à minori ad majus. Ita ſponſorum imprudentia; 1.--5. impudentia pigrorum; 6.--12. nequitia quævis, 12.--15. horrenda proponitur; ipſaq; obedientia, filiorum propria, denuò commendatur impensè. 16.--23. & quidem eum in finem, ut intelligatur, ſi omnis vigilantia accendenda eſt contra jam dictas legis offenſiones, longè magis veriſimile & neceſſarium; curam omnium maximam, adverſus laſciviæ flagitia peſtilentiſſima, tàm ſcortationis, quàm adulterii, à filio ſapientiæ primò ac præcipuè dirigendam eſſe: propterea quòd ex iis & impedimenta ſapientiæ, & damna corporis animæq; naſcuntur incomparabilia. 24.--35. Quò ſpectat expreſsè addita comparatio, quæ diſparibus tribuitur inter reos furti & adulterii: 30. &c. nec non 24. illatio obſequii, applicandi ad hanc unam cautionem, individua.

NAte! ſpopondiſti[n], vinctus pro paupere amico[o],
Debita; &, impactam[p] dextramque fidemque dediſti,
Non ſatis addicto: qui jam tenditque fovetque,
2. Unum te premere. unde tuo conſtringeris ore:
3. Captus[q] es ore, tuis ſermonibus. Ergò age, *Fili!*
Te ſubitò expedias laqueis: nam obnoxius, horres,
Te manui alterius ſubjectum vincula ferre.
Tolle moras; ſeclude minas: pete ſupplice dextrâ
Auxilium, precibus nec parce; ut robore fratrem
Suſtentes miſerum, teque ipſum compede ſolvas.
4. Ne carpas ſomnos, oculisve, aut lucis opacis
5. Tegmi-

PARALLELISMUS CAPITIS VI.

(n) *XI, 15. XVII, 18. XX, 16. XXII, 26, 27. XXVII, 13.* (o) *III, 28, 29 y primum.* (p) *inf. 5. XI, 15. XVII, 18. XXII, 26.* (q) *III, 26. XII, 13. u.*

5. Tegminibus [r], noctem capias! citus erue [s] plantam:
Cauta velut caprea, ac volucris [s], ſi quando tenetur
Retibus [s], hoſtilem properat deludere dextram.
6. Vade ad formicam [t], piger [t]! i, ſpeculare labores,
Ire iter [u] anguſtum quibus, & trahere aſpera, pergit!
7. I, diſce ex illâ! non hanc præſentia Regis [x],
Aut Ducis [x], aut vigilis præfecti, aut ullius urget,
Parvula quæ reliquis domina, & velit eſſe magiſtra [x].
8. Ipſa æſtate ſibi panem, haud ignara futuri,
Sponte ſuâ in medium quærit [y]: ſponte addit acervo
Meſſis opus, quod quæque poteſt; atq; aggregat eſcam.
9. Tu quonam usque cubas [z]; quæ te tam lenta moratur
Deſidia, ô ſegnis? ſtrato, quæ te hora videbit,
10. Denique ſurgentem? quin, paulùm [a] lumina conde:
Paulùm ea victa natent, ſine! paulùm conſere [b] palmas,
Ut rurſum feſſos ſomnus [c] ſuus occupet artus [c]!

(r) *IV, 16. 25.* (s) *II, 12. XXIV, 11.* (s) *VII, 23. XXVI, 2.* (s) *ſup. 5. conf. I, 17. f poſt. XII, 13. u.* (s) *XXX, 25.* (t) *inf. X, 5. 9. XIII, 4. XIV, 6. XV, 19. XIX, 24. XX, 4. 13. XXI, 5. 25. XXII, 13. XXVI, 13, 14, 15, 16. CHRYSOSTOMUS in c. II, Matth. homil. 8. Quàm diu peccaveris, Scriptura te transmittit ad irrationales animantes & viliſſimas. Neque enim illa erubeſcit, animal rationis honore donatum, apis atque formicæ diſcipulum facere: nec tamen Scripturæ culpa eſt, ſed eorum, qui nobilitatem propriam perdiderunt.* (u) *I, 15. c.* (x) *XXV, 15.* (x) *XVI, 32. XXIII, 1. XXVIII, 15. XXIX, 12. 26. Eccl. X, 4.* (y) *X, 5.* (z) *III, 24.* (a) *XXIV, 33, idem.* (b) *IV, 8. V, 20. XIX, 24. XXIV, 33. Eccl. IV, 6.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

11. Sic dormi placidè! jam jamque [d] infesta viatrix,
Pauperies [e], inopina [f] venit; tibi tristis egestas [e],
Marte viri, clypeo [g] muniti, invicta minatur.
12. Si quis erit Beliale satus, vir iniquus & atrox [h];
Ambulat [i] in vanis totus: vesania [k] vocis
13. Prodit eum. crebris oculorum idem ictibus illud
Innuit [l] antè suis: pedibus dat signa, loquelæ
Instar, agit strepitus, sociumque impellit: & instans,
Exsertis digitis micat; his docet [m] improbus orsa.
14. Mille nocendi artes [n] fœcundo pectore versat
Ultrò, augetque dolos: quorum fabricator, in omne
Tempus erit. tum, si qua arridet copia, rixas [o]
Atque odia emittens, furibundus in obvia fertur.
15. Verùm, heu! mox istum pavor improvisus [p] ab alto
Corripiet [q], fallax franget fortuna repentè:
Nec, medicas [r] adhibere manus ad damna, licebit.
16. Si tu quæsieris, cur immedicabile vulnus

Huic

(c) *inf. 22. III, 24. r. X, 5. XIX, 15. 24. XX, 13. XXIII, 34. XXIV, 33. XXVI, 14.* (d) *III, 6. IV, 6. 10.* (e) *X, 4. 15. XIII, 18. XIV, 20. XIX, 1. 7. 22. XX, 13. XXI, 17. XXII, 7. XXIII, 21. XXIV, 34. XXVIII, 6. 19. XXX, 8. 9. XXXI, 7. Eccl. IV, 14. conf. X, 4. g. XXII, 16. b.* (f) *XXIV, 33. Eccl. IV, 15.* (g) *II, 7.* (h) *Ad signa hæc conf. IV, 1. V, 18. XVI, 28, 29, 30. XVII, 27. XIX, 28.* (i) *IV, 18. X, 9. XIV, 2. XIX, 1. XXVIII, 6.* (k) *IV, 24.* (l) *X, 10. XVI, 30.* (m) *V, 13.* (n) *conf. 18. II, 12, 13. s. 15. t. III, 29. y.* (o) *inf. 19. X, 12. XIII, 10. XV, 18. XVI, 28, 29, 30. XVII, 1. 14. XVIII, 18. 19. XIX, 13. XXI, 9. 18, 19. XXV, 24.* (p) *III, 25.* (q) *I, 26. III, 25.* (r) *I, 27, 28. IV, 22.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Huic tali obveniat; quænam id mereantur, inaudi,
Senſibus ac imis, prorſus fugienda, repone.
Ecce! odit DOMINUS mala ſex; odêre fideles
Iſacidæ: ſeptemque [s] adeò conjuncta ſub uno
Crimine ſunt, diram irritantia Numinis iram [t].
17. Sublimes oculi [u]; præ faſtu, ſortis egenæ
Obliti, ſummique Patris: mendacia linguæ [x]:
Crudelesque manus, fundentes tetra fluenta
18. Sanguinis innocui: præcordia, more fabrili [y]
Quæ mala [y] quæque ſtruunt, agitantque: pedesque citati,
Proni ad currendum, quò ipſos vocat impia cauſſa:
19. Nec non, ſi infidus ſit teſtis [z], inania ſufflans [z];
Vel, media in fratres ſi quisquam jurgia mittat [a].
20. Te, mea cura & amor! ſervent ſervata, paterna
Iuſſa mea! almæ etiam matris ne deſere legem [b],
21. Ut vulgò malè fit. Super intima corda ligabis
Hanc, & ea, aſſiduò: de collo pendula nectes [b]
22. Utraque. Namque, animus ſi te huc, ſi duxerit illuc;
Dux te certus aget timor is [c]: ſin nocte quietem [c]
Fert

(s) XXX, 15. 29. (t) III, 32. c. (u) XXI, 4. XXIII, 5, 6. XXVIII, 22. XXX, 13. 17. (x) XII, 19. XXI, 6. (y) *ſup.* 14. *m.* (z) XII, 17. XIV, 5. 25. XIX, 5. 9. *conf.* 28. XXI. 28. XXIV, 28. XXV, 18. *Vocis poſter. uſus* XXIX, 8. (a) *ſup.* 14. XVI, 28. XVIII, 19. (b) I, 8, 1. (b) III, 3. (c) III, 24, 1.

Fert ſopor, hic cuſtos [d] aderit fidiſſimus unus [e];
Evigilanti autem, pius & facundus amicus.
23. Quicquid præcipitur, menti eſt accenſa lucerna [f].
Lux, oculo fit lex: at lex, in pectore, lux [g] eſt.
Sunt, via vitarum [h], rigida argumenta decori [i].
24. Jam verò, prædicta tibi, deformia monſtra
Evitaturo, primum præque omnibus illud
Inculco repetens; iterumque iterumque monebo.
Utere vindicibus mandatis, ante cavenda
Cætera, in hoc uno; ne te unquam ceperit ulla
Fœmina, fœta malo [k]; nec te pertentet inuſtis
Vulneribus mœchæ blandum os, quo perfida ſævit,
Conjugis, atque viri alterius, communis Erinnys.
25. Illius, ah, tua ne cupiant vaga corda nitorem,
Hortor; ocellorum neu te, fulgore potentes [m],
26. Arripiant tunicæ! Mulier meretricia, flamma eſt;
Ob quam nec fruſti cereris manet ulla poteſtas [n]:

Nec

(d) II, 8. III, 24. V, 2. VI, 24. (e) 9, 10. c. (f) XX, 20. 27. (g) IV, 18. (h) III, 2. c. 22. CHRYSOSTOMUS, in Gen. ſerm. 8. *Ecce! non auxilium ſolùm, nec lucerna ſolùm; ſed & lux eſt, & vita: hæc porrò, non ſunt, odio proſequentis, neque perdere volentis; ſed, manum porrigentis, & erigentis. conf. Pſ. CXIX, 102.* (i) I, 2. 23. III, 11. 1. (k) VII, 10. XXII, 14. XXIII, 27. *Rectè GEIERUS: in ſcorto ſingulæ ſcelerum ſordes, velut in ſentinâ, confluunt; v. g. contemtus Dei, ſacrorumq; omnium; homicidia, jurgia, furta, mendacia, calumniæ. &c.* (l) XXI, 20. (m) XXXI, 30. (n) V, 10.

Nec corpus ſolum, verùm & pretioſius [o] unà
Pulpamentum, animam totam, venabitur illa,
27. Atque per hanc *Belial.* quis, quæſo, acceperit ignem [p],
Inque ſinu teneat; nec eo comburat amictum?
28. Anne ſuper prunis [p] mortalis inambulat usquam
Illæſis pedibus [q], ni per miracula cœli?
29. Sic, cœlo inviſus, perimit ſe funditus ipſe,
Qui thalamum invadit ſocii, nuptæque propinquat:
Quisquis tanget eam, non impunitus [r] abibit.
30. Nec furi impaſto, per noctem in tecta ruenti,
(Urget acerba fames animam [s]) ſe paſcere rapto,
Dedecus eſt tantum: trutinâ, ſi, crimina utrinque
31. Compoſuiſſe, licet. deprenſus enim iſte, rapinam
Compenſare poteſt; ſeptena [t] piacula reddens,
Aut addens omnem, quæcunque opulentia rerum [u]
32. Fortè domi fuerit. Contrà, corruptor amorum

(o) *I, 13. b.* (p) *XXV, 22. XXVI, 21. AMBROSIUS in Pſ. Dav. I. Qui ſemel in ſinu mentis flagitii flammam ferventis adoleverit, citò corporis ſui veſtimenta comburet. Et ut ignis, in ſtipulam exiliens, inhæret ac permanet, donec omne, quod corripuit, abſumat: ita vel exigua ſcintilla peccati, ſi quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande excitat. Noli ergò ſtare in peccato. Poſtremo, ſi poſuiſti veſtigium ſupra voraginem culpæ, citò aufer pedem: ne ſupra plantam tibi aſcendat pollutio, & lapſu facilliore deceptus, ſupra lutum reſideas. Eruenda ergò prima ſunt vitia, ne in plura deinde graviora proſerpant.* (q) *III, 23. IV, 12.* (r) *XI, 21. XVI, 5. XVII, 5 XIX, 5. 9. XXVIII, 20.* (s) *Eccl. VI, 2.* (t) *XXIV, 16, XXVI, 26.* (u) *ſup. 26. 1, 13. b.*

Corde caret [x] penitus: nemo eſt tam perditus, inter
Autores ſcelerum; niſi qui velit immemor eſſe,
Vaſtatorque, ſuæ laudis vitæque, nefandus [y].
33. Et verò inveniet [y] plagarum mille flagella,
Mille parata ſuis rebus; ſemperque dolebit,
Multa gemens ignominiam [z], indelebile famæ
34. Opprobrium. horribilis quippe eſt furor [z], ira [z] mariti;
Ac commota, virum ſtimulis immitibus acrem [a]
Excitat: hic raptus Nemeſi, cui tempora [a] parent,
Parcere neſcit ei, quem jus violare pudoris,
Quem pia ſacra tori temeratum iviſſe, tremiſcit.
35. Tum nullæ facies [b], heröis, & æris, & auri;
Nulla ſuper furto, quod pacta verenda cubilis
Frangit, inexhauſto quanquam [c] cumulata metallo,
Munera, tam juſtas furias extinguere poſſunt [a].

CAPUT

(x) *VII, 7. IX, 4. 16. X, 13. XI, 12. XII, 9. 11. XVII, 18. XXIV, 30. Conf. IV, 19. XXVIII, 16. 22. Eccl. X, 3. Eſt inter Proverbiales Formulas* TERTULLIANI, cor non habere, *vel cerebrum; h. e. ſanum illius uſum: lib. IV. adverſus Marcionem c. X.* Faciliùs invenias, hominem natum cor non habere, vel cerebrum; quàm, corpus non habere. *conf. IV, 24. 9. Eccl. II, 14. b.* (y) *XVIII, 9. XXII, 22. XXVIII, 24.* (y) *III, 4.* (z) *III, 35. k.* (z) *XI, 4. XII, 16. f. XIV, 29. XV, 1. 18. XVI, 14. XIX, 19. XXI, 14. 24. XXII, 25. XXIV, 18. XXVII, 3, 4. XXIX, 8. 22. XXX, 33.* (a) *XX, 24. XXIV, 5. XXVIII, 3. 21. XXIX, 5. XXX, 1. 19. XXXI, 1.* (a) *I, 12. 31, 32. IX, 18. XI, 4.* (b) *XXIV, 23.* (c) *XXIX, 19. f.*

CAPUT SEPTIMUM.

Confirmat hoc Caput, tractationem hanc generalem totam in eo esse, ut tenebræ, sexto præcepto adversæ, ex animo juvenili profligentur, ne obstent luci Sapientiæ in universum. Quapropter superioribus dehortandi modis subjungitur Subjectio *sub adspectum, qua in rem quasi præsentem adducitur lector, ut eò efficaciùs abhorreat. Præmittitur iterum obtestatio; non modò arguens depravationis suæ hominem, verùm exprimens simul, quomodo is debeat corruptam mentem sine intermissione ad rectiùs sentiendum excitare: estq; ipsa hic triplex. Prima respicit antecedentia, observanda: v. 1, 2. secunda, hujus capitis* impressionem; *v. 3. & tertia, sensum capitum sequentium,* octavi *ac* noni, *designat. v. 4. Quibus fideliter unà comprehensis, non dubitatur de constantiâ. v. 5.* Hypotyposis *ipsa depingit, tam juvenum temeritatem, haud fugientium peccandi occasiones, quàm procacitatem mulierum malarum. 6. -- 13. Adhibita* Sermocinatio, *præ se fert; illecebrarum persuasionem ita impiam, frivolam, protervam atque perfidam esse, ut nihil suprà. 14. -- 20. Post sermocinationem, porrò subjicitur sub oculos eventus miserrimus, in quem servus blanditiarum trahitur. 21, 22, 23. Quocircà in promtu est conclusio, de custodiâ cordis; opponenda periculo ipsius æterni exitii. 24. -- 27.*

NOn satis, hoc iterum monuisse. en, tertia id ipsum
Mentio imaginibus recolet! florente sub ævo
Res tenera, & damni gravitas, me talia cogunt.
O mea tu proles, mea spes firmanda, tuêre
Dicta mea; & tecum mea tu præcepta reconde[c]!
2. Custodi mandata mea; ut meliore fruaris
Hoc & venturo seclo[d]: legumque[e] mearum,
3. Tanquam oculorum, aciem. Digitis affige tenenda[f]:

PARALLELISMUS CAPITIS VII.

(c) II, 1. (d) IV, 4. (e) I, 8. 1. (f) III, 3. VI, 21.

4. Scribe illa in cordis tabulâ [g]! Dic, nate, Sophiæ:
Te, mihi luce magis dilectam, agnosco sororem!
Notitiamque boni verique [h], vocare propinquam,
5. Assuesce, ac gaude totus! Quo triplice muro
Si circumseptus fueris, quascunque per horas;
Non te unquam capiet conjux aliena, nec ulla,
Ignotam tibi quam decet esse: utut occupet, instar
Lene fluentis aquæ, sua blandimenta bibentem [i].
6. Nam, ne te quidquam celem; contracta fenestra [j],
Intra ædes, quum me quondam spectare juberet
Prodita cancellis; extrà obversantia vulgò
7. Corpora prospiciens, vidi vaga [k] multa: sed unum
E gnatis [l] juvenem, privatum corde [m], notavi.
8. Pertransivit enim plateam [n], quâ visitur aptus

Angu-

(g) *III, 3.* (h) *I, 2. d.* (i) *II, 16. y.* (i) *conf. 1. Reg. VI, 4. ubi* Nota *LUTHERI* marginalis *typum ostendit ejus, quod 1. Corinth. II, 15. legitur. HIERONYMUS in h. l. Aptè Salomon, de fenestrâ domûs suæ se per cancellos prospexisse, dicit, ut parvulorum gesta dijudicaret. Qui enim de fenestrâ per cancellos prospicit, ipse quidem ea, quæ foris aguntur, plenè considerare sufficit; nec tamen ipsum, qui foris infrà degunt, aspiciunt. Namque hoc est, quod Apostolus ait:* Spiritualis enim judicat omnia; ipse autem à nemine judicatur. De fenestra enim domûs meæ per cancellos prospexi; & video parvulos. *Patet juxta litteram: quia sapientium aspectus magistrorum, & infirmorum actûs, sedulò speculatur, & fortium. Æterna Dei sapientia de cœlo prospexit, & videt omnes filios hominum.* (k) *Fatuorum, ut I, 4. g, Eccl. IX, 17.* (l) *IV, 1.* (m) *VI, 32. x.* (n) *I, 20, Eccl. XII, 4.*

Angulus impuræ; tumidusque inceſſit iniquo
Tramite, qui ſtolidum malè nota ad limina duxit.
9. Veſper erat: tempus, quo ſera crepuſcula lucem
Ambiguam turbant; &, ſenſim invita revertens,
Nox, ſervire Stygi, ac, ſimul indignantibus umbris [o],
Omne malum atque malos circùm occultare tegendo,
10. Occipit. Ecce autem, mulier venit obvia eunti;
Ornamenta inhoneſta [p] gerens: ſibi conſcia fraudum [p];
11. Irrequieta, procax ſtrepitu [q]; perverſa, rebellis;
Quæque, habitare domi pedibus ſe poſſe, recuſat!
12. Jamque foris, jamque illa procul per lata viarum
Diſcurrit; (neque enim, conſiſtere, paſſa libido)
Inſidiisque [r] locum in bivio ſibi conſpicit omni,
13. Ut prædator Arabs. Quæ tum, quem ſperat, adepta,
Corripit actutum cupidis amplexibus, ultrò
Oſcula dans, vultumque ſuum obfirmata [t], profatur.
14. Sunt mihi pacificûm ſacra fercula: pinguia vota [u],
Quæ perſolvi hodiè, præbent convivia nobis.
15. Occurſare tibi volui, faciebus [x] amandis
Quærendisque [y] tuis devota. repertus adeſto!

(o) *IV, 19.* (o) *VI, 24. k. XXX, 20.* (p) *conf. II, 11.* Vulg. *præparata ad capiendas animas. conf. ſuprà 7. m.* (q) *I, 21. IX, 13.* (r) *I, 11. x.* (s) *III, 18. IV, 13. XXXI, 19.* (t) *XXI, 29.* (u) *XX, 25. XXXI, 2. Eccl. V, 3.* (x) *XXVIII, 21. Eccl. VIII, 1.* (y) *I, 28, n.*

16. Sponda mihi ornata est, geniali splendida luxu [z]:
Cælatas monstrabo trabes, aulæa [a] superba,
Quosque suos funes Ægyptus Dædala mittit.
17. Cinnama, myrrha, aloë, jam suffimenta [a] cubili
Mixta dedêre meo: liquidis quod odoribus halans,
Compositisque toris stratum, te invitat. adesdum!
18. Eja age, reddamus sat amoribus [a] ebria tandem
Pectora; & æquemus nocti, in lucemque feramus
Gaudia nostra novam: sat nunc lætemur amando!
19. Vir peregrè est; abiit longè, sua tecta relinquens:
20. Auxiliumque viæ dextrâ sibi sumsit habendum,
Argenti [b] fascem. Subitum mox affore, tutus
Ante diem festum, metues formidine vanâ.
21. Hâc, multâque aliâ, falsa dulcedine mentem
Flexit [d], & accensam porrò inflammavit: at ægrum,
Blanda labellorum sine fine incendia vibrans,
22. Perpulit: illc istam sequitur celer: utque juvencus
A ductore truci trahitur, mactandus ad aram,
Victima, qui ignarus solet ire; vel, ærea si quis
Credulus ad lusum vincla [b] accipit, inde rigorem [g]
23. Haud metuens; ita fit: donec (miserabile dictu)
Dira

(z) *stragulis*: XXI, 22. (a) XXXI, 22. (a) XXVII, 9. (a) V, 19. (b) II, 4. (c) I, 5. k. (d) XVIII, 5. (e) II, 16. V, 3. VI, 24. XXVI, 28. (f) III, 25. (g) I, 2. c. (h) I, 17. *fult.* XII, 13. u.

Dira jecur victi ferro diffindat acuto.
Qualis & in laqueos [b] avis irruit; inscia lapsûs,
Contra animam, facti.

24. Vos ergò, ô pignora nostra!
Auscultate mihi prudentiùs: ore paterno
Quæ nunc verba fluunt, animis advertite vestris [b].

25. Cor [b] defende tuum, ne quà se ad devia [i] pestis
Hujus demittat [k]; neu callibus [l] hujus aberres.

26. Hei mihi, quàm multos confossos perdidit ipsa!
Nec numerus, nisi quo comprêndit pagina fati
Omnia: tot manus hæc turpis demisit ad orcum!

27. Est iter inferni [m], domus hæc; descensus ad atra
Tartara, ubi horrendæ penetralia [n] livida mortis [m].

CAPUT OCTAVUM.

Occupatione *respondetur objectioni, seu excusationi; quòd sapientia, post lapsum, nimis remota videatur: non abesse eam longiùs; quippe quum Divina vocatio, è Verbo Dei obvia, defectum sarciat. 1, 2, 3. Sequens* sermocinatio *tradit: inesse quidem humano generi tantam socordiam; quâ positâ, thesauri naturæ omnes, ut viliores, ita & propiores sint nobis sapientiâ, quatenus vera est: nihilominùs, quò præstantior hæc existit, eò magis ipsam investigandam, quia sola ab erroribus liberat, desideriisq; satisfacit. 4.-11. Quòd verò non debeat tantùm, sed possit acquiri etiam summum hoc bonum; pergit demonstrare, cùm patefacit:* (1) *facilè obtineri; modò, sicuti sapientia nec est, nec agit quicquam sine prudentiâ, ita non aliter id quæratur, quàm sub præscripto ordine convenientis obsequii. 12, 13.* (2) *con-*

(h) *IV, 23. p post.* (i) *II, 18.* (k) *IV, 15. VI, 35.* (l) *I, 15.* (m) *II, 18. V, 5.* (n) *XVIII, 8. XX, 27. 30. Eccl. X, 20.*

(2) *constitutâ hâc conditione, efficaciam quoque omnem necessariam à Sapientiâ impertiri, tam in exsequendo, quàm consulendo: quemadmodum enim dat potestatem ac potentiam magistratibus, sic ea & facultatem offert, cujus indiget unusquisque. 14.--21.* (3.) *ab eadem proficisci pulchra omnia, non ut mero dono, verùm ut ipsa æternum Verbum, & filius Dei omnipotens permanet, mediator Patris & hominum. 22.--31. Concluditur inde; nihil desiderari, quàm obedientiam, patientiæ haud expertem, lucro infinito satis compensante moram: non sine terroris affectu, inobedientibus oppositio. 32.--36.*

ANnon, perpetuo sese clamore ferentem,
Audimus coràm Sophien [o]; hujusque ministram,
Edentem voces [p], quæ perspicientia veri?
Dicitur, in cœlo ac naturâ lumen apertum?
2. Si qua excelsa [r] videt, capiti insidet illa jugorum:
Unde superna vias [s], pagosque & compita lustrat;
Atque hîc, vociferans, altè [t] consistit, & illic.
3. Præcipuè ad portam effulgens, ipso urbis [u] in ore
Vestibuloque, aditus communis ubi usque patescit
Millibus, invitat turbas:
4. O sistite, clamans;
En! vobis edico Viris; hîc sistite gressum:
5. Vos & Adamigenæ quivis! agnoscite curam,

Quæ

PARALLELISMUS CAPITIS VIII.

(o) *conf. infrà 22. 30. IX, 1, 2, 3. XXX, 3, 4. Eccl. I, 1. b. VII, 27. Ps. II, 7. Matth. XI, 19. Luc. VII, 35. XI, 49. Joh. I, 1. 1. Cor. I, 30. Coloss. I, 15, 16, 17. II, 3. Ebr. I, 2.* (p) *II, 3.* (q) *II, 2, 3. 6. III, 13. 19. X, 23. XI, 12. XIV, 19. XV, 21. XX, 5. XXVIII, 5.* (r) *IX, 3, 14. Eccl. X, 6.* (s) *IX, 15.* (t) *I, 21.* (u) *IX, 3. XI, 11.*

Quæ decet incautos: fatuíque [x], intendite corda [y]!
6. Auribus atque animis opus eſt. namque eloquar ampla,
Principe [z] digna loco: rerum, quibus ora reſolvam,
Natura interior, recti dat jura [a]; nec ulla
7. Ex meditandorum [b] guſtu dulcedo palatum [c],
Néve mihi linguam ſuperat, niſi mentis imago
Divinæ ſit vera: meis eſt omne profanum [d]
8. Horrori [e] labiis [f]. ſermones quilibet, ipſa
Quos fundo, effigiem legis formantur ad unam [f]:
In quibus haud torti quidquam, ſimulacraque nulla
Perverſi [g], nulla erroris, vitiive dolive [g].
9. Nec minùs, iſtorum quotquot [h] ſparguntur, amanti
Doctrinam & ſtudium, ſpectato examine plani
Occurrunt: doctis oculis, qui recta ſciendi [i]
Lucent arte, modo miro, patuêre, ſubacti.
10. Ergò magiſterium [k] noſtrum, virtutis alumni,
Accipite; argentum ſpernentes: ſpernite & aurum [l],
Sit licet electum! ſi ſancta ſcientia [m] pulchri
Dignè expendatur; nihil eſt, quod talia laudem.

G 11. Quic-

(x) I, 2.4.g. Eccl. II, 14. (y) I, 33.a. (z) XXII, 20. XXVIII, 16. (a) I, 3. f. (b) XV, 28. conf. XXV, 4. (c) V, 3. (d) II, 12, 13, 14, 22. g. III, 29. y. IV, 14. (e) III, 32. c. (f) V, 3. g med. (f) conf. XV, 23. r. t. Eccl. IX, 17. (g) II, 15. BASILIUS hæc capit de Sophiſticâ: ut ſuprà c. IV, 24 q. (h) conf. 8. I, 3. (i) I, 4. h. XVII, 10. 24. 27. (k) conf. infrà 33. y. cum I, 2. c. (l) inf. 19. III, 2. c. 8, 9, 14. y. (m) I, 4. h.

11. Quicquid & in raris gemmis reperitur, & ignis,
Et pretii; longè id melius ſapientia viva
Continet: ac, dudum ut doceo, ſi ex omnibus oris
Cuncta in vos optata fluant, tamen omnia cedent [n]
Palmam opibus manibusque, quibus DEUS omnia fecit.
12. Ecce! ego, rurſum inſit Sophie, & Prudentia, eandem
Incolimus ſedem, cumq; hac capio undique promtam
Notitiam, quâ res ſcire & diſcernere proſit [o].
13. Diſcite: quid, Dominum, ſit, formidare [p] Tonantem!
Eſt, odiſſe [q] malum. Vobis ſic iungor amica.
Nempe, inviſa mihi ventoſa ſuperbia, faſtus,
Impia quæque via; os, quod depravata loquendi
14. Morem agitat. Contrà, mihi vis divina cohæret,
Conſiliiq́ue potens, ſolidâque ſalute [q] redundans.
Illa ego, quæ exiſto per me lux prima; videndi
Ac cognoſcendi fons ſum [r]: mihi, vivida virtus.
15. Per me ſceptra gerunt, regum qui nomine pollent:
Quiq́ue gubernâclis præſunt [s], non poſſe, fatentur,
Se, ſine præſidio noſtro, decernere juſtum.
16. Per me principibus [t] mandatur prima poteſtas:

Muni-

(n) *III*, 15. (o) *I*, 4. (p) *I*, 7. *p. IX*, 10. *b.* (q) *Enallage, ut I*, 3. *XV*, 12. 22. *XVI*, 16. *XXI*. 3. *Eccl. VI*, 9. (q) *II*, 7. *III*, 21. (r) *Joh. I*, 4. (r) *I*, 1. *XIV*, 28. 35. *XVI*, 10. -- 15. *XIX*, 12. *XX*, 2. 8. 26. 28. *XXI*, 1. *XXII*, 11. 29. *XXIV*, 21. *XXV*, 1. -- 6. *XXIX*, 4. 14. *XXX*, 22. 27, 28. 31. *XXXI*, 1. 3. 4. (s) *IX*, 11. (t) *XIX*, 10. *XXVIII*, 2. *XXXI*, 4. *Eccl. X*, 16, 17.

Munificisque [u], & judicibus, quos terra veretur,
Omnibus arbitrium judex impono tenendum.
17. Atque ego dilexi semper, quos, nacta sequaces,
Dilexisse meum nutum sine fraude malignâ,
Experior. quin & præsens, quærentibus, adsum,
18. Inveniorque ultrò [x]. Thesauri & gloria mecum,
Sors stabilis rerum, justi laus ardua floret [x].
19. Ut cecini, fructus nobis, præstantior auro;
Sive hoc effossum [y], seu flammâ atque arte recoctum est:
Proventusque [z] mei tanti, ut lectissima quæque
Argenti species nullo assimulaverit istos.
20. Limite justitiæ fretis, prænuncia fausti
Dux ego: judicii [a] in medio [b], quà meta sequenda [c]
Proxima, inoffensos certa [d] inter præmia duco.
21. Inde, mei digno flammatum pectus amore
Qui gestant, lucrantur opes, me dante [d], per omne
Tempus inexpletas, fortuna ut grandis eorum
22. Impleat ingentes gazas. Ne poscite regni
Ulla exorsa mei! Me, me possedit [e] Olympi

(u) XIX, 6. (x) VII, 15. (x) III, 16. c. (y) III, 14. (z) sup. 10. Eccl. V, 9. (a) sup. 6. I, 3. f. (b) IV, 21. (c) suprà 2. I, 15. 19. (d) conf. sup. 14. 9. III, 35. h. XX, 15. (e) HIERONYMUS, epist ad Cyprian. Possessio significat, quòd semper Filius in Patre, & Pater in Filio fuerit. Et in Proverb.

Conditor ante vias initas, ſine origine, ſecum
Principium, cauſſamq; operum; quæ exinde fovemus.
23. Uncta *f* ſum ab æterno Superûm regina, Parente
A capite *g* ipſa caput rerum immortale, priusquam
Terra crearetur: genita *f*; at non facta, nec orſa.
24. Tunc nihil omninò. nondum ſpatia ulla patebant
Apta voraginibus, quibus abderet Amphitrite
Dives aquas: nondum fontes, ceu ruris ocelli *h*,
25. Emicuêre uſquam. Nec tum, è radicibus altis
Seſe attollebant colles; montésve ſuperbi,
Ut turritæ arces, prælati vallibus imis:
Cùm jam nata *i* fui, Genitori æqualis, & ævo
26. Incipiente prior. necdum Ille effinxerat orbem
Terreſtrem, plateis ornatum pluribus, urbis
In morem atq; uſum; nec primam è pulvere glebam.
27. Quin

h. l. Vox Chriſti: qui vera eſt DEI Patris ſapientia, quæ ante omnem mundi creaturam ineffabiliter ex Patre genita; qua Ipſe cunctam cœli terræq; materiam potentialiter creavit, atque mirabiliter diſpoſuit. Sed, ne putaret aliquis, initio viarum, vel aliquando ante tempora, filium eſſe cœpiſſe; vigilanter adjunxit. Antequam quicquam faceret à principio: ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam &c. *Cui ſimile eſt in Evangelio:* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt. *Pereant ergò, qui negant, Dei virtutem, & Dei ſapientiam, videlicet Chriſtum, ab initio, imò & ante omne, quod dici vel cogitari poteſt initium, ab Ipſo Patre fuiſſe progenitum.* (f) *Pſ. II, 6, 7.* (g) *I, 21. Gen. I, 1. Joh. I, 1.* (h) *V, 16.* (i) *XXV, 23. XXVI, 10. Pſ. II, 7. Mich. V, 1. Ebr. I. 5. 8, 9, 10.*

27. Quin ego jam [k] fueram, cœlos quum Dextra pararet
Infinita, ſui ſolii faſtigia ſumma,
Immenſumque globum [l]. vidi, faciebus abyſſi [m]
Impoſitos gyros circumvallare profundum
28. Legibus [n]: atque ultra nubes [o] firmata [p] ſupernè
Tecta poli; incluſasque, arcani roboris ære,
29. Oceani [p] ſcatebras [q], infrà. vidi, undique ponti
Circuitûs frenare Patrem cohibente ſtatuto [r];
Omnium item undarum, ne oram tranſire liceret:
Et pariter, finire [r] ſoli fundamina cœca.
30. Nec vidi hæc tantùm: verùm & (nam tradere fas eſt)
Sic cum Patre fui, juxtà [s] ut fuerim ipſa magiſtra,
Ipſa opifex, nutrixque; & me, momenta dierum
Singula conſpicerent, oblectamenta Creantis.
Lætabatur enim, perfuſus amore paterno,
Ante oculos variâ arte ſuos me ludere [t] in omni
31. Horarum articulo, jamque in tellure rotatâ
Ludit adhuc mea mens, mea lingua, mea utraque palma.
Nec non id, gaudens, videt Ille: ſimulque voluptas
Intima ſemper Ei eſt, quòd ego mea gaudia ponam,

(k) *Eccl. III, 27.* (l) *Gen. I, 1.* (m) *conf. 27.* (n) *conf. 15.* (o) *III, 20.* (p) *XXIV, 5. XXXI, 17.* (p) *conf. 27. Eccl. I, 7. VII, 19.* (q) *conf. 24. h.* (r) *XXX, 8.* (r) *conf. 27. n.* (s) *Joh. I, 1.* (t) *conf. XIV, 13. a.*

Deliciasque [t] meas, in Adami prole [u] beandâ.
32. Vos at Adamigenæ, quid nunc? audite fideles [u]
Me, monitusque meos! ô terque quaterque beati [x],
Qui custodierint sanctè vestigia nostra!
33. Musam [y] audite meam, quæ vos pia carpat amaris
Vocibus: excipite has sapienti corde, nec unquam
Respuite [z]; ut dulcem referant ex semine fructum.
34. Fortunatus homo, qui sic mihi destinat aurem
Externam, internamque; mei circum aurea tecti
Limina, me thalamo cunctantem ut fortibus optet
Excubiis [a], desiderio perculsus honesti!
Sin cui fortè dies processerit alter, & alter [b]:
Non minùs hic felix fuerit, modò fortiùs instet
Postibus ac foribus nobiscum hærere; futurus,
Quò magis extiterit patiens, hinc certior hæres.
35. Si quis enim demum me amplectitur, invenit, unà
Ingrediens, vitas [c]: unde aspirante JEHOVA,
Gratia [d] eum cœli cinget famulantibus auris;
Aura vagi mundi quantumvis lædat eundem.

Ten-

(t) *conf. 30. Ebr. II, 14. Joh. I, 14.* (u) *Eccl. I, 13, II, 3.* (u) *V, 7. 24.* (x) *III, 13. u med.* (y) *conf. 10. k.* Dan. *HEINSIUS, in Aristarcho sacro, &* Gerh. Joh. *VOSSIUS lib. I, de orig. & progr. idololatriæ, c. 13. ab Ebræo.* Musar, *derivant* Musam. (z) *I, 25. r.* (a) *IV, 23.* (b) *conf. 30. & 2. Cor. IV, 24.* (c) *II, 19. III, 2. c. 18. 22. IV, 10. 22, 23. VI, 23. Joh. VII, 38. XIV, 6.* (d) *II, 8. III, 3, 4. 12, 13. X, 32. z. XII, 22. y. Eccl. IX, 7.*

36. Tendere qui contra me haud desinit, inscius infert
Sponte suæ vim duram animæ, diraſque catenas (e).
Mortem adamant omnes, Sophien qui odêre beatam!

CAPUT NONUM.

Tandem provehitur eò Tractatio *isthæc* generalior, *ut doceat, præter Sapientiæ communionem, offerri quoque ejusdem* mansionem: *ut Ipsa profitetur Joh. XIV, 23. Quod ut significetur luculentiùs, subjuncta nova* hypotyposis *conspicitur capite hoc ultimo. Quando enim dicitur Sapientia domum ædificare columnis septem spirituum, mactare, vocare; & quidem ita, ut ipsius fructus laudetur sempiternus: certè invitatio intendit perpetuam necessitudinem. 1.--12. Quando item, contrà, describitur stultitia, quæ domum non ædificet, verùm habeat in mundo; insidiasq; struat jucundas, sed mortiferas: 13.--18. revocatur omninò ab hâc domo animus, ad illustrem eadem Sapientiæ, constantiâ firmissimâ incolendam.*

INclyta cœlorum incedens regina, perennis
Et virgo, & mater divûm, Sapientia (f); quanquam
Lex, aliquantisper scrutandi corda, magistram
Detinet, ignotis lactentibus, ubera præbens,
Ne profundat humi: tamen ultrò accersit alumnos.

L Id

(e) *V, 23. XV, 32. XX, 2. XXIX, 24.* (e) *XIII, 24. XV, 27. XXVIII, 16. Eccl. II, 16. 9. Joh. III, 20.*

PARALLELISMUS CAPITIS IX.

(f) *Vid. I, 2. 20. k. GLASSIUS Philolog. S. lib. III. tract. 1. can. 24. Est CHRISTUS summa hæc sapientia, de quâ hîc & c. VIII. agitur, ipsissima DEI sapientissimi sapientia, in quâ reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & intelligentiæ, & per quam sapientiæ rivi in homines diffunduntur verbo. Quamobrem honoris causâ plurali numero dicitur,* sapientiæ, *q. d. tota sapientia, & omnis sapientiæ autor. conf. V, 2. VI, 14.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

1. Id meditans, veterisque memor mitissima culpæ,
Quam primi humanam in sobolem traxêre parentes:
Ipsa suis manibus, magnoque ardore, novabat
Tectum [g] augustum, ingens, septem sublime columnis,
Excisis sanctâ de rupe; notantibus ignes
Spirituum septem [h], cœlo qui educere certant
Æternæ pacis non enarrabile templum.
2. Arte laborabat simul: & simul imbuit aram
Sanguine larga suo; pœnas, ceu victima, portans.
Jamque adeò, medicans occultè, pocula vini [i]
Miscuit [i], ac dapibus mensas instruxit opimis [i]:
3. Cùm vigil intereà misit, jussitque puellas [k]
Summa [l] supercilii murorum scandere; &, urbis
Prospectu latè circùm longeque petito,
Hanc vocem emisit. Nam quis sibi pectore simplex [m]
Ap-

(g) *Eccl. II, 3. VII, 4.* (h) *XXVI, 16. 25. De septem spiritibus conf. Esa. XI, 2. Zach. III, 9. Apoc. I, 4. IV, 5. V, 6.* (i) *5. IV, 17. f.* HIERONYMUS *in* Ecclesiasten *c. II, 9. Quia Ecclesiasten interpretamur in Christo, &* Sapientia in cratere mixto, in Proverbiis, prætereuntes ad se convocat; *corpus Domini, craterem magnum habemus accipere: in quo non menaca divinitas, ut in cœlestibus fuit, sed propter nos humanitate mediâ temperata est, & per Apostolos in minora* κυλίκια, *scyphos parvulos & crateres, in toto orbe credentibus effusa sapientia est.* (i) *Matth. XXII, 4.* (k) *Ps. LXVIII, 12, 13. Luc. XI, 49. Eph. IV, 11, 12.* (l) *VIII, 2. r.* (m) *I, 4. g.* BASILIUS *in* Proverb. *Quemadmodum ægri & debiles arte medendi utuntur, sic & stulti sapientia indigent.*

Apparet? velit huc, quisquis sit, amicus amatum
Ferre pedem! Et vacuum corde[n], ac virtutis egentem,
Advocat exsertis digitis, clamatque: Venite!
5. Ite, redite; meas, siquis pudor, ite sub ædes!
Panis, quo vescor; vester cibus ille! bibetis
Vina[n] mea! en, vobis ea mixta salubribus undis!
6. Deserite errores fatuos[n], & degite vitam[o],
Promissis dignam cœlestibus. ite[p], viarum
Rectarum læti, consultaque sana[q] sequentes.
7. Non ignara mali, doceo: nam spernor; ut omnis
Risorem[r] objurgans[s] ridetur[t], &, impia[u] corda
Increpitans[x], horum maculis fœdatur & ipse.
8. Novi equidem, firmans dictum: Ne corripe scurram[y];
Ne malus ingratusque, movens odia aspera, lædat
Teque fidemque tuam! sapientem[z] corrige; amabit.
9. Huic dabis[z] omne genus monitorum: insignior istis
Reddetur; veluti dono ditescit egenus.

(n) *VI, 32. x.* (n) *sup. 5.* (n) *sup. 2. i.* (o) *IV, 4. VII, 2.* (p) *IV, 14.* (q) *I, 2. d.* (r) *I, 22. n.* (s) *I, 2. c. 23. p. XIX, 18. XXIX, 17. XXXI, 1.* (t) *III, 35.* (u) *II, 22. IV, 14. Eccl. VII, 17.* (x) *III, 12.* (y) *negatio* comparativa, *non* absoluta. *De quo idiotismo GLASSIUS Philol. S. Lib. III. tr. 5. can. 22. vid. Prov. VIII, 10. XVII, 12. Eph. VI, 12.* (z) *I, 5. i post. X, 13. a. 14. XI, 30. XIII, 14. 20. XIV, 10. 16. 29. 33. XV, 14. 31, 32. XVI, 21. 23. XVII, 28. XVIII, 15. XIX, 25. XX, 12. XXIII, 15. XXV, 12. XXIX, 3, 8. i post. 9.* (z) *I, 3. disciplinam capere, & dare [docere];* correlata.

Eſt ſapiens [a] juſtus [a], ſolidæ pietatis amator:
Quem ſi tu erudias, doctrinâ [a] augetur; & idem
Doctorum numero verum decus additur unà.
Aſt ego, cui debet terræ gens tota redemtis
Faſcibus imperium, nequeo ulli parcere mater.
Ancillæ mihi quæ dantur, diſcrimine nullo
Terrigenas, Verbi ſub legem mittere, tentant.
10. Doctrinæ ſummam repeto: retinete fideles!
Muneris æterni quod do, Sapientia, eodem
Nomine materno ſapientia fertur; & unum
Illius hoc caput eſt: ſic formidare Tonantem [b],
Ut nihil oppoſiti corde, ore, manuque geratur.
Hoc primum: &, caſtis ſi digna ſcientia cordi eſt,
Scire nihil, niſi quod mens ſancto intelligat uſu [c].
11. Me duce (nam, quoties rurſumque iterumque meorum
Commoda commemoro, tenero vos dignor amore)
Mul-

(a) Sapientis & Juſti, ſynonymia, *alternatio & nexus, hoc in loco eſt* convertibilis: *ut omnis verè ſapiens, ſit juſtus; & omnis verè juſtus, ſapiens. Rectè GEIERUS: non ſanè, qui perfectè talis eſt, omnique vitio vel errore caret;* [*quid enim talis homo indigeret informatione?*] *ſed, qui juſtitiam, coram Deo valentem, ſeriò ſectatur, apprehendens nimirum fide cum Abrahamo juſtitiam Meſſiæ promiſſam, fidemque illam ſincero pietatis ac juſtitiæ ſtudio palàm demonſtrans; utut interea huic ſtudio multæ adhæreant infirmitates. Conf. II, 20. c. III, 7. p. Eccl. II, 14. f. VIII, 14.* (a) *I, 5. k. exempl. Act. XVIII, 26, 27.* (b) *I, 7. p. X, 27. XIV, 16. 26, 27. XV, 16. 33. XVI, 6. XVIII, 10. XIX, 23. XXII, 4. XXIII, 17. XXIV, 21. XXVIII, 12. XXIX, 8. i poſt. XXXI, 30.* (c) *I, 2. Luc. XII, 47.*

Multiplicabuntur ſoles tibi, fortia quisquis
Sectaris mea caſtra; annique, & gaudia vitæ [d],
Accreſcent magis atque magis. num talia temnas?
12. Si fueris ſapiens, ſapiens tibi conſulis ipſi:
Nulla mihi inde ſalus. ſed tu, qui illudere [e] nobis
Cœpiſti, cumulabis onus; quod ſolus habebit
Tecum quisque ſibi, quem non mea dicta levabunt.
13. Hos inter ſonitûs, medio flagrare tumultu [f],
Ecce! audet mulier demens, Inſania [g] dicta;
Impia ſimplicitas [h], nil veri agnoſcere curans.
14. Ergò ſuam quoque Dira domum, ſuper urbe locatam
Editiore loco [i], non demum exſtruxit; at auget,
Pro dolor! antiquam: vaſtamque implere laborans
Æmula, juxta ædem ſolio [k] ſubnixa reſedit.
15. Hinc clamans; portis bipatentibus allicit omnes,
Quos tranſire [l] videt: partim cum errore vagantes,
Ignarosque viæ; partim, qui tramite recto [m]
Hactenus inceſsêre, voluntque per optima duci.

H 2 16. Ec-

(d) *III, 2. c. 16. 21, 22. IV, 10. 13. 22, 23. VIII, 35. c.* (e) *ſup. 8. 1, 26. r. III. 34.* (f) *VII, 11.* (g) *omnis impietas: ſiquidem*, omne peccatum fieri per ſtultitiam, *BASILIUS optimè docet in Pſalm. XXXVIII, 6. conf. 1. Sam. XXVI, 21. 2. Sam. XXIV, 10. 2. Paral. XVI, 9.* (h) *ſup. 6. n.* (i) *ſup. 3.* (k) *XX, 8.* (l) *ſup. 3.* (m) *II, 7. b. III, 6. XI, 5. XV, 21. cum oppoſito conf. VIII, 8. X, 9. XIV, 2. 14.*

16. Ecquis adhuc rudis eſt? huc divertatur alumnus [n]!
Et, qui cordis inops, huic verba, infecta veneno,
17. Subjicit hæc: quid aquis, furti caligine merſis [o],
Dulcius [p]; ac, pane occulto [q] quid amœnius [r] unquam?
18. Aſt miſerum fugit hunc, illic damnata [s] morari
Pectora. Ne lateat; quemvis Sapientia terret:
Quò ruitis, veſana cohors? ne credite ſcorto!
Sunt ibi, ſunt Rephaim [t]. barathri crudelibus umbris
Occubuêre, ejus qui irritamenta ſequuntur [u]!

TRA-

(n) *ſup. 4. I, 4. g. VI, 10. VIII, 4.* (o) *VII, 9. 19.* (p) *V, 3. XX, 17. c. Eccl. V, 11.* (q) *I, 11. x. Præter* ſenſum litteralem *hîc non negligendus ſenſus myſticus, quem ſuppeditat HIERONYMUS h. l. Aquæ furtivæ, & panis abſconditus, doctrina hæreticorum; quæ ſtultis ac perditis ſuavior videtur. Sapientia palàm menſam propoſuit, & miſcuit vinum ſuum. At ſtultæ mulier nil meracum habens, ad aquas furtivas, & abſconditum panem, quoscunque valet, aggregat: quia catholica eccleſia palàm mundo divinorum eloquiorum convivia pandit: divinitatis & humanitatis Chriſti myſteria celebranda præcipit. Vel certè in vino mixto, hiſtoriam ſimul & allegoricam auditoribus ſuis ſcientiam propinat, ut pro ſuo quemque captu, vitæ poculis reficiat. At hæreticorum doctrina, publicæ fidei & profeſſioni, ſua ſecretim decreta præponit, & quùm nil ſpirituale habeat, ſuaviorem ſe catholicis paſtoribus ſcientiam jactat docere, ut ſcilicet libentiùs audiantur, & agantur, quæ palàm in eccleſia dici credíq; prohibentur, & dulciùs hauriatur inſipientia, quæ putatur ſcientia, cujus prohibita fuerat audientia.* (r) *II, 10. XX, 17.* (s) *conf. ſup. 11.* (t) *II, 18, VII, 21, 22. 26.* (u) *I, 11, 12. 31, 32. X, 2, XI, 4. Eccl. IX, 10.*

TRACTATIO SPECIALIOR.

PARS PRIMA:

COMPREHENDENS XV. CAPITA SENTENTIARUM,
QUAS IPSE AUTOR SALOMO CONGESSIT PROMISCUE;
A CAP. X. USQUE AD XXV.

CAPUT DECIMUM.

Pietas erga parentes. 1. Injustitia, noxia. 2, 3. Laboris, & temporis, cura. 4, 5. Post virtutem, gratia & honor: post vitia, pœna ac dedecus. 6, 7. Boni, ex obedientiâ, & integritate; mali, è sermone & gestibus, dignoscuntur. 8, 9, 10. Usus & abusus oris; ut cordis affectus. 11, 12. Sapientia, & datur, & recipitur à sapiente: plaga etiam debetur stulto, activè & passivè. 13, 14. Ad vitam prodest, labor solius pii; quamvis confidat opulentus, & pauper sit timidus. 15, 16. Disciplina, via. 17. Invidus, mendax: loquax, imprudens. uterque nauci. gravitas, laudanda. 18, 19, 20. Vacuus, ineptus ad juvandum. 21. Salus, à DEO. 22. Impietas, timiditas, ruina: consilium, auxilium, firmitudo. 23, 24, 25. Pigritia, intolerabilis. 26. Præmia sanctimoniæ; vita diuturna, fiducia, robur, constantia. 27. -- 30. Pii differunt ab impiis, sermone: gratioso & sapiente; perverso atque exitioso. 31, 32.

HActenus ordinibus distincta arbusta fuêre.
Nunc licet, in *sylvas* intrare. hîc undique sparsa
Dicta videre juvat *Salomœa* x, & carpere fructus.

1. Est, præstans animi gnatus, patris una voluptas:

PARALLELISMUS CAPITIS X.

(x) *I, 1. Inscriptio* [Sententiæ Salom,] *conf. cum novâ c. XXV. utraque unius Autoris.*

At matri [y] miseræ, miserandi causa doloris [z],
Filius insipiens.

2. Thesauri [a], fraudis avaræ
Impietate aucti, nequeunt augere salutem [b]:
Relligionis amor fatis instantibus obstat [c].

3. Justi [c] animam [d] servat DOMINUS: non suetus, amatam
Objectare fami rabidæ, sed, triste nocentum [e]
Deturbare jugum [f].

4. Quis erit rerum omnium egenus [g]?
Nempe, manu si quis segni & recidente laborat [h]:
Strenua [i] sin fuerit, saturabit dextera quosvis.

5. Maxima cura etiam sit temporis [k]! optima proles,
Consilioque vigens [l], rerum quarumlibet æstas
Cùm fervet, convectat [k] opes: contrà, ipse pudore [l]
Seque

(y) I, 8. v. (z) XV, 20. XVII, 21. 25. XIX, 26. XX, 20. XXIII, 22 26. XXVIII, 24. XXIX, 15. XXX, 11. 17. (a) VIII, 21. (b) I, 31, 32. VI, 34, 35. IX, 18. XI, 4. (c) XI, 6. XXI, 21. Conf. IX, 9. a. CYPRIANUS, de Opere & Eleemosynis. *Metuis, ne patrimonium tuum fortè deficiat, si operari ex eo largiter cœperis? Quando enim factum est, ut justo possent deesse subsidia vitæ? quum scriptum sit:* Non occidet fame DOMINUS animam justam. (d) XI, 17. XII, 10. Eccl. VI, 2, 3. (e) II, 22. IV, 14. Eccl. VII, 17. (f) XI, 6. XVII, 4. XIX, 13. (g) XIII, 7, 8. 23 XIV, 20. 31. XVII, 5. XVIII, 23. XIX, 1. 4. 7. 17. 22. XX, 13. XXII, 2. 7. 9. 16. 22. XXVIII, 3. 6. 8. 11. 15. 27. XXIX, 7. 13, 14. XXX, 9. 14. XXXI, 9. 20. conf. abstractum VI, 11. e. Eccl. IV, 14. V, 7. (h) XII, 24. 27. XIX, 15. 24. XX, 4. XXI, 25. XXIV, 30. XXVI, 15. (i) XII, 24. XIII, 4. XXI, 5. Eccl. IX, 10. Ad v. 4. & 5. conf. XIV, 35. (k) XXIV, 27. Eccl. III, 1. 5. (k) VI, 8. X, 19. XIV, 35. XVI, 20. XVII, 2. XIX, 14. (l) XII, 4. XIV, 35. XVII, 2.

Seque ſuosque premit, meſſis quicunque ſub umbrâ
Ducere vult ſomnos, atque indulgere quieti [m].
6. Inſignis pietate viri caput [m], omine fauſto [m],
Et Deus atque homines cingunt: verùm, improba amantes
Eloquia [m], involvet paribus violentia [n] pœnis.
7. Famam ejus comitatur honos, & gratia vivax [m]:
Atqui horum nomen putredine [o] carnis obibit.
8. Præcepta [p] accipiet, ſapiens qui pectore fido eſt:
E propriis labiis [q] pœnâ ſeſe implicat amens.
9. Integra [r] qui in plano ſequitur, ſecurus [s] in omni
Ingreditur caſu: furtim mala quæque viarum
Arte malâ abſcondens [t], tandem agnoſcetur apertè.
10. Lumine qui tremulo nutat [u], parat ille nefandam
Ærumnam: & ſtultus, labris [q] ſibi retia nectit [x].
11. Fons medicantis aquæ [x] ſe effundit ab ore bonorum:
12. Osque malignorum truculentos protegit auſus.
Infelix odium, ſopitos ſuſcitat ignes

Rixa-

XIX, 26. XXIX, 15. (m) VI, 10. c. (m) XII, 14. XIII, 2. XVIII, 20. XXV, 22. (m) 7. 22. XI, 11. 26. XXIV, 25. XXVIII, 20. (n) *infrà* 11. III, 31. XVI, 29. (o) XII, 4. XIV, 30. (p) I, 8, 9. II, 1. III, 1. VI, 20. 23. XIII, 13. *Eccl.* VIII, 5. (q) 10, 13. 21. XIII, 3. (r) *inf.* 29. I, 12. z. (s) I, 33. c. (t) II, 7. h. (u) VI, 13. 17, 18. XVI, 30. (x) *ſup.* 8. *Eccl.* X, 8, 9. 11. *Sir.* XXVII, 25, 26, 27. (x) III, 2. 22. *Eccl.* IX, 9.

Rixarum: firmatus amor, ſinit eſſe ſepulta
Alterius delicta; operitque [y], ac condita celat [y].
13. Vis Sophien audire; ſonat tibi promta, labellis [z]
In ſanctis reſidens, fugienda ſcientis [a], amici:
Indocili [b] dorſo, mentis quod decutit uſum [b],
14. Verbera [c] debentur. Sapientes, cordibus imis
Munera doctrinæ [d], rurſum promenda, reponunt [e]:
Talia ſpernentis facundia, plaga [f] propinqua [g] eſt.
15. Admiratur opes [h], tanquam munimina firma [i],
Divitiis ſeptus [h]: pavidos, ſine fulmine, ſternit,
Non tam humilis ſtupor, aut torpor, quàm imbellis egeſtas [k].
16. Solum inſontis opus [l], vitam lucratur, & alta
Præmia: ſontis ager, pollutus crimine, floret
Proventu [m] Stygio, noxasque & damna minatur.
17. Eſt via vitalis, ſi quis monita audit acerba [n],
Amplectensque fovet [o]; verba incuſantia [p] linquit
Haud alius, quàm qui præceps ad Tartara fertur [q].
18. Invi-

(y) 6. 18. XII, 16. 23. XVII, 9. XXVI, 26. XXVII, 9. XXVIII, 13. (y) XI, 12, 13. 1. Petr. IV, 8. (z) inf. 19. 21. 32. V, 3. g med. (a) I, 5. i. Eccl. IX, 11. (b) VI, 32. x. (c) XIX, 23. 29. XXII, 15. XXVI, 3. (d) I, 4. k. (e) I, 11. II, 1. 7. h. (f) inf. 29. XIII, 3. XVIII, 7. XXI, 15. (g) Eccl. X, 20. (h) I, 13. b. Eccl. X, 19. (h) XIV, 20. XVIII, 11. XXVIII, 11. (i) XVIII, 10. (k) VI, 11. c. (l) XI, 18. (m) III, 9. 14. XV, 6. Eccl. V, 9. (n) I, 2. c. (o) II, 8. 19. V, 2. &c. Eccl. III, 6. V, 7. (p) I, 2. c. (q) XII, 26.

18. Invidiam [r] occultans [r] ſecum, mendacia dictat
Livida: quique effert [s] convicia, ſtultus [t] hic ipſe.
19. Nec vacat erratis unquam, cui copia fandi [t]
Denſa fluit: prudens, valvis obſtruxit [u] hiatum.
20. Selecti argenti [x] cum pondere, ſermo [y] probati
Autoris ſe æquat: nihili ſunt, prava ſtruentes.
21. Quisquis agendorum divina humanaque jura
Excolit exercetque, per inſtrumenta loquendi [z]
Paſcua [z] dat multis: obliti legis & æqui,
Non modò non proſunt aliis; ſed, lucis egendo [z],
Se quoque diſperdunt.
22. Fortunam, aſpirat JÖVA:
Hic Pater, hic ſolus ditat [z]; neque ſortis opimæ [a]
Fatum ultrò plagis ſævisque doloribus [b] urget.
23. Contemtor veri [c], levia & ludicra putabit,
Non ſecus ac riſum, patrans immania [c] cœpta:

(r) *ſup. 12. XXVI, 26.* (s) *XXV, 10.* (t) *I, 22. m. n. Eccl. II, 14.* (t) *AMBROSIUS in Pſ. I. Beatus eſt, qui non cogitaverit, quod malum eſt; & non operatus fuerit peccatum;* [*quia interdum & ſine cogitatione delinquimus:* ex multiloquio *enim* non effugimus peccatum] *& non perſeveraverit in peccato.* (u) *XI, 24. XIII, 24. XVII, 27. XXI, 26. XXIV, 12.* (x) *VIII, 19.* (y) *conf. 6. 8. 11. 14. 18, 19. 31.* (z) *ſup. 13. z. XIII, 20. f.* (z) *VI, 32. VII, 7. IX, 4. 17. Eccl. X, 3.* (z) *ſup. 4. XXI, 17. XXIII, 4.* (a) *V, 10. XIV, 3. 23. XV, 1. Eccl. I, 13. II, 24. 26.* (b) *I, 5. conf. Jerem. Thr. III, 33. Ezech. XXXIII, 11.* (c) *I, 22. Eccl. II, 14.* (c) *XXI, 27. f.*

Cura viri ſolers [d], rerum diſcrimina luſtrat.
24. Deteriori animo pavor is, qui pulſat eundem,
Eveniet [d]: juſtis autem, ſua vota dabuntur [e].
25. Ut tranſire ſolet turbo [f]; ſic, impius omnis
Haud erit [g]. omne pium genus, eſt firmiſſima rupes,
Terrarumque ſolo prece fundamenta [h] miniſtrat.
26. Triſte oculis, fumus; triſte, acris morſus aceti,
Dentibus [h]: ignavus [i] talis, mittentibus ipſum.
27. Inſertus pueris crebrâ ſi voce JEHOVÆ
Eſt timor [l]; hic creſcet penitus: creſcetis adulti,
Fortunante dies [k] ſenſim, formidine ſanctâ [l]!

In

(d) *II, 6. XI, 12. XV, 21. XVII, 27. XX, 5. XXI, 30.* (d) *XI, 27. XXVIII, 22.* (e) *IX, 11. XI, 23. XII, 12. Eccl. I, 10. IX, 9. 15.* (f) *I, 27. 5.* (g) *XVII, 3. XXV, 23. 25, 26.* (h) *III, 19. VIII, 29.* (h) *HIERONYMUS in h. l. Sicut* acetum *dentibus, &* fumus *contrarius eſt oculis: ita ſacerdos in eccleſiâ pravus, per acredinem peccati, fidelium ſenſus obtundere facit: atque erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei, ſeu intellectu rectitudinis, dum caligant, velut fumus, excœcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus moleſtiam generat, & lacrymas; ſic malè vivens catholicus eis, qui fidem ſuam ex operibus oſtendere juſſerunt, per inertiam gravis eſt.* Oculi *quippe &* dentes, *prædicatores ſunt ſanctæ Eccleſiæ, qui ei & recta itinera prævidere, & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolent. Porrò, acetum, quod à vino degenerat; & fumus, qui ab igne aſcendens evaneſcit; eos, qui ab Eccleſiaſticâ ſuavitate & charitate per ſuperbiam, vel ſocordiam, recedentes, hanc etiam verbis impugnant, figuratè denunciant. De quibus dicit Joannes: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex ex nobis.* (i) *VI, 6. XXV, 13. XXVI, 6.* (k) *III, 2. i.* (l) *I, 7. p. IX, 10. b.*

In brevia, & paucos, redigit mos efferus, annos [m].
28. Exsultant præsente bono, præcordia recti
Conscia: & his semper fiducia [n] gaudia præstat:
Spes [o] scelerata perit, luditque caduca profanos.
29. Integritate utens [p], DOMINI vestigia [q] robur
Esse suum, gaudet: quotquot fabricantur iniquum [r],
30. Hos quatiet terror [s]. Manet inconcussus [t] in ævum,
Sinceri justique tenax: turba impia terræ [u],
Ob meritum, patriâ cogetur cedere dulci.
31. Vir bonus, ore dabit præclaræ germina laudis:
Lingua, doli consors [x], facilè exstirpatur [y]. utrumque
32. Cur ita? quod placitum [z] Superis, tenet ille, loquelæ
Ostia ritè docens: pravi, perversa perorant [x].

CAPUT UNDECIMUM.

Mensura omnis, coram judicio DEI. 1. Superbia, non sine contumeliâ. 2. Fortunæ fons, interior. 3. Justitia, potentior divitiis, nequitiâ & perfidiâ. 4, 5, 6. Injustus, spe excidit; non, justus. 7, 8. Scientia, antecellit hypocrisi. *9. Urbis salus, à bonorum salute & oratione. 10, 11. Silentium, remedium præsens, ad loquendum sine contemtu & obtrectatione. 12, 13. Consiliarii, necessarii. 14. Stipulatio, periculosa. 15. Uxoris fortitudo, magnum decus. 16. Victus benignus, probitatis signum. 17. Fallaces, perversi, fontes ⅔, nulli impuniti manent: animati rectius, beati. 18, 19,*

 20, 21.

(m) *conf. sup. 21. 24, 25. XXX, 17.* (n) *XI, 23. XIII, 12.* (o) *XI, 7. 23. XIII, 12.* (p) *sup. 9. XIII, 6.* (q) *VIII, 22. 32.* (r) *VI, 18. XXI, 5. XXX, 20.* (s) *sup. 14.* (t) *XII, 3.* (u) *sup. 3. 7. 16. 24, 25. XXIV, 16.* (x) *sup. 20. y. II, 12. 9.* (y) *II, 22.* (z) *VIII, 35. XI, 27. XII, 2. XIV, 9. 35. XVI, 9. 35. XVI, 13. XVIII, 22.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

20, 21. Cultus externus sine interno, fœditas. 22. Scopus, hominum bonorum, bonus; malorum, noxius. 23. Ut eleemosynam, *sic omnem charitatem, sequitur* benedictio. *24, 25, 26. Quærentes, inveniunt; benè, bona: malè, mala. 27, 28, 29. Sapientiæ fructus optimus, animas lucrari. 30. Judicium* paternum, *prænunciat* rigorosum. *31.*

Lances [a] fraude graves damnat gravis aula [b] JEHOVÆ:
Delicias [c] Ipsi, perfecto pondere, saxum [d]
Conciliat [e].

2. Veniet si cœca superbia [e]; cœca
Dedecora *f* advenient, ignominiosaque facta:
Non, nisi submissos *g*, natos, Sapientia [h] nutrit.

3. Quoslibet erectos [i] præclaro limite ducet [k]
Integra [l] mens: sed enim, vastabit prava [m], rebelles [m].

4. Tempore, quo Nemesis præsto est, quo fulminat ira [n],

Divi-

PARALLELISMUS CAPITIS XI.

(a) *IV, 26. u. V, 21. XVI, 11. XX, 10. Eccl. VI, 12.* (b) *III, 32. VI, 16. VIII, 7. XX, 23.* (c) *X, 32. XII, 22. XV, 8.* (d) *XVI, 11. XX, 10. 23. XXVI, 8. 27. XXVII, 3.* (e) *Ad dictum hoc conf. de judicio, inf. 4. & c. I, 3. f. XVI, 11. XX, 10. BASILIUS,* in princip. Proverb. *Argumentum justi, affectûs est rectitudo. Quod idem Salomo in orationis progressu innuere videtur, dicens:* Pondus magnum & parvum, & mensuræ duplices, abominatio apud Deum; *quod non æquum est, circa judicium, ponderum id appellatione, proverbii modo, figurans. Ex quo non solùm judicantibus, sed cunctis in omni vitâ rerum agendarum electionibus, hujuscemodi justitiæ instructio utilis admodum fuerit. Conf. ad XII, 5. x. notata plura sequentia, referenda huc pariter.* (e) *XIII, 10. XXI, 24.* (f) *III, 35. XVI, 18. XVIII, 12.* (g) *XV, 33. XVIII, 12.* (h) *I, 2. b.* (i) *conf. 5, 6. u. II, 7. b. Eccl. VII, 29.* (k) *VI, 22.* (l) *I, 12. z.* (m) *XIII, 6. XV, 4. XIX, 3.* (m) *6. II, 22. g.* (n) *VI, 34, 35. a.*

Divitias [o] prodeſſe nihil; vindicta docebit:
Eripiet letho præſenti, ac vincula rumpet
Juſtitia, &, tandem patefacta, innoxia cauſſa [o].
5. Juſtitia alta virum ſolidum, moderamine [p] tutam
Edocet ire viam certo: cadit [q] improbus, ipsâ
6. Improbitate ſuâ. Rectà ſe inferre paratos,
Virtutis ſtudium conſtans, ex omnibus arctis
Eruet inſidiis: ſubiguntur [r] clade, maligni [m].
7. Occumbente malo; ſpes occidit, occidit omnis [s]:
Occidit omnis opum, ſtudiorumque ampla voluntas.
8. Innocuo intentat manicas anguſtia [t] rerum
Sæpe; ſed exit eas impunè: locumque [u] ſoluti
Injuſtus capiet, durâ compage tenendus [x].
9. Ore bonum ſimulans, vanus deludit amicum [x],
Exitioque dicat: verùm, haud ignara malorum
Pectora, ſe exſolvunt [y] laqueis, artem arte domando.

(o) *I, 13. VI, 31. X, 2. 15.* (p) *III, 6. IX, 15.* (q) *inf. 14. 28. XIII, 17. XVI, 20. XVII, 20. XXIV, 16, 17. XXVI, 27. XXVIII, 10. 14. 18.* (r) *III, 26. Eccl. VII, 26.* (s) *X, 3.* (s) *X, 28.* (t) *ſup. 5, 6. I, 27. XII, 13. XVII, 17. XXIV, 10. XXV, 9.* (u) *XVI, 27. XVII, 20. XXI, 18. XXVI, 27. XXVIII, 10. Eccl. IV, 15. X, 8.* (x) *HIERONYMUS, in h. l. Martyr quisque de anguſtia paſſionis liberatus eſt poſt mortem; & tradetur in pœnam pro ejus cauſsâ perſecutor, qui illum anguſtiavit. Jacobus martyrio coronatus eſt; Petrus de carcere ſalvatus: & Herodes, qui eos perſecutus, à vermibus viſibiliter conſumptus, raptus eſt, ubi inviſibiliter vermis ejus non morietur, & ignis non extinguetur.* (x) *III, 28, 29. VIII, 9, XX, 6, 17. 19.* (y) *XII, 7.*

10. Cùm fortuna favet juſtis, totâ urbe triumphant
Gaudia [z]: cumque mali intereunt, tum publica cœlo
Lætitia aſſurgit, vocesque animosque ſub aſtra
11. Tollit humo [z]. Divûm dono nil mœnia in altum
Provehit usque adeò, quàm fortunantia [a] dicta
Nobilium Patrum, qui ſancta & recta loquuntur:
Nilque eadem magis evertit [b], quàm oratio læva.
12. Aſpernans [b] comitem [c], ſeſe diffundit in auras
Cordis inops [d]: vir, multa ſciens prudensque [e], ſilebit [f].
13. Obtrectator adeſt, malè ſi quis operta recludit [g]:
Spiritus eſt fidus [b] ſocio, commiſſa tegenti [b].
14. Gens robuſta fluit, ſanis [i] niſi curia ſemper
Conſiliis [k] vigeat: populo via prima ſalutis
Panditur, à multo [l] quæ conſultore [l] paratur.
15. Frangitur, heu! nimium, ſua quem cita dextera fallit,
Poſtquam aliena obiit promiſſa, fidemque recepit [m]
Alterius: ſin tu renuis ſpondere, quieſces!

16. Uxor

(z) XXVIII, 12. 15. 28. l. XXIX, 8. (a) *inf.* 26. X, 6. m. (b) XIV, 1. XXIX, 4. (b) I, 7. XII, 8. XIII, 13. XIV, 2. 21. XVII, 5. XVIII, 3. XXIII, 9. 22. XXX, 17. (c) III. 28, 29. *Eccl.* IV, 4. (d) VI, 32. x. (e) X, 23. d. (f) XVII, 28. (g) III, 32. XVII, 9. XX, 19. XXV, 9. (h) *Eccl.* VII, 18. (h) X, 12. XVII, 9. XXVIII, 13. (i) V, 23. VIII, 34. XIV, 4. XV, 22. XXIX, 17. (k) I, 25. q. (l) XII, 20. XV, 22. XXVIII, 31. (m) VI, 1. XXII, 26.

16. Uxor, quam variis ardens virtutibus ornat
Gratia [n]; sectatur, prenditque [o], sibi atque marito,
Sustentatque [o] decus: sicut terrore, tyranni [p],
Apprensas tutantur opes.
17. Vir, amore benigno [q]
Complectens alios, victûs recreantis honore
Seque [r], suosque simul, dignatur [r]: pabula turbat [s]
Non æquus propriæ carni [t], crudelis [u] atroxque.
18. Mentitur [x] justos, hominumque boumque labores,
Fallax: justa ferens [y], sibi præmia digna reportat [z].
19. Atque ita justitia est, quærenti, semita vitæ [a]:
At, sequiora sequens [b], fatum procurrit ad atrum [c].
20. Tanquam monstra, illos DEUS exsecratur [d]; acerbo
Pessima dissimulant [e] qui corde [f]: sed, una voluptas [g]
Hi DOMINO, quotquot toti sincera viarum
21. Eligere intendunt [g]. Non dextra [h] fidesque ligata
Mutua

(n) *I, 9. III, 4. 22. V, 19. VIII, 35. XIII, 15. XXI, 19. XXII, 1. XXVII, 15. XXXI, 10. 30.* (o) *III, 18. g. 35.* (p) *X, 25. XXV, 23. 25, 26.* (q) *Conf. de gratiâ, 16. n. III, 3, 4. 27. XII, 10. XV, 17. x.* (r) *De animâ, appetitu; X, 3. d. XII, 10. Eccl. III, 12, 13, V, 18. VI, 2, 3.* (r) *retribuit, reddit animæ suæ: III, 30. XXXI, 12.* (s) *inf. 29. XV, 6. 27.* (t) *V, 11.* (u) *V, 9.* (x) *XIII, 5. g. XXXI, 30.* (y) *XXII, 8.* (z) *X, 16. l. XIII, 21. XIX, 17. XXIII, 18. XXV, 22. De injusto conf. Eccl. V, 10. VI, 1. &c.* (a) *III, 2. i. 18. 22. n. X, 16. XIX, 23. Eccl. IX, 9.* (b) *XXI, 21.* (c) *II, 18. III, 29. y. V, 5. VII, 27. VIII, 36.* (d) *sup. 1. III, 32. VI, 16.* (e) *II, 15. t. VIII, 8.* (f) *X, 8.* (g) *XXIX, 27.* (g) *sup. 1. XII, 22. XV, 8.* (h) *III, 27. XVI, 5.*

Mutua, non poterit vis maxima, reddere fontem
Insontem. effugiet [i] labem, fata luce propago.
22. Interiore carens cultu [i], nitidissima vultu,
Fœmina, sus fœda est, aurato ornata monili [k].
23. Haud mala; quin, tantùm bona sunt, optata bonorum:
Cassa timore Dei, tandem indignata, sub umbras
Spes fugit; adversæque solent succedere moles [k].
24. Est, quò plus spargit, cui, plus accrescere dando [l],
Contingat; parcusq; [m] nimis [n], cui semper [o] egendum [p].
25. Larga bonis verbis, factisque juvantibus ultrò
Exsuperans, anima; impletur pinguedine & ipsa [q]:
Certè ita; namque, alios satians [r], saturabitur æquè.
26. Didere frumentum parcenti [s], concio gentis [t]
Omnia dira canent [u]: capiti vendentis, acervos
Nescio

(i) *XXVIII, 26. Eccl. VII, 26. IX, 15.* (i) *XXVI, 16. XXXI, 18.* (k) *CHRYSOSTOMUS Tom. II. in N. T. Matth. XXIII. hom. 45. Quando uxorem ducere vis, noli quærere divitem, sed benè morigeratam: quia mores boni divitias frequenter acquirunt, divitiæ autem mores bonos nunquam fecerunt. Et glorioſior est paupertas fidelium, quàm divitiæ peccatorum. Noli quærere speciem, quia scriptum est:* Sicut inaures aureæ in naribus porci, ita mulieris malè morigeratæ species. *Quia in specie, meretrices, placent; in moribus autem, matronæ.* (k) *sup. 7. VI, 29. r. X, 24. 28. Ps. X, 17. CII, 18. &c. CXLV, 20.* (l) *III, 27, 28. XIII, 21, 22. XIX, 17. XXII, 9. XXXI, 20. Eccl. XI, 1.* (m) *X, 19. u.* (n) *aberrans à recto. conf.* GLASSIUS Philol. S. Lib. IV. *Tr. I. obs. 4.* (o) *tantummodò. conf. 23.* (p) *VI, 11.* (q) *XIII, 4. XV, 30. XXVIII, 25.* (r) *V, 19.* (s) *I, 15, 16. III, 27. x. ult.* (t) *XIV, 28.* (u) *XXIV, 24. enall. XIV, 1. &c.* CHRYSOSTOMUS in ad

Neſcio quos, præter ſolitum, gratantur & optant [x].
27. Auroræ radiis bona qui veſtigat [y], eundem
Excipit [z] uberibus cœli indulgentia [a] blandis:
Et mala [y] quærenti [y], obveniet [b] per vulnera vulnus!
28. Theſauris confidit [c] homo, cùm ſpontè ruet [d] mox:
Cultores legum, folia ut reparata, vireſcent [e].
29. Quando pater, laxis laterum compagibus, ædes

K Con-

Corinth. XV. hom. 39. *Civitatem noſtram invaſit quondam ſiccitas; & extrema timebant omnes, & Deum rogabant, ut hunc metum ſolveret. Et tunc licebat videre, quod dictum fuit à Moſe;* cœlum factum æneum: *&, quotidiè expectari mortem, omni morte graviorem. Sed, quum poſteà ita viſum eſſet benigno & clementi DEO, præter ſpem omnem, multa atque adeò infinita ex alto cecidit pluvia, & omnes jam feſtum diem agebant, tanquam qui ex ipſis portis mortis aſcendiſſent. Veruntamen in tantis bonis, & communi omnium lætitiâ, quidam ex his, qui erant valdè opulenti, huc & illuc circuibat mœſtus & triſtis, præ animi ægritudine mortuus; &, multis cauſſam rogantibus, cur in communi omnium lætitiâ ſolus doleret; ne intus quidem continere potuit hanc gravem animi perturbationem, &, à morbi punctus tyrannide, cauſſam in medium protulit. Nam quum habeam, inquit, decies mille menſuras frumenti, neſcio quid illis deinceps faciam. Hunc ne, dic quæſo, pro his verbis beatum ducemus; pro quibus oporteret eum obrui lapidibus, qui eſt quavis ferâ crudelior, qui eſt communis hoſtis? Quid dicis, ô homo? Doles, quòd non perierunt omnes, ut aurum cogas? Non audiviſti, quid dicat Salomo:* Qui frumenti auget pretium, eſt populo exſecrandus! *at circuis, communis inimicus bonorum orbis terræ, & hoſtis liberalitati Domini totius mundi, & mammonæ amicus, vel potiùs ſervus? non oportebat, linguam illam amputari? non, cor extingui, quod hæc verba pepererat? Vidiſti, quomodo aurum non finit, homines eſſe homines, ſed feras & dæmones.* (x) *ſup. 10. z. 11. a.* (y) I, 28. u. III, 29. y. *ſup. 19. Eccl. I. 13.* (z) *quærentem, ut acquirat: XVII, 9.* (a) *ſup. 20. X, 32. z. XII, 2.* (b) X, 24. d. (c) III, 5. l. m. (d) *ſup. 5.* (e) III, 2. i. 5, 6. IV, 12. VIII, 18.

Conturbare *f* suas, non ambigit; inde quid hæres
Accipiet *g*? fœtos inimicis imbribus Austros *h*.
Inconsultus item, vario usu corda politis
Serviet.

30. Egregios fructus *i* fert optimus autor,
Qualiter ostendit vitam frondentibus arbos
Fœcundam ramis: sapiensque agnoscitur inde,
Doctrinâ ac meritis vinctas si ducere mentes
Noverit, atque Dei regno si vindicet aptas.

31. En! pius, in terris, luit ipse errata priora *k*:
Quantò, crede, magis, sceleratus & impius erro!

CAPUT DUODECIMUM.

Amor eruditionis, castigationis patiens. machinationum, vitiorum, amans; expers benedictionis. *1, 2, 3. Uxor pigra, evitanda. 4. Vera consultatio, fraude vacat. Deus ipse ad bonum dirigit verba illorum, qui scopum figunt directè in DEO. Impii, se perdunt miserrimè. 5, 6, 7. Laus, sequitur rationis usum; erga Deum, se ipsum, sociumq;, & jumenta. 8, 9, 10. Labora, & ora! Otia, & retia; irrita. 11, 12. Abusus oris, periculosus. 13, 14. Signa stultitiæ: judicii, malè informati, pertinacia; & iracundia, non repressa. 15, 16. Veritas corrupta, non est veritas: non violenta, sed mansueta oratio, sapientia. mendacium, haud durat. 17, 18, 19. Truculenti sunt pleni dolo, & omnibus malis: pacifici, bonis consiliis; ac sine culpâ. 20, 21. Fraudulentia, abominatio: fidelitas, sacrificium. Intelligens, silentio utitur: insipiens, non utitur. 22, 23. Industria, dominatur: ignavia, pensitat. 24. Cordis tui medicus, alienum os. 25. Excellunt justi: impii, sese implicant. 26. Pigri focus, vacuus: impigri, pretiosus. 27. Justorum vita, sine periculo. 28.*

Cogni-

[f] *sup. 17. XV, 6. 27.* [g] *III, 35. b.* [h] *X, 25. Eccl. I, 14. 17.* [i] *I, 31. y.*
[k] *VI, 31. VII, 14. XIII, 13. Eccl. V, 3. &c.*

COgnitionis amans, ſtimulum [l] erudientis amabit:
Non refugit, verbum acre [m] pati; niſi bardus [n],
& amens.
2. Hauriet à DOMINO plenum bonitate favorem [o],
Si quis mente bonus: ſenſorum agitator [p], aberrat [q].
3. Non ſedem ſtabilem, vitio durante, capeſſet [r]
Ullus homo: radix juſtorum, immota manebit.
4. Seduſitate [s] viro [t] nectit matrona [s] coronam [t]:
Pigra, pudenda, velut caries, depaſcitur oſſa [u].
5. Iudicii [x] perſtat librato examine, quicquid
De rebus ſtatuêre probi: conſulta malorum

PARALLELISMUS CAPITIS XII.

[l] *I, 2. III, 11. 1.* [m] *I, 23. p.* [n] *XXX, 2.* [o] *VIII, 35. X, 32.* [p] *I, 4. XIV, 17. XXIV, 8. idiotismus idem, XV, 18. XXII, 24. XXIX, 1. 4. 13 22. conf. I, 19. h prius.* [q] *condemnandus: XVII, 15.* [r] *I, 32. II, 22. III, 33. c. X, 2. 25. XI, 4. 21. XVI, 12. XXV, 5. XXIX, 14.* [s] *XIII, 22. XXXI, 3. 10.* [t] *XXXI, 11.* [u] *IV, 9.* [x] *X, 3. XIV, 30.* [x] *I, 3. f. Ad XI, e. notata è BASILIO* in princ. Proverb. *videantur, quæ leguntur etiam* Homil. *XII. Ubique ſic pergit. Quoniam, ex Salomonis ſententiâ,* Cogitationes juſtorum, judicia; *viro ſapienti omninò ſtudere opus, intra cordis arcana tribunal conſtituere, rectaq; facere judicia: mentem quoque velut in trutinâ ſuſpendere ad ea, quæ conveniunt, & ad quodlibet agendum æquâ lance librandum. Quando ſingula Dei mandata, contra adverſantem ſibi malitiam, coram te judicium experiuntur; da legi divinæ, contra vitium, victoriam. Iniquum & æquum apud te judicantur. Reſponde contra concupiſcentiam alienorum bonorum: da, ut vincat virtus. Contumelia & patientia invicem pugnant? vitupera contumeliam, lauda patientiam. Odium item, & charitas? alterum procul rejice: alteram verò, videlicet cha-*

6. Sunt dolus [y]. Insidiæ [y]! Cruor! his, & talibus ausis,
Hi crudele sonant: verùm illi, recta colentes,
7. Expedient [z] sese ore suo. Vertentur [a] ab imo
Degeneres; nec eos Vindex altissimus ultrà
Esse sinet [b]: stabit [c] domus [d] inconcussa piorum.
8. Pro modulo mentis sanæ, rationis [d] & apto
Pondere, vir laude est dignus: vecordia [e], turpem
9. Contemtum [f] pariet. Melior, qui inglorius annos,
Cum servo, superat; quàm, qui jactantior aufert
Se tumidum, non farris habens alimenta, nec auri
10. Auxilium. Æqua fovens [g], noscit [h] quoque providus ægri
Spira-

ritatem, propriam, familiaremq; tibi redde. Simulatio, & simplicitas; fortitudo, & timiditas; prudentia, & imprudentia; justitia, & injustitia; temperantia & intemperantia judicantur: tunc denique in tuæ mentis recessu judiciorum rectitudinem ostende, &, veluti in tribunali tibi ipsi assessor, mandata observans, monstra, te vitium abhorrere, ac omninò ab eo esse aversum, virtuti verò faventem studentemq;. Si enim in rebus cunctis, quas agis apud te, potiora & meliora vincere permittas; beatus in die illâ fueris, quando Deus occulta hominum judicabit, ut testatur Evangelium, cogitationibus corda simul hominum accusantibus & defendentibus! nec condemnatus discedes, verùm justitiæ coronâ ornaberis, quâ tu item virtutem in omni vitâ redimiveris. Talium tibi bonorum præbitor hic Proverbiorum liber extiterit: docens, & veram servare justitiam, & judicia recte dirigere. (y) *I, 11. x, VIII, 13. Eccl. VI, 9.* [z] *XI, 9.* [a] *enallage infin. ut XV, 22. Eccl. VIII, 9. IX, 11. Vid. GLASSIUS Gramm. S. tr. III. can. 44, 5.* [b] *X, 25.* [c] *sup. 3.* [d] *XXI, 12. z.* [d] *III, 4. k post.* [e] *XI, 20.* [f] *XVIII, 3.* [g] *XI, 17. 9.* [h] *I, 4. b, XXVII, 23. XXIX, 7. RUPERTUS Tuitiensis in Joan. X.*

Spiramenta [i] bovis: quando, & miſereſcere, diſcunt
Immites animi, furiis immanibus ardent [k].

11. Culturâ ſi quis terram molitur, & artes [l];
Illius optatis lætiſſima menſa [m] premetur
Muneribus: demens, deſerta negotia quærit [n]
Otiaque [o]; excuſſus propriis, & rebus, & orſis [p].
Exhibet hic cùm ſe ſuavem, inter inermia Bacchi
Orgia; plorandus, ſua munimenta reliquit [q].

12. Retia dira, procax agitat; deſiderat [r] idem
Impia præſidia [s]: at, ſpes radicata, probatis
Dat turres, dat opes, dat propugnacula tuta [t].

13. Labe [t] labellorum in caſſes [u] malus incidit: angor [x]
Avolat à juſto. Præ ſe qui plana tuetur;
Caſum ejus, tanquam inſontis, miſerabitur inſons:
Obvius in portis audax, non deſinet unquam,

CHRISTUS magnificentius charitatem ſuam exprimit, dicendo: Cognoſco; *quàm, ſi dixiſſet, Diligo. Hoc enim verbum, cum ſignificatione dilectionis, ſimul ſonat affectum compaſſionis. Juxta quod Salomo ait:* Novit ſapiens animas jumentorum ſuorum; viſcera autem impiorum, crudelia.
(i) *X, 3. XI, 17. r.* (k) *V, 9. XI, 17.* (l) *XXVIII, 19.* (m) *inf. 14. V, 10. q.* (n) *XI, 19. XXVIII, 19.* (o) *XX, 13.* (p) *defectus panis, & cordis: 9. 11. VI, 32. x.* (q) *Vid. LXX. & Vulg.* (r) *I, 22. VI, 25. XIX, 19. XXII, 24, 25. XXIII, 2. XXV, 28. XXVI, 21.* (s) *Eccl. IX, 14.* (t) *ſup. 3. X, 24.* (t) *XVII, 9. XXVIII, 13. XXIX, 6.* (u) *I, 17. f. ult. VI, 2. 5. VII, 23. XIII, 14. XIV, 27. XVIII, 7. XX, 25. XXII, 5. 25. XXIX, 5, 6. 25.* (x) *I, 27. r.*

14. Afflixiſſe animas [y]. Recipit [z], de fructibus [a] oris
Quisq; ſui, ipſe bonum: manibus, ſua præmia dantur [b].
15. Stulti [g] perverſis oculis [c], quam ſeligit ipſe,
Recta via [d] apparet. Sapiens, auſcultat honeſto
16. Conſilio, paretque volens [e]. Ira [f] irrita ſtulti [g]
Haud patitur frenum: quæcunque ſit hora diei;
Irritata, palam hæc, tenebrarum nata, pateſcet.
Ignem ignominiæ, prudens premit, obtegit [h], aſtu [i].
17. Veracis proprium eſt, juſtè qui juſta loquatur:
Vera, modum præter, ſupráve, infráve, recenſens
Teſtis; hic ipſe dolum, ſcelus ac mendacia prodit [k].
18. Non nemo eloquio mittit, quot verba, tot ictus,
Enſe quaſi inflictos [k]: ſapientum lingua, medela [l] eſt.
19. Vera ſonans verè labium, vaga nubila vincens,
Conſtat in æternum [m]: ſermo, quem nuntia ficti [k]
Fama tulit, ſubitò in nihilum dilapſus abibit.

20. Sic-

(y) *Vid. LXX.* (z) *ſuprà n. m. conf. I, 31. XVII, 13. XXIV, 12. b. 29.* (a) *XI, 10. XIII, 2. XVIII, 20.* (b) *XIX, 17.* (c) *III, 7. XIV, 12. XVIII, 2. XXI, 2. Matth. VI, 22, 23.* (d) *I, 15.* (e) *I, 25. q.* (e) *I, 33 a.* (f) *VI, 34. z. XIV, 17. 29. XVI, 14. Eccl. I, 8. VII, 10. GEIERUS hic commendat pulchrum ſimile, quo BASILIUS, homil. de Irâ, hanc rationi, ut canem paſtori, vult obedire.* (g) *I, 4. g. 22. III, 34, 35. Eccl. II, 14. V, 3. &c.* (h) *inf. 23. X, 6. 12. y.* (i) *inf. 23. I, 4. XIII 16. XIV, 8. 15. 18. XXII, 3. XXVII, 12.* (k) *VI, 19. XI, 1. XII, 5. 20. XIV, 8. 25. XXI, 6. XXVI, 24.* (k) *XXV, 18. z.* (l) *IV, 22. VI, 15. XII, 18. Jac. III, 13, 14, 15, 16.* (m) *XXIX, 14.*

20. Triſte „ſtruunt homines, quorum latet intus in imo
Pectore fraus p: oleæ ramis qui intendere pacem q
Conſiliisque r parant, juſtiſſima gaudia promunt.
21. Veridici juris ſervans, ſe crimine ab omni
Vindicat immunem s: laſcivia quæque, feroces,
Impletos retinet t.
22. IOVA odit labra doloſa u,
Horrenda x in primis: promiſſa fidemque tenentes,
Atque exercentes, DOMINO gratiſſima y libant.
23. Ingenii compos z, ſibi commonſtrata a recondit b
Mente altâ, ac celat: ſtolidum cor, lucis egentum,
Stultitiam c magnâ proclamat voce d, ſilendam.
24. Trita labore manus duro, dominabitur arvis e:
Victa ſitu, atque nocens, uſuras pendet inertes f.
25. Mœror edit, curvatque g virum: tamen eriget illum
Vox bona, quæ mulcet curas, ut læta reducat.
26. Præ ſorte alterius, ſeſe ubertate beatum h,
Integer agnoſcit: pravos, via i lubrica fallet.
27. De-

(n) *malum, paci oppoſitum: III, 29. y. XVII, 13. XXII, 3.* (o) *III, 29. y poſt.* (p) *ſup. 17. a.* (q) *III, 2. 17.* (r) *XI, 14. XXVIII, 31.* (s) *III, 31. c. XXII, 8.* (t) *IV, 16. & c.* (u) *VI, 17. 19. X, 18. XXVI, 24.* (x) *III, 32. c.* (y) *X. 32. z. XI, 1. 20. XV, 8, 9.* (z) *ſup. 16.* (a) *I, 4. b.* (b) *ſup. 16. conf. XI, 12. f.* (c) *V, 23.* (d) *IX, 3. Eccl. X, 3.* (e) *X, 4. b. XII, 11. 27. XXVIII, 19* (f) *ibid. & XI, 18.* (g) *II, 18. XIV. 19. Eccl. XII, 4.* (h) *XII, 26. XVII, 7. Eccl. II, 15. VI, 8. 11. conf. XXVIII, 20.* (i) *X, 17. q.*

27. Desidis[k], effugiet venatica præda, culinam:
Humanis opibus pretium [l] labor improbus [m] affert.
28. Semita[n] justitiæ, vitam [o] petit; avia, lethum:
A recti studii cursu [n] mors exulat omnis [p].

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Initium sapientiæ, in audiendo. 1. Custodiendum os, propter fructum. 2, 3. Non optandum; sed, laborandum. 4. Impius; mendax, & impudens. 5. Pietas, defendit: impietas, deserit. 6. In rerum usu, vanitas cedit veritati: ut tenebræ luci, vel luna soli. 7, 8, 9. Superbia, fons litium, Ecclesiasticarum, Politicarum: sapientia modesta, fons consiliorum. 10. Vanitas, minuit: parsimonia, auget. 11. Spes, nondum impleta, cruciat; impleta exhilarat. 12. Contemtus, pernicies: timor, salus. 13. Prudentiæ, origo, consultatio; actio, vitare culpam; effectus, omne bonum. 14, 15, 16. Legati opus, noxium, aut salutare. 17. Contumacia, tanquam incuria fugiendæ turpitudinis & damni, utrumque malum attrahit: obedientia, debellans utrumque, invenit gloriam. 18. Sapientiæ gustum obtinet, qui, Dei verbo pravæ concupiscentiæ & consuetudini resistens, utitur sapientibus. 19, 20. Retribuuntur mala & bona, per compensationem, propagationem, privationem. 21, 22. Labor si sit sine judicio, frustratur. 23. Parentum indulgentia, ex eventu odium. 24. Natura bonorum, cibo minimo contenta; malorum, nullo. 25.

Filius excellens, exempli dulce paterni
Fert specimen [q]: nugans [r] temnit meliora [s], nec audit.
2. Vir comedet fruges, quas seminat ore benigno;
Omne

(k) X, 4. *Abstractum pro concreto, ut sup. 5. & 22.* (l) I, 13. b. (m) X, 4. XII, 11. 24. (n) *vid.* 26. X. & I, 15. c. (o) III, 2. i. 16. 18. 22. n. Eccl. IX, 9. (p) III, 2, 3. 25, 26. XXX, 31. 5. XXXI, 4.

PARALLELISMUS CAPITIS XIII.

(q) I, 2. c. (r) I, 22. n. (s) I, 7. q. *inf.* 13. &c. XIV, 2. &c. XIX, 16. &c. XXIII, 9. Eccl. VII, 5.

Omne bonum [t]: omne malum pariter, violentia [u],
reddet [x]

3. Perverſorum [y] animæ [z]. Vitam cuſtodit in ore [z],
Os qui cuſtodit [a]; ne quà huc, aut diffluat illuc:
Oſtia paſſa gerens, terrorem [b] inſtare, ſtupebit.

4. Plurima captat, hians [c], ignavi [d] ſpiritus [z]; at nil [e]
Obtinet: aſſiduorum animus pinguedine [f] ovabit.

5. Rumorem refugit, non certo [g] è fonte fluentem,
Juſtior: injuſtus, tetrum diſpergit odorem
Invidiæ; ſeſeque ſimul fordere nocendo [h],
Non pudet immemorem.

6. Via quem tenet integra [i] fidum,
Soſpitat incolumem conſtantia ſancta [i]: ferorum
Sectatorem operum, vertigo ſua impia vertit [k].

7. Oſtentat quidam ſe opulentum; qualis, in omni
Re propriâ, non eſt [l]: contrà, ſimulabit hic, iſte,
Pauperiem; multis qui opibus, ſcit parcere, partis.

L 8. Na-

(t) *XII, 14. p.* (u) *III, 31. a.* (x) *I, 31.* (y) *II, 22. g.* (z) *X, 3. XII, 10. XXI, 10.* (z) *conf. 4. 6. & inf. 18. II, 11. o. VIII, 32. XVIII, 21. XXI, 23. k.* (a) *II, 11.* (b) *X, 14. XXVII, 18.* (c) *XIX, 22. XXI, 26. XXIII, 3. 6. XXIV, 1. Eccl. VI, 2. AUGUSTINUS in* Speculo ex Proverb. *optimè hoc cum* Vulgatâ *reddit :* Vult, & non vult, piger. (d) *VI, 6. XII, 27.* (e) *X, 5. XIV, 6. XX, 4.* (f) *XI, 25. 9.* (g) *XI, 18. XX, 17. XXIX, 12. XXX, 8. XXXI, 30.* (h) *XIX, 26. Eccl. X, 1.* (i) *I, 12. z.* (k) *quem pervertit* moraliter, *XI, 3. m. evertit* pœnaliter: *XXI, 12. XXII, 12.* (l) *XII, 9. Eccl. I, 9.*

8. Nacta virum egregium regina Pecunia, donat
Huic animam, pretio redimens [m] è casibus arctis:
Intereà absolvit paupertas [n] libera duris [n]
Vocibus auriculas, parcâ quæ sorte fruuntur.
9. Lux divina probis succendit, nescia noctis,
Lumina [o]: lætitia at mundi, nocturna lucerna [p] est,
Nec splendor verus; subitâque extinguitur aurâ.
10. Discordes [q] sensûs dat sola, Superbia [r], mater:
Consilii cupidos [s] unit, Sapientia, præses.
11. Divitias [t], vano [u] postquam, vel origo, vel usus,
Inquinat; imminuet fatum: cumulabit [x] easdem,
Sub manibus sensim lectas, custodia casta.
12. Spes, quæ distentat longo præcordia voto,
Ægrotum cruciat pectus: vitalis ut arbor [y],
In Paradisiacis, fuerat lætissima visu;
Auribus, optatum venisse, est tanta voluptas [y].
13. Verba cohortantis cui sunt despecta [z], peribit [a]
Inde sibi. neque enim nato, cui sensa dolosa,

Ulla

(m) *VI, 35. X, 15. XIV, 24. XVIII, 11. XIX, 4.* (n) *X, 4. g.* (n) *increpationem non audire*, physicè, *vel* judicialiter: *sed, non audire* moraliter. *vid. sup. 1. & Eccl. VII, 5.* (o) *IV, 18.* (p) *VI, 23. XX, 20. XXI, 4. XXIV, 20. XXXI, 18.* (q) *XV, 18. XVII, 19. XXVIII, 4. 25.* (r) *VIII, 13. XI, 2. XXI, 24.* (s) *XIX, 20. Philipp. II, 3. Jac. III, 13. &c.* (t) *I, 13. b.* (u) *XXI, 6. Eccl. I, 2. &c.* (x) *X, 4, 5. XII, 24.* (y) *III, 18. f. Ps. XIV, 7. CXXVI, 1.* (z) *XI, 12. b.* (a) *X, 8. p. Eccl. V, 5.*

Ulla ſalus: ſed qui, ut famulus, pia juſſa [b] veretur [c],
Indolis & laudis pulchræ fert præmia certa [d].
14. Lex [e] ſapientis erit vitarum uberrima vena [f],
Dum vocat è mortis laqueis [g] veſtigia retrò.
15. Principiis rectis gaudens ſolertia, fructum [h]
Præſidiumque affert. geſtantes perfida [i] corda,
Inceptum peragunt iter, intractabile cultu.
16. Omnis mente ſagax [k], nullum cœco inſcius auſu
Aggredietur opus [l]: ſua ſtulta expandere, ſtultus [m]
Semper amat.
17. Pravus legatus [n], denique fertur
In mala præcipiti lapſu [o]. medicina [p], fidelis
Nuntius [n].
18. Examen morum [q] qui deſerit [r]; atrum
Nomen [s] ei, ac rerum non parva ruina [t], minatur:
Qui ſervat [u] monitum [x], maturus adibit honores [y].
19. Poſt deſiderium factum [z], ſaturata cupido:

(b) *I, 8. 5. II, 1. III, 1. VI, 20. 23. XIX, 16.* (c) *Eccl. VIII, 5.* (d) *XI, 31. k. vid. LXX.* (e) *I, 8. 5.* (f) *III, 2. i. 22. n.* (g) *I, 17. XII, 13. n.* (h) *III, 2. i.* (i) *ſup. 2. II, 22. g poſt.* (k) *XII, 16.* (l) *Eccl. II, 21.* (m) *XII, 15, 16. 23.* (n) *X, 26. XVII, 11. XXII, 21. XXV, 13. Eccl. V, 5.* (o) *XI, 5. XVII, 29. XXVI, 27. XXVIII, 10. 14. 18. Eccl. X, 8.* (p) *IV, 22. XII, 18. Eccl. X, 4.* (q) *I, 2. III, 11. &c.* (r) *I, 25. r.* (s) *III, 35.* (t) *I, 26. r. VI, 11. e. XII, 11. f. conf. XIX, 29.* judicium ſpernentibus parata judicia. *XXIV, 34. XXVIII, 19.* Oppoſitum *1. Cor. XI, 31, 32.* (u) *II, 8. V, 2.* (x) *I, 33.* (y) *III, 16. c.* (z) *ſup. 12. XIV, 14.*

Sin desiderium fractum [a] est, dulcedine [b] vivâ
Spiritus exsuperat. Dementibus horrida pestis [c],
Demigrare [d] malo de consuetudinis usu [d].
20. Fit sapiens, si quis, mixtus sapientibus, hæret [e]
Ipsorum lateri constanter. pabula quærens [f]

Cum

(a) *Dan. II, 1. VIII, 27.* (b) *II, 10. III, 8. 24. XVI, 24.* (c) *III, 32. VI, 16. XI, 1. 10. XII, 22.* (d) *sup. 14. III, 7.* (e) *I, 5. i post. III, 31. XXII, 24, 25. AMBROSIUS Offic. l. II, c. XX. Plurimum prodest uni-cuique, bonis jungi. Adolescentibus quoque utile, ut claros & sapientes viros sequantur: quoniam, qui congreditur sapientibus, sapiens est: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad institutionem itaque bonis iungi, plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. ostendunt enim adolescentes, eorum se imitatores esse, quibus adhæserint: & ea convalescit opinio, quòd ab his vivendi acceperint similitudinem, cum quibus conversandi hauserint cupiditatem. Inde tantus Jesus Nave, quòd eum non solùm erudivit ad legis scientiam Moysis copula, verùm etiam sanctificavit ad gratiam. Denique quum in ejus tabernaculo divina refulgeret præsentia, & videretur majestas Domini, solus erat in tabernaculo Jesus Nave. Moyses cum Deo loquebatur, Jesus pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri & populus deorsum stabant; Jesus cum Moyse ad accipiendam legem ascendebat. Omnis populus intra castra erat; Jesus extra castra in tabernaculo testimonii. Quum columna nubis descenderet, & loqueretur cum Mose, quasi fidus adstabat minister. Nec exibat de tabernaculo juvenis, quum seniores longe positi divina trepidarent miracula. Ubique igitur inter admiranda opera & reverenda secreta sancto Moysi individuus adhærebat. Unde factum est, ut, qui fuerat socius conversationis, fieret successor potestatis. Pulchra copula seniorum atque adolescentium: ut seniores consilio prævaleant, juniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares, dispares ætatibus, sui delectantur copulâ; sicut delectabantur Petrus & Joannes. Nam adolescentem legimus in Evangelio Joannem & suâ voce, licet meritis & sapientiâ nulli fuerit seniorum secundus. Erat enim in eo* senectus venerabilis morum, & cana prudentia.

Cum fatuis *f*, inter reſides confringitur unà *g*.
21. Ultrix perſequitur *h* celeri pede pœna ſceleſtos:
Reſpectat benefacta DEUS, bona quæque reponens *i*
22. Mitibus atque bonis. Bonus & pia pignora, & horum
Poſtera gens natos, hæredes ſcribere *k* perget:
Copia *l* iniqui hominis, tectè adſervabitur æquo *m*.
23. Multum *n* adeò victûs præbere novalia nudis,
Rectè culta *o*, ſolent: ubi non labor aptus *p*, egeſtas.
24. Dum virgam *q* retrahit *r* pater, ultrò improvidus odit *s*,
Gnatum *t*, corrumpens crudeliter: auget amorem
Veriùs in tenerum, prudens ſi accommodat illi
Terrificam ferulam, matutinusque *u* domandi
Ipſe viam inſiſtit *x*.
25. Capitur cibus omnis honeſto,

(f) *X, 21. z med. XXII, 24. XXIII, 20, 21. XXVIII, 7. XXIX, 3.* (g) *XI, 15. Judic. XVI, 30.* (h) *V, 22. XI, 19.* (i) *XI, 18, 19. 27. XIX, 17. XXV, 22.* (k) *VIII, 21.* (l) *XII, 4. XXXI, 3. 10.* (m) *II, 7. XIV, 21. 31. XIX, 17. XXII, 9. XXVIII, 8. Eccl. II, 26.* (n) *XVI, 8. Eccl. I, 18.* (o) *XII, 11. XIV, 4. XXIV, 27. 31. XXVIII, 19. XXXI, 16. Eccl. V, 9.* (p) *I, 3. f. XII, 8. d. XVI, 8. Eccl. VII, 17. VIII, 5. X, 11. 15.* CORNEL. *à Lapide huc refert illud* BASILII, homil. in diteſcentes avaros: *Sicut frumentum, in terram cadens, luerum projicienti parit; ſic & panis, in eſurientem projectus.* (q) *X, 13. XXIII, 13, 14.* (r) *X, 19. u.* (s) *VIII, 36. e. XVII, 19.* (t) *XXII, 15. III, 12.* (u) *I, 28, u.* (x) *XIX, 18. XXIII, 13. XXIX, 15. Sirac. XXX, 1. &c.*

Ut satiet (y) stomachum [z], revocetque in corpore vires:
Indiget [a] ingluvies, non unquam expleta [a], malorum.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Sapientia, exstruit: amentia, destruit. 1. Integritas, timor Dei: perversitas, contemtus Dei. 2. Sermo superbientis, vulnerat; sapientis, monendo sanat. 3. Non datur vacuum, nisi apud ignavos. 4. Quale verbum, talis homo. 5. Irrisor, quærit sapientiam in cortice; ridens ea, quæ pertinent ad nucleum: nucleus sapientiæ, inventu facilis, fit difficilis, si ducibus ordinariis præfertur ejusmodi corruptor. 6, 7. Salus sapientis, meditatio veri: falsi excogitatio, impiorum pernicies. 8. Pessima oblectatio, peccata per jocum vilipendere: optima, conjunctum recti studium. 9. Cor, [Spiritus hominis, *1. Cor. II, 11.*] incommunicabile. *10. Familiæ exitium, malitia: flos, æquitas. 11. Arrogantia, periculosa. 12. Gaudium* carnale, *tristitiam magis auget, quàm minuit. 13. Inconstantia, pœna sui ipsius. 14. Imprudens simplicitas,* credulitate *& freni defectu, in affectum pravum incidit. 15, 16. Vitia, prudentiæ opponuntur, iracundia, atque cunctatio; & hæc quidem vel malitiosa, vel stupida. 17, 18. Malorum modestia,* hypocritica. *19. Opes, gratæ hominibus: miserationes, Deo. 20, 21. Misericordia & molestia, utiles sapientibus: insipientibus, nihil. 22, 23, 24. Verum testimonium, opus divinum: fallax, Diabolicum. 25. Timor Dei, optima hæreditas, & securitas. 26, 27. Principis honor, subditorum frequentia. 28.* Longanimitas, *signum sapientiæ. 29. Invidia, infelix. 30. Cultus Dei, spectatur ex affectu erga miseros. 31. Conscientia, opprimit, erigit. 32. Cor renatum, sedes sapientiæ; non, ratio corrupta. 33. Societatis humanæ gloria, in justitiâ & misericordiâ versatur. 34. Ministrorum laus, prudentia. 35.*

ECce! domum ædificat (b) sapientum provida matrum (c)
Cura:

(y) *III, 10. XII, 11. XX, 13. XXVIII, 19. conf. XIV, 10. 0.* (z) *X, 3. XI, 17. XII, 10. Eccl. III, 12, 13. V, 18. VI, 2, 3.* (a) *conf. XXXI, 11.* (a) *sup. 4. XVIII, 20. Eccl. V, 9. VI, 3.*

PARALLELISMUS CAPITIS XIV.

(b) *XXIV, 3.* (c) *Enallage emph. plur.* adjectivi; *ut* substantivi, *I, 20. k.*

Cura: ſuis manibus, Dementia [d], diruit [e] ædes.

2. Tramite qui incedit certo [f] virtutis, & ora
Surſum erecta [f] gerit; DOMINUM pietatis honore [g]
Proſequitur: ſed, Eum, divini lumine Verbi
Poſthabito, ſpernens [h]; ſecum pervertit [i] hic iſto
Quamque errore viam, ac cultorem Numinis horret.

3. Ore viri inſani, faſtus [k], quaſi fuſtis, amara
Verbera verborum eructat: taciturna loquelæ
Septa [l], ſagittiferos Sophiæ tutantur [m] alumnos.

4. Sicubi non [n] ierint tauri; præſepe vacabit,
Tædia munditiæ pariens [o]: proventibus implet [p]
Horrea, cùm victor validus bos imperat arvis [p].

5. Fidus amore Dei teſtis [q], non falſa loquetur:
Qualia deproperat, mendax [r], efflare malignis
Faucibus.

6. Indagat [s] Sophien deriſor [t]: at ipſa
Haud usquam comparet ei; nec clara videndam Huic

conf. 3. 9. XI, 26. XVI, 13. n. XXVII, 16. XXVIII, 1. (d) V, 23. (e) XI, 11. b. (f) infr. 9. II, 7. b. IV, 11. X, 9. (g) XIII, 13. Eccl. VII, 18. (h) inf. 14. 21. I, 7. XI, 12. b. (i) I, 22. &c. II, 15. III, 32. (k) XVIII, 12. XXIX, 23. (l) V, 3. X, 13. 18. 21. 32. (m) IV, 6. VI, 22. XIII, 3. (n) infr. 28. V, 23. VIII, 24. XI, 14. XXVI, 20. c. (o) XIII, 23. XV, 26. XXIV, 30. (p) III, 9. 14. XII, 11. XIII, 23. XXVIII, 19. (q) XI, 18. XIII, 17. XX, 6. (r) infr. 25. VI, 19. (s) II, 4. (t) conf. 9. I, 22. n. III, 34.

Huic se offerre potest [u]. promtum est, prudenter
agenti [x],
Ejus adire fores oculisque scienda [y] tueri.
7. Te, si illaudati, conspectu noxia, tangit
Umbra viri, ne siste gradum; te subtrahe ab illo [z].
Cur verò dubitas, licitis pendere labrorum [a]
A rivis, quorum doctrina tot agmina potu
Irrigat?
8. Ante alias partes, prudentia cauti [b]
Perspexisse [c] studet, quod iter [d] meditatur eundum,
Cœlorum rerumque memor: contrà, una fefellit
Incautos [e], feritas [f]; nihil explorare quòd ausint
Luce piâ, verùm arte doli [g] confundere cuncta.
9. Quisquis delirat [h], delicti nomine lusum [i]
Exercere solet, vel eidem inducere honesti

Affi-

(u) I, 26. r. XIII, 4. XXIV, 7. *HIERONYMUS in h. l. Ideò derisor sapientiam, quam quærit, non invenit: quia & si apertè contra illius stultitiam disputando incedas, nescit intelligere, quæ dicis. Ut Arius, qui verbum* consubstantialitatis *in Patre & Filio, nusquam in Scriptura inveniri posse contendebat; quum ei manifestè scriptum objiceretur: Ego & Pater unum sumus. Et, Deus est Verbum: & cætera talia. Ideò doctrina prudentium facilis est; quia labia prudentiæ sapientia: id est, quia labia, quæcunque prudentiæ moderamine reguntur, de sapientiâ solùm loqui & audire dulce habent, ejusque meditationi operam dare satagunt.* (x) I, 5. X, 13. (y) *conf.* 7. I, 4. *h.* (z) I, 10. 15, 16. III, 31. IV, 14, 15. XIII, 20. XXII, 24. (a) X, 18. XVI, 3. (b) XII, 16. (c) I, 2. *d.* (d) I, 15. *e.* (e) *conf.* 9. I, 7. 22. (f) V, 23. (g) XII, 17. (h) *conf.* 8. *Distributio per enall. ut v.* 1. (i) *conf.* 6. & II, 14. IX, 12. X, 23. XIX, 28.

Affictam ſpeciem: manifeſtæ gratia [k] laudis
Excolitur recti ſtudioſos [l] inter amicos.

10. Infelicem animi, curisque ingentibus ægrum [m],
Proximus haud penetrat: ſolum cor [n] novit [o] acerbi
Vulneris affectum, qualis ſe & quantus hic urat [p].
Sic neque cum læto ſenſu interiore valebit
Se miſcere [q] alius, ſuavem nec cernere flammam.

11. Maturè ſcrutare domum, [r] domus impia, tandem
Eruitur [s] ſubitò; ſanctâ florente [t] tabernâ [t].

12. Exquiſita viro [u] ſua ſemita ſæpe videtur [x]:
Exitus [y] inde tamen ſæpe avia mortis [z] habebit.

13. Quondam etiam riſus [a], premit altum mente dolorem
Irritus [b]: extremoque [y] redit poſt gaudia mœror [b].

14. Corde vago averſus, mox, ut ſatur [c], odit amata:
Vir bonus incepti fructum, ſibi pabula, ſentit.

M 15. In-

(k) X, 32. XI, 1. (l) *ſup.* 2. II, 7. *b.* (m) XXXI, 6. (n) II, 10. VIII, 5. *Eccl.* I, 16. (o) *notitia practicâ, ſeu experimentali. conf. inf.* 18. I, 4. *b.* XVII, 10. 24. 27, 28. XXII, 17. XXIV, 4. XXVII, 23. XXVIII, 2. 5. XXIX, 7. (p) *vid. ſup. m. Eccl.* VII, 26. (q) XX, 19. XXIV, 21. (r) XXI, 12. *z. Pſ.* XLIX, 12. 15. (s) XI, 28. *Pſ.* XCII, 14. (t) III, 33. *c.* (u) XV, 23 XX, 6. *Eccl.* VI, 2. (x) XII, 15. XX, 11. (y) *conf.* 12. & 13. V, 4. (z) VII, 27. XVI, 25. (a) I, 26. III, 34. VIII, 30, 31. XX, 1. XXVI, 19. XXIX, 9. XXXI, 25. *Eccl.* II, 2. *c.* (b) I, 26. XV, 31. XVII, 22. XVIII, 14. *Eccl.* VI, 5, 6. (c) I, 31. XIII, 25. *y.* XIX, 23. XXV, 16. XXX, 9.

15. Incautè simplex [d], auditu animoque supino
Credulus est cuivis sermoni [e]: callidus [f], omnem
Internum, externum, gressum prædiscere curat [g].
16. Multa timet prudens, fugiens à fonte malorum:
Arma alter capiens, nec sat rationis in armis,
Transilit [h] æqua, sibi præfidens, luminis expers.
17. Ira furore cito quem corripit [i], ausa pudenda
Exsequitur: nec non feriunt odia anxia tardum,
18. Versantem latebras [k]. rudibus, languore superbo
Obtusis [l], nihil est reliquum [m], nisi inepta stuporis
Arbitria [n]: aut dociles [o], sibi cognitionis [p] honorem
Circumdant varium; ceu laurum, & mœnia celsa [q].
19. Ante piorum almas facies demittere colla [r],
Assuescunt aliquando mali; labisque tenaces,
Ut justum expectent, & limina & atria servant.

20. Omnis

(d) I, 4. 22. IX, 4. 16. (e) XIII, 5. XXV, 2. Eccl. I, 8. 10. ATHANASIUS, Orat. I. contra Arianos. *Qui errores tuentur, præ se ferunt, se prosequi ac proferre dictiones Verbi Dei; veluti Diabolus, ipsorum pater: ut inde rectum sensum habere videantur. Cæterum, persuadendo miseros deducunt eò, ut diversa alienaque à Scripturis sentiant. In singulis hæresibus, ita transfiguratus Diabolus, dictiones subjicit plenas dolo. De quibus Dominus dixit: Pseudochristi & Pseudoprophetæ excitabuntur, ut in errorem multos inducant.* (f) *conf.* 18. XII, 16. (g) I, 2. 15. e. II, 5. 9. (h) XXII, 3. (i) *conf. oppositum inf.* 29. XV, 18. XVI, 32. Eccl. VII, 8. (k) XII, 2. p. (l) I, 4. g. (m) III, 35. b. (n) V, 2, 3. &c. (o) *sup.* 15. f. (p) I, 4. b. (q) I, 9.

20. Omnis homo, ac, olim meritis devinctus, amicus[r]
Priſtinus, auxiliis orbum faſtidit egenum[s]:
Cinctum opibus[t], plerique avido amplexantur amore.
21. Aſpernans[t] miſerum fratrem, ſe crimine grandi
Polluit[u]: afflictos[x] miſerantibus excipit ulnis[y],
Quem Superi eſſe volunt bis terq́; quaterq; beatum.
Diligis igniculum talem, prægnantiaque iſto
Viſcera, ſi DOMINI promiſſa ingentia credis[a].
22. Nonne[b] (fatere lubens!) nimio plus turpibus errant[c]
Conſultis, ſecum qui pernicioſa volutant[d]?
Gratia, vera ſalus[e], ibi ſunt, ubi commoda cordi[f]!
23. Quæque, operis ſtudio conjuncta, moleſtia[g], victûs[h]
Relliquias auget[i]: ſin è bipatentibus oris
Verba volant portis, tantùm penuria edendi[k]
24. Gliſcit, & in pejus ruit. Haud injuſta micantes
Divitiæ, ſua ſunt ſapientibus apta corona[l].
Stultitia ignaros quocunque labore fatiget,
Stultitia[m] eſt; quoniam ſeſe non effugit usquam.

(r) II, 18. Eccl. XII, 4. (s) XVII, 17. d. e. (t) X, 4. g. (t) X, 15. h. (t) XI, 12. b. (u) XI, 31. XIII, 22. Eccl. VII, 26. VIII, 12. (x) III, 34. (y) inf. 31. XIX, 17. (z) III, 2. i. 13. Eccl. X, 17 (a) Vid. Vulgata. (b) VIII, 1. XXII, 20. Eccl. VI, 6. (c) VII, 25. (d) III, 29. γ. (e) III, 3. (f) II, 2. c. (g) X, 22. (h) Eccl. III, 19. (i) VI, 6. XII, 24. XIII, 4. (k) VI, 10, 11. XI, 24. (l) ſup. 18. q. III, 2. i. 16. VIII, 18. XII, 4. XIII, 8. Eccl. VII, 11. (m) ſup. 8. 17. V, 23. Antanaclaſis, ut XXIV, 10. XXX, 33.

25. Perdurante fide, præstat cœlestia testis [n]:
Eripiensque [o] animas, meritis super æthera scandit.
Quantum is vera urget; tantum mendacia jactat [p]
Fraudis [q] amans.

26. Constat fiducia [r] robore firmo,
Quam JOVÆ timor [s] accendit: manet instar asyli
JOVA, verenti Ipsum; portusque nepotibus idem est.

27. Fons, metus [s] ille DEI: fons, cujus vena [t] perennem
Prosilit in vitam, solvens lethalia vincla [u].

28. Millibus in multis majestas regia [u] fulget:
Terrorem maciemque [x] infligit rara [x] caterva.

29. Longiùs irarum à stimulis qui cedit [y], habenas Con-

(n) *sup. 5. XII, 17. XIV, 5.* (o) *II, 12.* (p) *sup. 5. VI, 19. XII, 17.* (q) *IX, 13. XII, 27.* (r) *inf. 32. III, 5. l.* (s) *sup. 6. IX, 10. b.* (t) *X, 11. XIII, 14.* (u) *XI, 9. XIII, 14.* (u) *inf. 35. VIII, 15. r.* (x) *X, 14, 15. 29. XIII, 3.* (x) *conf. sup. 4. n. XXVI, 20.* (y) *sup. 17. i. CHRYSOSTOMUS in ad Ebr. hom. XXII. Ira maximè est ignis, est flamma, arripit, tollit, incendit. Nos verò lenitate & patientiâ eam extinguamus. Quomodo enim candens ferrum, aquâ tinctum, ignem perdit: ita ira, si in lenem & patientem inciderit, patientem nihil lædit; sed magis juvat, & ipse evadit magis continens. Lenitati enim & patientiæ nihil potest æquiparari. Nam qui est ejusmodi, contumeliâ nunquam afficitur: sed, sicut non sauciantur corpora adamantina, ita nec hujusmodi animæ. Sunt enim superiores jaculis. Excelsus enim, & adeò excelsus est is, qui est lenis & patiens, ut ne plagam quidem à plagâ accipiat. Quando ille efferatur, tu ride: ride autem non apertè, ut non irritetes; sed in animâ, seu apud te, ride propter te. Etenim de pueris, quando nos cum irâ percusserint, tanquam se ulciscentes, ridemus. Si ergò riseris, tantum inter te & illum intererit, quantum inter puerum & virum. Sin autem efferaris, factus es puer. Pueris enim insipientiores sunt, qui irascuntur. Si quispiam puerum viderit efferatum, nonne irridet? Qui autem*

Consilii prudens premere, & dare novit [y]; & audit
Aurigam hunc currus: brevis ac contractior æstum
Spiritus [y] effundit, deliramenta [z] sub auras
30. Conspicienda levans. Cor rectum & lene [a], medelam
Carnibus, atque ævum [b] confert: sed, in ossibus imis,
Invidia [c] infelix, putredine sævit edaci [d].
31. Crimina in Autorem [e] miseri jacit impia [f], quisquis
Attenuat [g] tenuem [b]: summi Genitoris honorat
Imperium, qui, propter Eum, miserescit egentis [i].
32. Conscia mens sceleris, sortemque animamque labantem [i]
Impellens quatiet: justi integra [k], morte sub ipsâ
Firmatur [k], fatis solantibus atra rependens.
33. Dic mihi, ubi obtineat Sapientia vera quietem [l],
Pacatam stabilemque? haud in ratione, nec ore:
Verùm, in corde [m] pio, divina, humana scientis [m].

pusilli, *inquit*, est animi, est valdè insipiens. *Qui est igitur insipiens, est puer: &*, qui est, *inquit*, lenis & patiens, est multus in prudentiâ. *Prov. XIV, 29. conf. III, 31. a. c. XV, 1.* [y] *conf. XXVIII, 16. 20. 27.* [z] *sup. 2. m. 4.* [a] *Eccl. X, 4.* [b] *III, 2. IV, 22.* [c] *VI, 34. XXVI, 4. Eccl. IV, 4.* [d] *XII, 4.* [e] *XXII, 2.* [f] *XVII, 5.* [g] *XXII, 16. 22. XXVIII, 3. 17. Eccl. IV, 1. V, 7. VII, 7. V, 7. VII, 7.* [h] *XVII, 5. XIX, 17. XXII, 9. 16. XXVIII, 8. 11. XXX, 14.* [i] *Eccl. XI, 2.* [i] *XXX, 14. XXXI, 9.* [k] *I, 12. z.* [k] *sup. 26. r. XXX, 5.* [l] *Eccl. VII, 9.* [m] *supra 6. x. 10. 29. I, 5. i post. II, 2. IV, 23. p post. X, 13. XIII, 20. XVI, 9. 21. XX, 9. k. XXII, 15. 17, 18, 19. Ps. XXV, 14. LI, 8. 1. Cor. II, 6, 7.*

Hîc latuisse, patet; quoties inopina, relucens
Cœcorum in medio, venit inde facemque ministrat.
34. Justitiæ cultus, gentem super axe locabit [o];
Atque inter populos, benefacta [p], piacula [q] fient:
Omne nefas, hominum consortia, turpia reddit.
35. Gratia regalis [q] notum gravitate [r] ministrum
Protegit: irritat furias [s], qui caussa pudoris [t].

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Sermonis moderatio, & disciplinam, & doctrinam, juvat. 1, 2. Dei omnipræsentia, omniscientia, *meditanda. 3. Lingua, bonum, & malum. 4. Prudentia, non sine obedientiâ. 5.* Benedictionis *solidæ solus particeps justus. 6. Ex* bono thesauro cordis [*Matth. XII, 35.*] *bona. 7. Sacra, & bona opera malorum, mala coram Deo. 8, 9. Castigatio, non mala; nisi fugienti & ipsam & sapientes, Dei oculos minimè effugienti. 10, 11, 12. Cor lætum, auget valetudinem; eruditum, scientiam. 13, 14. Malum paupertatis, mutatur in bonum, bonitate internâ, timore Dei, & amore hominum. 15, 16, 17. Iracundiæ signum, discordia. 18. Docilis solertia vincit omnia. 19. Natorum sapientiæ documentum, pietas in parentes. 20. Consilio debetur salus, privata & publica. 21, 22. Oris opportunitas. 23. Spes viva, sursum: mortua, deorsum. 24. Opus Dei; superbos evertere, viduas defendere. 25. Verba, tam interna, quàm externa, purganda. 26. Avarus, seipsum perdit. 27. BERNHARDUS:* Verba bis ad limam, antequam semel ad linguam. *28. Præsentia regni gratiæ. 29. Auribus fama, quod lux oculis. 30. Obsequii voluptas, vita ipsa corporis atque animæ. 31, 32. Fons, timor Domini; sapientiam pariens, dummodò patientia ante gloriam præsletur. 33.*

Ira-

[n] *Eccl. IX, 14. 16, 17.* [o] *29. III, 16. c.* [p] *III, 2. & c. XVI, 6. XX, 28. XXI, 21.* [q] *Exempl. Genes. XXXII, 21.* [q] *sup. 28. u.* [r] *X, 5.* [s] *XVI, 14. XIX, 12. XX, 2. XXI, 24.* [t] *X, 5. k. XVII, 2.*

IRarum [t] reprimit, reſponſum [u] mollius [u], ignes:
Sin dolor [x] elicitur dicto, furor [t] altiùs inde
2. Offenſis animis ſurgit. Digniſſima ſcitu
Dona, tenenda ferens, ornabit [y] vocibus ipſis,
Lingua peritorum: rudium os incondita [z] vulgat.
3. Omnia, plena DEO: neq; enim locus ullus habetur,
Quem non perluſtrent ſanctiſſima lumina JOVÆ
Excubiis, ſpeculata malosque bonosque per orbem [a].
4. Lingua, bonum atque malum: tanta hæc medicina benigno
Munere, ut arbor eam deſignet vivida [c] fructu.
At contrà, alterius ſub corde effringitur [d] imo

Spi-

(t) *Inf. 18. VI, 34. z. XII, 16. f. XIV, 29. y.* (u) *inf. 23. 28. I, 28. t.* (u) *IV, 3. XXV, 15.* (x) *V, 10. XIV, 23.* (y) *XV, 13. XXX, 29.* (z) *XIV, 24. AMBROSIUS ad Pſ. XXXVI. in h. l.* Labia ſapientium alligata ſint ſenſu: *eò quòd omnia, quæ loquuntur, vero ſenſui convenire videantur, & ſenſus ſui prudentiâ intelligant, quæ loqui debeant, vel tacere: ut, quæ ſilenda ſunt, cohibeant clauſtro quodam nexuq; labiorum: in iis autem, quæ oporteat dici, labiorum vincula reſolvantur. Item, Epiſt. l. III. ep. I. Fulgeat ſermonum tuorum manifeſtatio, intellectus coruſcet, & alloquium tuum atque tractatus alienâ non indigeat aſſertione; ſed ſermo tuus velut armis ſuis ſeſe ipſe tueatur, nec ullum verbum tuum in vanum exeat, & ſine ſenſu prodeat. Eſt enim illigatura, quæ conſtringere ſolet animorum vulnera: quam ſi quis rejicit, deſperatam ſui prodit ſalutem. Et ideò circa eos, qui gravi ulcere vexantur, utere oleo ſermonis; quo foveas mentis duritiam, oppone malagma! adjunge alligaturam ſalutaris præcepti, ut vagos & fluctuantes circa fidem, vel erga diſciplinæ obſervantiam, nequaquam ſoluto animo & remiſſo vigore patiaris perire.* (a) *V, 21. XXII, 12. XXIII, 26. XXIV, 12. 18. 2. Paral. XVI, 9.* (b) *IV, 22. XII, 18.* (c) *III, 18. f.* (d) *XVI, 18. XVIII, 12.*

Spiritus [c], impietas [f] vibrat si tela per illam.

5. Insipiens, stimulum ac retinacula cauta [g] parentis
Excutit [h]: intereà hic monitis porrò increpat, urget,
Obsequii immemorem, memoremque: exercita donec
Custodem officii major vigilantia [i] laudet.
Vis animi aucta nitet, quando incrementa patescunt
Moribus è justis. mala stirps, radice carebit [k].

6. Justi justa domus [l], gaudet munimine [m] magno:
Dives opum variarum. hominis proventus [l] iniqui,
Turbatur [n] penitus.

7. Sapientum labra [n], salubris
Doctrinæ segetem largo de pectore spargunt:
Non ita cor fatuum.

8. Mera sunt fastidia [p] JOVÆ,
Sacra malignorum [p]: rectâ [q] pietate precantes,
Thura adolent DOMINO, castis benè olentia tœdis [r].

9. Huic etiam, via [s] quæque mali, res dira [p]: nec ullum,
Justitiam [t] nisi qui sectatur [u], diligit ipse,
Ipse Amor; ipse autor, quorum oblectatur amore.

10. Virga

(c) *XVII, 22. Eccl. XII, 7.* (f) *XI, 3.* (g) *I, 8. r. IV, 1. XIII, 1.* (h) *I, 30.* (i) *I, 4. g.* (k) *LXX. & Vulg.* (l) *III, 14. 33. X, 16. XIV, 11. XXI, 12. z. Eccl. V, 9.* (m) *XXVII, 24.* (n) *inf. 27. XI, 17. 29.* (n) *V, 3. g med.* (o) *XIV, 7. XX, 8. 15.* (p) *inf. 26. XII, 22. x. conf. XXI, 27. XXVIII, 9.* (q) *II, 7. h.* [r] *XII, 22. y.* [s] *I, 15. c.* [t] *X, 2. &c.* [u] *XI, 19.*

10. Virga coërcentis [x], sæva atque moleſta videtur
Pœna, relinquenti callem [y]: ſed, plena ſalutis
Eſt tibi; nam ſi odio eſt [z] cenſura, necem [a] attrahis ultrò.

11. Mortis & inferni penetralia nulla JEHOVÆ
Clauſa, nec ante DEUM ſua regna *Scheol* [a] & *Abaddon* [a]
Occultare queunt: quantò magis [b] inſpicit Ille

12. Intima [c] Adamigenûm! Monitorem [d] neſcit amare [e]
Virtuti illudens [f]: prudentum hic defugit ora.

13. Exhilarat faciem [g] cor lætum [h]: at corde ſub ægro [h]
Spiritus, obnixus duris, mœrore fatiſcit [i].

14. Cor, præſtans animi [k], tanquam venator, inhærens
Mente, ſciendorum rimandis artibus, inſtat [l].
Cor depaſcuntur [m], quæ, non innoxia, verba
Stultorum [n] os leviter paſcunt.

N 15. Sint

(x) *III, 11. t.* (y) *II, 13. q.* (z) *V, 12. 23. XII, 1. XIII, 18. XV, 5.* (a) *I, 12. XXVII, 20. XXX, 16.* [*Apoc. IX, 11.*] ſtatus perditorum; mortuorum & damnatorum. *GEIER.* (b) *XI, 13.* (c) *Pſ. CXXXIX, 2. &c.* (d) *I, 23. p.* (e) *I, 25. r.* (f) *I, 22. n.* (g) *Eccl. VII, 3* (h) *X, 10.* (i) *XIV, 13. XVII, 22. XVIII, 14. Eccl. VI, 5, 6. ATHANASIUS*, Apolog. ad Conſtantin. *Obſerva, num vultu quoque ſycophantiam prodant: is enim judex eſt conſcientiæ. Et ſcriptum eſt: Animi ſecuri lætique vultus floridus; idem contrà in triſtitia mœſtus. Ita quoque inſidiantes Joſepho ipſa conſcientia redarguebat: & Labanis in Jacobum malignitas ex fronte apparebat.* (k) *inf. 31, 32. I, 5. i poſt. XIV, 33.* (l) *II, 4 Eccl. VII, 25. 28. XII, 10.* (m) *VI, 32. X, 13. XI, 12.* (n) *III, 34. g. XXII, 22. c. XXX, 14.*

15. Sint pauperis [n] omnes,
Continuiqúe dies, cumulati mole malorum [o]:
Pectore qui bonus [q] est, peragit convivia [r] semper.
16. Relligione piâ [s] gaudens, mortalis egestas [t];
Thesaurum [u] ingentem superat, cui cura, tumultu
17. Pressa, subest. Si mandis olus, patienter, amicè [x];
Profuerit, pinguem te posthabuisse juvencum,
Quem tumidus livor tibi de præsepibus [y] offert.
18. Vir temerè exardens [z], flammantia jurgia [a] miscet [b]:
Comprimit ac sedat litem, qui tardus ad iram [c].
19. Ignavo ocurrit via, ut aspera & obsita spinis
Sepes,

(n) *V, 23. XI, 17. 29. XIII, 20.* (o) *X, 21.* (p) *conf. XX, 14. Eph. V, 16. Eccl. I, 13. II, 17. VI, 8.* (q) *Res eadem XXIX, 6. Eccl. IX, 7.* (r) *conf. sup. 13. Eccl. VII, 2.* (s) *De Timore Dei, conf. XIV, 26, 27. XVIII, 10.* (t) *XVI, 8. Eccl. IV, 6.* (u) *VIII, 21.* (x) *Ad vers. 16, 17. conf. XVI, 8. XVII, 1.* Timori Domini, *concinnè annexa, dilectio proximi.* GEIER. *conf. III, 27. XI, 17. 9.* AMBROSIUS, de Officiis *lib. II, c. 2. Suave est, non pecuniæ, sed gratiæ studere. Verùm hoc malum jam dudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori sit, & animi hominum divitiarum admiratione capiantur. Inde se immersit avaritia, veluti quædam bonorum aridas officiorum: ut homines damnum putent, quidquid præter morem impenditur. Sed etiam in hoc adversus avaritiam, ne quod afferre possit impedimentum, prospexit Scriptura venerabilis, dicens: Quia* melior est hospitalitas cum oleribus. *Et infrà c. XVII, 1.* Melior est panis in suavitate cum pace. *Non enim prodigos nos esse docet scriptura, sed liberales. Largitatis enim duo sunt genera; unum liberalitatis, alterum prodigæ effusionis.* (y) *XIV, 4.* (z) *sup. l. t. XVI, 14. XXII, 24. XXIX, 22.* (a) *III, 30. 2 sec.* (b) *XIII, 10. 9. XXVIII, 4. 25. XXIX, 22.* (c) *XIV, 29. XVI, 32. XXV, 15.*

Sepes, quam manibus nemo audet tangere nudis [d]:
Semita difficilis, gnavis est strata, levata [e].
20. Conciliat, natus sapiens, augusta parenti [f]
Gaudia: inanis homo contristat matris honorem [f].
21. Cordis inops [g], rerum stolido [h] lætatur [i] abusu:
Mente sui compos [k], tenditque fovetque, virili
Se regere [l] auspicio, Verbique incedere [m] ductu.
22. Consilio cessante [n], retrò sublapsa feruntur
Proposita in nihilum [o], si quem spectata reliquit
Auctorum gravitas [p]: patribus molimina multis [q]
Explorata, immota manent, virtute suâ stant [q].
23. Lætitiam sibi quis, benè respondere [r] paratus,
Ore [s] parat. vox apta loco, pars quanta [t] bonorum!
24. Postquam est interiùs lucis scintilla recepta [u];
Ad vitam in cœlis positam ciet ardua sursum [x]
Te via [y], ne inclinans orci lacrymabilis antra
Inferiora petas.

(d) *XIII, 4. XX, 4. XXII, 13. XXVI, 13.* (e) *IV, 8. XIV, 6. XVI, 17.* (f) *X, 1. XVII, 21. XIX, 26. XXVII, 11. XXIX, 3.* (f) *X, 1. 2.* (g) *VI, 32. x.* (h) *sup. 2. 2. V, 23. &c.* (i) *X, 23. 32. XIV, 9. XXI, 15.* (k) *sup. 14. i. X, 23. d.* (l) *III, 6. IX, 15.* (m) *II, 13. XI, 5.* (n) *III, 32. d.* (o) *XII, 7. Eccl. XII, 5.* (p) *XX, 18.* (q) *XI, 14. XIV, 28. XXIV, 6.* (r) *inf 28. I, 28. t. XXIV, 26.* (s) *VI, 2. XII, 14. XIII, 2.* (t) *XVI, 16. XXII, 21. XXV, 11. Eccl. VIII, 5.* (u) *II, 10. X, 19. XIV, 35.* (x) *Eccl. III, 21.* (y) *I, 15. e. II, 19. V., 6X, 17. XII, 28.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

25. Quaſſare ac vertere ab imo [z]
Tecta ſuperborum [z]; &, viduæ defendere ſortem
Limitibus [a] firmis: hæc utraque cura JEHOVÆ.
26. Conſpicit, indignans [b], hominis commenta ſceleſti [c],
JOVA: probat liquidum ſermonem [d], ut munda [e]
metalla [e].
27. Si tu inhias [f] quæſtum [f], quæris turbare [g]: quid autem?
Nempe, domum [h] ipſe tuam. Vivet, qui fortiter odit [i]
Munera [i]: qui ſacrum doni exſecratur amorem.
28. Integer, eventus varios ſecum antè volutat [k],
Quàm reddat reſponſa [l]. fluunt mala, ab ore malorum.
29. Longo intervallo DOMINI clementia diſtat
Pravorum à votis: idem ſuſpiria juſta,
Qualia fert pietas, indulgentiſſimus haurit [l].
30. Lux oculorum hilaris [m], tacitâ dulcedine mulcet
Vi-

(z) *II, 22. XIV, 11.* (a) *XXII, 28. XXIII, 10* (b) *ſup. 8. III, 32. c.* (c) *III, 29. y. XII, 5. XXI, 5.* (d) *III, 17. XVI, 23, 24.* (e) *XIV, 4. XVI, 2. XX, 9. k. XXII, 11. XXX, 12. Eccl. IX. 2.* (f) *I, 19. conf. XXVIII, 16. XXX, 9.* (g) *ſup. 6. n.* (h) *XIV, 11.* (i) *VIII, 36. e.* (i) *IV, 7. XVII, 8. 23. XVIII, 16. Eccl. VII, 7. Huic verſiculo quæ verba adduntur à LXX. & Vulgato, ſunt ipſe cap. XVI. verſiculus 6. cujus mens generalis omninò & avaritiam redarguit.* [k] *VIII, 7. conf. XXV, 4.* [l] *ſup. 23. r.* [l] *ſup. 8. Pſ. CXLV, 18. AMBROSIUS,* de Officiis *lib. I. c. 41. Non ſolos Dominus audit loquentes, qui audiebat Moyſen tacentem. Plus audit tacitas cogitationes ſuorum, quàm voces omnium. Linguæ flagellum times, flagellum ſanguinis non times? Habet & ſanguis vocem ſuam, quâ clamat ad Deum, ſicut clamavit in Abel.* (m) *XVI, 15. Eccl. XI, 7.*

Viſcera. Fama favens [n], artûs, pinguedine ſanâ [o]
Inſtaurans, reficit.

31. Quando emendantia dicta [p]
Auris amat, vita eſt: quæ pernoctabit [q] avara

32. Prudentum in medio [r]. poſtponens [s] talia, ſpernit [t]
Seque ſuamque animam [u]; retinens [x], cor obtinet [y] altum.

33. Fœcundus, JOVÆ timor [z], eſt; divinitus auget
Ingenium: at, ſuperanda humilis [a] fortuna ferendo.
Sic te viva manet tolerandæ gratia vitæ [b]!
Sic te æterna manet melioris gloria [c] vitæ!

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Cor & os humanum, in DEI manibus. 1. DEUS ſcrutatur hypocryſin. *2. Eundem conſulere & implorare, conſilium optimum. 3. Nexus* judicialis *rerum omnium, æternus. 4. Communio arrogantium, rebellis. 5. Expiatio apud Deum nulla, niſi cum reſipiſcentiâ. 6. Reconciliatio inter homines vera, opus gratiæ Divinæ. 7. Paupertas ſancta, ſors eminens. 8. Conſultatio interna, regitur à providentiâ. 9. Divinum eſt opus, & in judicio regio, & in privatâ negotiatione: juſtitiâ omne officium ſtabilitur. 10, 11, 12. Quàm jucunda Regum gratia, tam terribilis eorum ira: ſermonis ſapientia, hanc ſedat, illam conciliat. 13, 14, 15. Sapientia & intelligen-*

(n) XXV, 25. Eccl. VII, 1. (o) XI, 25. q. XIV, 30. XVII, 22. (p) ſup. 24. I, 23. p. (q) XIX, 23. (r) ſup. 14. (s) I, 25. r. (t) III, 11. VIII, 36. e. (u) VI, 32. VIII, 36. XI, 17. XIX, 8. (x) I, 33. IV, 1. XII, 15. (y) I, 5. m. Oppoſ. VI, 32. IX, 8. z. XIX, 8. Eccl. X, 3. (z) conf. 31. IX, 10. b. (a) III, 33, 34, 35. Oppoſ. XVI, 18. (b) II, 21. III, 2. i. 8. IV, 12, 13. VIII, 34. IX, 11. X, 8, 9. 28. XI. 7. XII, 10. XIII, 9. 25. XIV, 14. 19. 26. XXII, 4. Eccl. VI, 2, 3. (c) conf. III, 16. c. XVIII, 12. XXVIII, 5. Eccl. XII, 14.

tia, auro & argento præferenda. 16. Fugiendo malum, vita cuſtoditur. 17. Spiritus humilis, videt: [1. Cor. X, 12. 2. Petr. I, 9.] cœcutit, inflatus. 18, 19. Intelligentia, ad bonum ducit: confidentia, ad ſummum bonum. 20. Cordis ſapientia, oris ſuavitas; fons vitæ, & docti eloquii; dulcis ac ſalutaris. 21.--24. Arrogantia, periculoſa: exemplum, in laboribus. 25, 26. Perverſorum actiones: ſigna. 27.--30. Senectus, corona. 31. Fortitudo maxima, dominari affectibus. 32. Sortitionis divinitas. 33.

DIſpoſuiſſe [d] animo, dicenda, neganda, gerenda;
Sunt hominis partes: linguæ reſponſio [e], pendet
A DOMINO.

2. Arrident veſtigia quæque viarum
Cuique ſua, ante ſuos oculos; quaſi pura [f]: ſed ipſe
Spirituum Pater eſt, verè hos qui ponderat [g] unus.

3. Volve, advolve [h], operum [i] quæ ſunt peragenda,
JEHOVÆ!
Digeret ille tuos; digeſtos, ille jubebit,
Conſilii eſſe tui ſtabiles firmosque receſſûs [k].

4. Condidit hunc Orbem Divina potentia miro
Or-

PARALLELISMUS CAPITIS XVI.

(d) *Conf. 2. 9. IX, 2.* (e) *I, 28. conf. 4. l.* (f) *XII, 15. XIV, 12. XX, 9, k poſt. 11. XXI, 2. 8.* (g) *XVII, 3. XIX, 21. XXI, 2. 9. XXIV, 12.* (h) *inf. 20. 11. III, 5. l.* (i) *Eccl. III, 22. IX, 6. HIERONYMUS, in h. l. Domino opera noſtra revelamus; quando eum, quem nihil latere novimus, in cunctis, quæ agimus, in memoriam reducimus, atque Illius in omnibus flagitamus auxilium: &, cùm hoc devoti agimus, fit, ut non opera eadem tantummodò, ſed etiàm internæ noſtræ cogitationes, Illo dirigente, procedant.* (k) *inf. 12. I, 25. 9. IV, 26. XII, 3. 7. 19. XV, 22. XIX, 29. XX, 18. XXII, 18. XXV, 5. XXIX, 14.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ordine, ut inter se nexu sese omnia certo
Mutua respiciant [l]; nec non secum attrahat horam
Impius [m] ultricem [n].
5. Quisquis præcordia in altum
Effert [o], sponte DEO sit detestandus [p]. eatur
In pactum manibus [q]: nemo hinc reputabitur insons [r].
Pulchrum iter, ingressûs capit à fervore colendæ
Virtutis: cui non certaverit ulla nocentum
Hostia, si cœli spectetur aperta voluntas [s].
6. Et benefacta [t] nova, & fidei constantia dicta [u];
Hæc sunt bina, quibus sepeliri injuria suevit
Pristina: non autem à vitio mens ægra recedit [x]
Antè, pavore poli [y] quàm sit perculsa benigno.
7. Quando viri incessum [z] læto dignatur amore [a]
JOVA juvans, reduces inimicos jungit eidem [b].
8. Maturæ si quem pietatis gloria nutrit;
Huic satis est, quodcunq; parum est [c]: non iste moratur [d]
Magnam ubertatem sine juris honore parandam.
9. Cor-

(l) *conf. l. e. Eccl. X, 19.* (m) *II, 22. g. Eccl. VII, 17.* (n) *XV, 15. Eccl. VII, 14.* (o) *VI, 17. Eccl. V, 7. VII, 8.* (p) *XV, 8. 26. b.* (q) *XI, 21.* (r) *VI, 29. r.* (s) *LXX. & Vulgatus.* (t) *X, 12. XIV, 21. 34. XXII, 9. XXVIII, 27.* (u) *III, 3. XX, 28.* (x) *inf. 17. III, 7. q.* (y) *IX, 10. b. XIV, 16. 26, 27. XV, 31. 33.* (z) *sup. 2. I, 15. e.* (a) *III, 12. Eccl. IX, 7.* (b) *XXV, 22.* (c) *XV, 16, 17. XVII, 1. Eccl. IV, 6.* (d) *III, 14. XIII, 23. Eccl. V, 9.*

9. Corde hominis [e] misero rationes mille putantur [f];
Unde viam [g] certam quivis sibi fingit: at hujus
Et gressum [h], & varios cursus, altissimus Autor
Dirigit [i].
10. In regis [k] labiis oracula florent:
Legem in judicio non os regale relinquit.
11. Jus observantes librae [k], minimaeque bilances [l]
Sacrae sunt DOMINO: lapidosaque pondera [m] sacci [n]
Cuncta opus exercent, librantis singula, JOVAE.
12. Nil magis infestum [o] meritò fastigia censent
Regia, quàm mores serere, aut permittere, pravos [p]:
Stat thronus haud fixus [q], nisi per moderamina sancta.
13. Vasa piae Themidos [r], sunt grata [s] Regentibus arma:
Vitantemque vagas salebras, & plana [t] loquentem,
14. Ornat amor [u]. Regis rapida ira [x], tot agmina, lethi
Nuncia, quot verba, emittit: tamen, agnitus illi,
Vir sapiens, novit tantos componere [y] motus.
15. Sin lucem, ac clarum is spiraverit ore favorem [z];

Vita

(e) II, 10. VIII, 5. Eccl. I, 16. (f) sup. 1, 2. XXIV, 8. (g) sup. 2. & 7, z. (h) ibid. & IV, 12. e. (i) VIII, 27. XIX, 21. XX, 24. XXI, 29. (k) inf. 14, 15. VIII, 15. r. (k) IV, 26. V, 6. 21. XI, 1. a. (l) XI, 1. XX, 10. 23. (m) XI, 1. XX, 10. (n) I, 14. (o) sup. 5. p. (p) II, 14. X, 23. Eccl. IV, 17. VIII, 11. (q) sup. 3. k. (r) sup. 10. X, 21. 32. Oppos. X, 18. XII. 22. (s) XIV. 35. (t) II, 7. h. (u) Distrib. per enall. ut XIV, 1. &c. (x) VI, 34. z. XX, 2. (y) sup. 6. (z) 13. XIV, 35.

Vita [a] renaſcetur prona undique, & undique plauſus.
Qualis, ubi faciem terris oſtendit amicam
Heſperus, accipitur nubes [b], dans frugibus imbrem;
Utque animas repetunt ſata læta hinc, atque coloni:
Vultus ita auguſtus recreat ſplendore ſereno.

16. At verò, nimium felix, poſſeſſor [c] amorum,
Quos divina offert Sapientia: cujus alenda
Copia quàm longè eſt omni præſtantior auro [d]!
Fortunatus & ille, poteſt qui vera ſciendi
Notitiam, Sophiæ, ſibi conciliare, miniſtram [e]:
Hæc etiam eligitur ſuper ampla argentea [f] dona.

17. Semita rectorum [g], occultos petit optima calles;
Eſtque mali fuga [h] certa: ſuum ſpiramen amandum
Cuſtodit [i], ſi quis ſe per divortia ſervat,
Quæ patefacta DEI verbo.

18. Faſtu [k], ima trahuntur
Exitia [l]: atque, animi [m] tollunt ſeſe, ante ruinam [n].

O 19. Spi-

(a) *III*, 2. *Eccl. IX*, 9. (b) *XIX*, 12. (c) *I*, 5. *m. XXIX*, 3. (d) *III*, 14. *x. y. z.* (e) *IV*, 5. 7. (f) *VIII*, 10. *XXI*, 3. *XXII*, 1. *Eccl. X*, 19. (g) *XV*, 19. *e.* (h) *ſup. 6. III*, 7. *q.* (i) *II*, 11. *o.* (k) *VIII*, 13. (l) *XV*, 4. *d.* (m) *ſpiritus. conf. ſup. 5. Eccl. VII*, 8. (n) *IV*, 12. 19. AUGUSTINUS *lib. I. cont.* adverſarium legis, *c.* 15. *Nullo modo deciperetur homo, ſi non in ſe exaltato corde receſſiſſet à DEO. Vera quippe, quoniam Divina, eſt illa ſententia:* Ante ruinam exaltatur cor. *Et ubi contra Deum exaltatur, ibi ab illo deſeritur, & in ſe tenebratur. Quid autem mirum, ſi, dum tenebratur, neſcit, quid ſequatur? quoniam non à ſe ipſo lumen eſt, ſed ab*

19. Spiritus, afflictos [o] inter manſueſcere [p] diſcens;
Aſſueſcit multò generoſior eſſe, cruentum
Quàm qui partiri ſpolium [q] nituntur ovantes [r].
20. Dicta DEI, ac cauſſæ naturam, attendere [s] docto,
Quærentique bonum; hoc non deerit [t]: ſcilicet unus,
In DOMINO fidens [u] ſperansque, erit usque beatus [x].
21. Corde ſuo ſapiens, nec ſolâ mente [y]; vocatur
Verè, intellectu pollens [z]: huic multa labrorum
Gratia adaugebit doctrinam [a], aliisque per ipſum.
22. Talis enim interior cultus [b], fons vivus [c] habenti [d]
Cognitionis erit. ſtultorum eſt, tradere ſtulta [e].
23. Pectus, adimpletum rerum diſcrimine ſano;
Non minùs ora docet [f], linguæque per oſtia flumen
24. Affundit rivis [g]. Sophiæ cœleſtis amœna
Verba, ut mella, fluunt [h]; crudum domitura ſaporem
In-

Illo illuminatur. Quòd ergò Deus ſemper invictus ſit, etiam homo victus oſtendit: quia victus non fuiſſet, ſi ab invicto non receſſiſſet. (o) III, 34. g. (p) XXIX, 23. *Eccl.* XII, 4. (q) I, 13. XXXI, 11. (r) XV, 25. (s) XIII, 13. XIV, 35. XV, 24. *Pſ.* CXIX, 130. (t) II, 5. III, 4. 13. VIII, 12. 36. XVII, 20, XVIII, 22. XIX, 8. (u) *ſup.* 3. (x) III, 13. *u med.* (y) I, 5. *i poſt.* XIV, 33. (z) I, 5. *i.* (a) *conf.* 23. I, 5. *k.* (b) III, 4. XII, 8. III, 15. [c] X, 11. XIII, 14. XIV, 27. (d) I, 19. *h prius.* (e) I, 2. 7. *q.* [f] *ſup.* 20. 5. [g] *conf.* 21. [h] V, 3. XV, 26. *Pſ.* XIX, 11. *AMBROSII Vita, aut.* Paulino *Presb. Ambroſius infans, in areâ prætorii in cuna poſitus, cùm dormiret aperto ore, ſubitò examen apum adveniens, faciem ejus atque ora complevit, ita ut ingrediendi in os egrediendiq; vices frequentarent. Quæ, pater, qui propè cum matre vel filiâ deambulat, ne abigerentur ab ancilla,*

Intra animæ ſensûs: nec tantum ſuavia, quantum
Et medica [i]; ut pariter ſanentur corporis oſſa.
25. Eſt via, recta viro: tendunt tamen ultima ad orcum [k].
26. Spiritus [l] humanus, quocunque labore, laborat [m]
Ipſe ſibi, intentus nimium pro ardore palati:
Sive cibum exquirat, ſive improba cœpta ſequatur [n].
27. Vir Belial [o]; fodiſſe [p] malum [p], non ceſſat: & ejus
In labiis reſidet peſtis, velut ignis adurens [q].
28. Vir, perverſa crepans [r], inculcat triſtia lætus
Diſſidia [s]; inſiſtitque, duces difflare [t] ſuſurro [t].
29. Vir, truculenta fovens [u]; malè perſuadebit [x] amico
Blanditiis, & eum non pulchro limite ducet [z].

quæ curam nutriendi infantis ſuſceperat, prohibens [ſolicita enim erat, ne infanti nocerent] expectabat patrio affectu, quo fine illud miraculum clauderetur. At illæ, pòſt aliquamdiu evolantes, in tantam aëris altitudinem ſublevatæ ſunt, ut humanis oculis minimè viderentur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Operabatur enim jam tunc Dominus in ſervuli ſui infantiâ, ut implerctur, quod dictum eſt: Favi mellis, ſermones boni. *Illud enim examen apum ſcriptorum ipſius nobis generabat favos, qui cœleſtia dona annunciarent, & mentes hominum de terrenis ad cœlum erigerent.* [i] *III, 8. IV, 22. XII, 4. XIV, 30.* [k] *XIV, 12.* [l] *XI, 17. 25.* [m] *XX, 22. XXIV, 2. XXXI, 7. Eccl. I, 3. II, 11. 19. 22. III, 9. IV, 6. 8. V, 15. 17. IX, 9.* [n] *X, 8 10. 14. XVII, 20. XVIII, 6, 7. XXVI, 26. Eccl. X, 5.* [o] *VI, 12.* [p] *XXVI, 27.* [p] *III, 29. y.* [q] *Jac. III, 6.* [r] *II, 12.* [s] *III, 30. z ſec. VI, 14. 19.* [t] *XVII, 9. XIX, 4.* [t] *XVII, 9. XVIII, 8. XXVI, 20. 22.* [u] *III, 31. a. X, 6. 11.* [x] *I, 10.* [y] *III, 28, 29. VI, 3. 29. XI, 9.* [z] *I, 25. 29. XV, 12.*

30. Aſpice ſigna [a] procul. leviter ſua lumina claudit,
Ac premit; inſidias meditans: mordensque labella [b]
Sæpius, atque movens, ſecum decrevit iniqua [b].
31. Canities ſancti ſenii, veneranda corona [c]:
Verùm ubi? virtutum via [d], dat, quærentibus, ipſam.
32. Manſueto minor [e] eſt heros; domitore [f] procacis
Arbi-

[a] *conf. de ſignis VI, 12.* [b] *V, 3. g med.* [b] *X, 10.* [c] *IV, 9. XX, 29.* [d] *I, 15. e.* [e] *XIV, 29. Eccl. VII, 8. AMBROSIUS, de Offic. lib. 1. c. XXXVI. Re vera jure ea* fortitudo *vocatur, quando unusquisque ſe ipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adverſis perturbatur, non extollitur ſecundis &, quaſi vento quodam, variarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelſius & magnificentius, quàm exercere mentem, afficere carnem; & in ſervitutem redigere, ut obediat imperio, conſiliis obtemperet, ut in adeundis laboribus impigrè exequatur propoſitum animi ac voluntatem? Hæc igitur prima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Primò, ut externa corporis pro minimis habeat, & quaſi ſuperflua, deſpicienda magis, quàm expetenda ducat. Secundò, ut ea, quæ ſumma ſunt, omnesq; res, in quibus honeſtas & illud* πρέπον *cernitur, præclarâ animi intentione uſque ad effectum perſequatur. Quid enim tam præclarum, quàm ut ita animum tuum informes, ut neque divitias, neque voluptates, neque honores in maximis conſtituas: neque in his ſtudium omne conteras? At, cùm ita affectus animo fueris, neceſſe eſt, ut illud honeſtum ac decorum præponendum putes, illiq; mentem ita intendas tuam, ut, quidquid acciderit, quo frangi animi ſolent; aut patrimonii amiſſio, aut honoris imminutio, aut obtrectatio infidelium; quaſi ſuperior non ſentias. Deinde, ut te ſalutis ipſius pericula pro juſtitiâ ſuſceptâ non moveant. Hæc vera fortitudo eſt, quam habet Chriſti athleta: qui, niſi legitimè certaverit, non coronatur. An mediocre tibi videtur præceptum fortitudinis?* Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem. *Vide, quot certamina, & una corona! Quod præceptum non dat, niſi qui eſt confortatus*

Arbitrii *f*, inferior, debellans oppida ferro.

O 3 33. Sors

in Christo Jesu: cujus caro requiem non habebat. Afflictio undique: foris pugnæ, intus timores. Et quamvis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus; animo tamen non frangebatur, sed præliabatur, adeò, ut potentior suis fieret infirmitatibus. Itaque considera, quemadmodum eos, qui ad officia ecclesiæ accedunt, despicientiam rerum humanarum habere doceat. Si ergò mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc, velut viventes, de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis; quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu. *Et infrà:* si ergo consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. *Et iterum:* Mortificate ergò membra vestra, quæ sunt super terram. *Et hæc quidem adhuc omnibus fidelibus: tibi autem, fili! contemtum divitiarum, profanarum quoq; & anilium fabularum suadet declinationem, nihil permittens, nisi quod te exerceat ad pietatem: quia corporalis exercitatio nulli rei usui est, pietas autem ad omnia utilis. Exerceat ergò te pietas ad justitiam, continentiam, mansuetudinem: ut fugias juvenilia opera, confirmatus & radicatus in gratiâ, bonum fidei subeas certamen: non te implices negotiis secularibus, quoniam Deo militas. Etenim si is, qui imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium, prohibetur humanis legibus: quantò magis, qui fidei exercet militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus, si habet: si non habet, stipendiorum suorum fructu! siquidem bonus testis est, qui dicit:* juvenis fui, & senui; & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem. *Ea est enim tranquillitas animi & temperantia, quæ neque studio quærendi afficitur, neque egestatis metu angitur.* [f] *VI, 7. x.* [f] *Eccl. X, 4. BERNHARDUS,* in Cant. *Serm. 85. Non sine causâ Sapiens expugnatori urbium prætulit virum, qui animo dominatur. Multum hoc ad te: opus virtute habes; & non quâcunque, sed qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit, facilè sic animum victorem sui, & sic invictum reddit ad omnia. Est quippe, vigor animi, cedere nescius pro tuendâ ratione. Aut, si magis probas, vigor animi, immobiliter stantis cum ratione, vel pro ratione. Vel sic: Vigor animi, quòd in se est omnia ad rationem cogens vel dirigens.*

33. Sors[g] conjecta, sinum[h] in cœcum descendit: at illa Judicium[i] omne suum fert à præsente JEHOVA.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Paupertas quieta, sors eminens. 1. Degeneres, fiunt servi. 2. DEUS, cordium scrutator. 3. Natura corrupta gestit audire malum, non item bonum. 4. Injuria tendit in Creatorem, quæ pauperi, vel afflicto, infertur. 5. Decus parentum, nepotes: horum, parentes. 6. Regens, à fallaciâ tam alienus sit, quàm longè abest à stulto excellentia. 7. Quò major donorum usus, [XIV, 24.] eò magis abusus evitandus. 8. Amor verus, sine dissimulatione & proditione. 9. Bonorum emendatio, facilis: malorum, difficilis. 10. Duro nodo, durus cuneus. 11. Pravus affectus hominis, periculosior, quàm brutorum. 12. Ingratus, infaustus. 13. Ansa liti præcidenda. 14. Damnare, vel absolvere, contra Dei verbum; nefas. 15. Voluntas sancta & seria, DEO studiis serviendi; subsidium maximum: descendens [*Jac. I, 16.*] à Luminum Patre. *16. Amicus verus, nascitur ad res angustas. 17. Charitas, cautè exercenda; ne alter obfirmetur in otio. 18. Rixator, peccator infelix. Malum cor: mala lingua: mala fortuna. 19, 20. Parentum mœror, gravissimus. 21. Tristitia mundi, caussa mortis:* [*2. Cor. VII, 10.*] *gaudium in Domino,* [*Philipp. IV, 4.*] *caussa vitæ. 22. Judex, donorum amans, impius. 23. Sapientiæ signum, animi præsentia. 24. Parentum mœror, gravissimus 25. Justi & boni proceres, honore digni. 26. Cum silentii & taciturnitatis, sapientiæ pars haud postrema. 27, 28.*

ARida frusta[k] cibi, condita quietis amore,
Fortunâ meliore beant[l]; quàm tecta, superbo
Plena odio, quanquam mactatis plena juvencis.

2. Egregiusque animi[m], fortunatusque laborum Ser-

(g) *I, 14.* (h) *V, 20.* (i) *I, 3. f. Eccl. VIII, 6.*

PARALLELISMUS CAPITIS XVII.

(k) *XXIII, 8. XXVIII, 21.* (l) *XV, 16, 17. XVI, 8. Eccl. IV, 6.* (m) *X, 5. XIV, 35. XVI, 20, 22. XIX, 14.*

Servus; erit nati indecoris [n] director, & hæres,
Germanos inter medios, partem auferet [o] æquam.
3. Ignibus, argentum fornax, aurumque caminus [o]
Explorans purgat: corda excutit [p] unus JÖVA.
4. Improbus [q] arrectas aures, scelerata ferenti [r],
Affigit labio [s]: fallaci pectore gaudens [t],
Pestiferam [u] obsequiis linguam sitientibus haurit.
Hic [t] tenet haud obolum: fidus, totum obtinet orbem.
5. Indigna in miserum [x], mentis vel sortis egentem,
Vociferans, faciénsve; potentum inopumque Satorem,
Paupere deterior, lædit temerarius Ipsum:
Haud impunè [y] quidem. sicut neque vulneris expers [y]
Ille, qui ob alterius damnum [z] fera gaudia jactat [z].
6. Pulchra corona [a] senum, natorum pignora pulchra:
Natorumque decus [b], laus intemerata parentum.
7. Amentem non labra decent [c], quibus ardua [d] dicat:
Os ficti pravique tenax, quàm [e] turpe regenti [f]!

8. Qua-

(n) XIV, 35. (o) XXIX, 24. (o) XXVII, 21. (p) XVI, 2. g. (q) X, 3. f. XI, 6. XXIV, 19. (r) VI, 12. 18. X, 29. (s) I, 24. Oppos. II, 2. IV, 1. 20. V, 1. VII, 24. (t) X, 18. XII, 27. conf. LXX. (u) X, 3. Ad vers. 5. conf. XIV, 31. (x) X, 4. g. (y) VI, 29. r. (z) I, 26, 27. VI, 15. (z) XXIV, 17, 18. (a) XII, 4. XVI, 31. (b) IV, 9. XVI, 31. XIX, 11. XX, 29. (c) XIX, 10. XXVI, 1. (d) XII, 26. Eccl. II, 15. Ad vers. 7. conf. XXVI, 1. 7. (e) XI, 31. XV, 11. (f) VIII, 16.

8. Qualis gemma[g] micans, oculos[h] sic munus aventis[i]
Alliciet: quoquo vertit se, interprete linguâ
Prospera cuncta aderunt. homo si dominatur eidem,
Ut Domino cœli placitum; bona plura sequentur.

9. Captat[k] amicitiam, celans errata[l]: tegendam
Rem retegens verbis, revomensque[m]; Ducem arcet[n], amicum.

10. Morigerum tangit vox una[o], aut umbra magistri,
Acriùs; ac stolidum erudiunt centena flagella.

11. Semper[p] amarus homo tenditq; agitatq; maligna:
Atqui adversus eum crudelis[q] nuncius[r] ibit.

12. Orbatæ catulis occurres[r] tutiùs ursæ[s];
Ne[t] quâ te immittas in stultum, stulta frementem!

13. Pro benefactorum meritis, qui prava reponit[v];
Istius à foribus non unquam pœna[u] recedet.

14. Aggeribus ruptis, aperit torrentibus arva
Principium rixæ: tua, teque, ah, subtrahe liti[u]
Antè, citus quàm te involvens commisceat[x] amnis!

15. Ju-

(g) *8. conf. inf. 23 VI, 35. XVIII, 16. XXI, 14.* (h) *Gen. XLVII 25.* (i) *I, 19. h prius.* (k) *inf. II. 19. XI, 27.* (l) *X, 12. XI, 12, 13. XII, 13. XXVIII, 13.* (l) *XI 13. g.* (m) *XXVI, 11. conf. XXIII, 8. 0.* (n) *XVI, 28. XVIII, 1.* (o) *XIII, 1. Eccl. VII, 5.* (p) *XI, 23, 24.* (q) *V, 9.* (r) *XIII, 17* (s) *enall. infin. ut XII, 7. XV, 22.* (s) *XXVIII, 15.* (t) *VIII, 10.* (r) *XII, 14. z.* (u) *inf. 20. XII, 20. n. XXII, 3.* (u) *III, 30. z sec.* (x) *XVIII, 1, 6. XX, 3. XXVI, 17.*

15. Justum condemnans, & solvens labe scelestum;
Ambo invisi, ambo pariter sunt Numinis hostes *y*.
16. Quid verò hæc fortuna? artes sapientis, & arma
Exteriora, ut emat *z*, dextrâ pretium, ecce! paratâ
Fert secum fatuus *a*; nec cor *b*, quo talia curet.
Discere qui refugit, mala non fugit: inque ruinam
Prona struit, vanus quæ culmina inania fingit *c*.
17. Si quis amicorum *d* verus; te tempore in omni
Curat. amore DEI frater nascetur *e*, habendus
Rebus in angustis *f*.
18. Vecors homo, pectore cassus *g*,
Pro socio ingrato, præsente, haud multa moratus,

P Dat-

(y) *XV, 8. 26. b. XVI, 5.* (z) *III, 14. x.* (a) *I, 22. Eccl. II, 14.* (b) *inf. 18. VI, 32. x. XV, 21.* (c) *LXX. &* Vulgatus: *huc etiam accommodantes vers. 19. sequentem. GEIER. Adhortatio, studiosorum præcipuè, facultatibus tum fortunæ, tum animi, instructorum, ad dextram eorundem usurpationem; ne otio, fastu, vel aliis vanitatibus consumant id, quod ad pretiosissimi thesauri usurpationem impendi potuisset. Ratio siquidem reddenda dispensationis, quomodo & tempus, & sumtus, & vires collocaverimus. Luc. XVI, 2. Nonne rideres servum, qui pro pecuniâ, ad emendos uniones scyphosque concreditâ, domum referret crepundia aut ineptias pueriles? Nonne succenseret, graviterq; plecteret servum Dominus? Adsit ergo recta intentio, conatus serius, labor indefessus atque constans, præcipuè dextra sapientum manuductio: ne computeris inter* πρόβατα χρυσόμαλλα, *oves aureis velleribus præditas;* [*vid. Laert. lib. VI. p. 215.*] *néve sis* πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, *simia purpurata. vid. Zehn. adag. p. 92.* (d) *III, 28, 29. XIV, 20. r.* (e) *XVIII, 19. 24. XIX, 4. 7. XXII, 24. XXV, 17. XXVII, 9, 10.* (f) *XXIV, 10* (g) *sup. 16. b.*

Datque ligatque manum [b]: sic spondet ei otia sponsor.
19. Litis [i] amator, amat [k] delictum [l]: ut fortè quis audet,
Aut tecti, aut oris magnâ vi tollere in altum
Ostia, & irritans satagit, sibi quærere plagam [m].
20. In facies omnes vertens sua corda [n] retortis
Luminibus, reperire nequit conatibus ullis
Immortale bonum [o]. sinuosa volumina linguæ [p],
Ut serpentis, agens; malus, incidet in mala quævis [q].
21. Degenerem generans, gignit sibi tristia [r] multa:
Nabalisque [s] pater, morbo nisi lætus eodem,
Lætitiam ignorat [t].
22. Vires medicaminis almi,
Cor hilare, exercet [u]: sicco mœrore peresus
Spiritus, adducet longis singultibus ossa [x].
23. Dona, sinu [y] occulto furtimque oblata, receptat
Perfidus [z]; haud dubitans, juris deflectere cursum.
24. Ante aciem mentis scitæ Sapientia præsto est:

Men-

(h) *VI, 1. XI, 15. XXII, 26.* (i) *XIII, 10. q.* (k) *XII, 1.* (l) *XII, 13.* (m) *VIII, 36. XVI, 18. XXI, 6.* (n) *XI, 20.* (o) *XI, 21. oppos. XVI, 20. conf. Ps. XVIII, 17.* (p) *II, 12. q.* (q) *sup. 13. u. XIII, 17. XXVI, 27.* (r) *inf. 25. ad, seu in mœrorem; non respectu intentionis, sed eventûs: qui exprimitur sequentibus;* nec lætabitur pater stulti. *X, 1. z. XV, 20. XIX, 26. oppos. XXIII, 24. conf. 1. Sam. XXV, 25.* (s) *III, 8. XV, 4. 13. 20. 30 XXX, 29. Eccl. II, 2.* (t) *XV, 4. XVIII, 14. Eccl. XII, 7.* (u) *XVI, 33* (x) *Eccl. VII, 7.* (y) *V, 13. VII, 21.* (z) *sup. 10. inf. 27. I, 4. b. VIII, 9 X, 23. d. XIV, 10. o. Eccl. II, 14. VIII, 1.*

Mentis inops, oculos transfert telluris in oras [a].
25. Filius insipiens; patris ira [b], & matris amaror [c].
26. Nec faustum [d] esse potest, ipsum punire [e] fidelem
Justitiæ comitem: nec, castigare benignos
Terrarum proceres [f] propter molimina recta.
27. Vera scienda sciens [g], parcit sermonibus ultrò [g]:
Hic vir [h], non tam æstu, quàm frigore, spirat opimas
28. Cognitionis opes tacitus [i]. reputatur, & amens,

(a) X, 21. XIV, 6. Eccl. II, 14. (b) Eccl. I, 18. (c) conf. 21. V, 4. X, 1. XIV, 10. XXIII, 25. Eccl. VII, 26. (d) XVI, 29. XVIII, 5. XXIV, 23. XXV, 27. XXIX, 21. (e) sup. 15. 23. XIX, 25. XXI, 11. XXII, 3. XXVII, 12. (f) VIII, 16. (g) X, 19. 11. AMBROSIUS de Officiis l. I, c. IV. *Laqueus adversarii est sermo noster, sed etiam ipse non minùs adversarius est nobis. Loquimur plerumque, quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est, alieno gladio, quàm nostro perire? Explorat ergò adversarius nostra arma, exacuit sua tela. Si viderit, moveri me; inserit aculeos suos, ut seminaria jurgiorum excitet. Si emisero verbum indecorum, laqueum suum stringit. Interdum mihi quasi escam proponit, vindictæ possibilitatem: ut, dum vindicare cupio, ipse me inferam laqueo, & nodum mihi mortis adstringam. Si quis ergò hunc adversarium sentit præsentem esse, tunc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum adversario. Sed non multi hunc vident.* Idem c. V. *Etsi servus convicium dicat, justus tacet. Etsi infirmus contumeliam faciat, justus tacet. Etsi pauper criminetur, justus non respondet. Hæc sunt arma justi, ut cedendo vincat. Sicut periti jaculandi cedentes solent vincere, & fugientes gravioribus sequentem ictibus vulnerare. conf. c. X.* (h) X, 23. XV, 21. (i) I, 23. Oppos. XXIX, 11. BERNHARDUS Epist. 88. *Nam, quod non loquitur, non sensûs inopia, sed humilitatis esse custodia creditur. Ego itaque, si adhuc siluissem, sapiens dicerer; sed, non essem: nunc autem alii insipientem me ridebunt; alii, subsannabunt idiotam; alii, præsumtori indignabuntur.*

Quando silet, sapere: ut sapiam [k], mea claudo [l] labella.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Arrogantia, plus audet; quàm intelligit, vult, potest. 1, 2. Impius, non sine contemtu & læsione alterius. 3. Vera eloquentia, scaturigo cœlestis sapientiæ. 4. Prosopolepsia, *infelix. 5. Temerarius, ad contentionem prosilit; ipse sibi injurius. Obtrectator, clam lædere solet. 6, 7, 8.* Omittendo *peccatur non minùs, quàm* committendo. *9. Timor & fiducia erga Deum; auxilium, certius omni robore. 10, 11. Superbiam sequitur ruina: patientiam, honor. 12. Ignominia sequitur* philautiam, *quâ præcurrit lingua auditum & intellectum. 13. Impatiens, seu desperans, omni malo impar: viriliter in Christo animatus [Philipp. IV, 13.] par & superior omni malo. 14. Cordis & auris conjunctio, obtinet scientiam. 15. Donorum usus, & abusus. 16. Initium agendi cum altero, studium perscrutandi sui ipsius. Causæ finis, si per modum sortitionis quæritur; minimis, maximis haud indignus. Quò quidem propiùs tangit res cognationem, ad contentionem eò tardiùs deveniendum: præsertim, ob insidias Satanæ majores. 17, 18, 19. Sermonis fructus, bonus vel malus; in omnes hominis facultates, tanquam ventrem, influit. 20, 21. Uxor bona, impetratur à Bono Summo, cum* benedictione. *22. Pauperis oratio, humilis: divitis, facilè peccans audaciâ. 23. Amicitia, experimentis spectata; fraternâ fidelitate, præstantior. 24.*

NEscio quid præter solitum desiderat ille,
Qui secluſus [m] agit, seque in sua sola relegat
Pascua, & indagat sibi non vulgaria: at ille
Monstrum alit; immiscens [n], ut fucus in optima quæque [o]

2. Mel-

(k) *conf. 24. 27. I, 5. i.* (l) *XXI, 13. XXIII, 15. 19.*

PARALLELISMUS CAPITIS XVIII.

(m) *XVI, 28. XVII, 9. XIX, 4.* (n) *XVII, 14. XX, 3.* (o) *II, 7. i post.*

2. Mella, ſupercilium inſanum. Nec tam optat, ineptus,
Agnitione [p] frui, cordis quàm expandere [p] vela.
3. Impius [q], ecce! venit! ſimul hic, ſimul advolat æqui,
Indolis atque bonæ, contemtus [r]; acerbaque, falſo
Stipata opprobrio [t], cædens injuria ſpretum [u].
4. Ore viri [x] emanat ſermo, velut unda profunda [y]:
Namque profunda ejus ſapientia fonte [z] beato
Surgit; eamque, ſuper riparum nota ruentem,
Et Verbum intus alit ſcatebris, & deſuper imbres.
5. Acceptare mali nutum [a], ne emergere juſtus

(p) *Ad dictum conſ. XII, 15. XVII, 27, 28.* (p) *XI, 13. XX, 19. XXV, 9.* *GEIERUS* commendat *LAVATERI* ſequentia. *invenias Theologos, qui non, niſi per omnia ſecum ſentientes, ferre queunt; Politicos viros, qui conſilia, quantumvis utilia & ſalutaria, ab aliis data reſpuunt. Quot ſunt, qui flagitia ſua mordicùs defendunt: dicant omnes Theologi, quicquid velint, inquiunt; nemo tamen mihi perſuadebit, hoc vel illud peccatum eſſe! &c.* (q) *II, 22. g.* (r) *XI, 2.* (s) *I, 7. XI, 12. b.* *ATHANASIUS*, Orat. *IV.* cont. Arian. *Ariani, in ſe traducere omninò velle videntur, quod ſcriptum eſt:* Impius, quum in profundum malorum devenerit, contemnit. *Neque enim, confutati, quieſcunt: neque perplexi, nec habentes, quod reſpondeant, pudeſiunt: ſed planè meretricis vultu depuduerunt adverſus omnes in impietatibus ſuis.* *CYRILLUS* Alexandr. in Michæ *VII, 7. Triſtium prædictione, ad deſidiam faciles, mirificè turbantur. Propterea, ad exhilarandum quiddam aptiſſimum interſerens, rurſum eos recreat: ut ne deſperantes, qui ſunt admoniti, citra converſionem & effrænatè per prærupta ferantur. Scriptum eſt enim:* peccator, quum in profundum venerit, contemnit. (t) *VI, 33.* (u) *III, 35. k.* (x) *VIII, 4.* (y) *XX, 5. Eccl. VII, 24.* (z) *X, 11. XIII, 14. XVI, 22.* (a) *XXIV, 23. XXVIII, 21.*

Judicio possit [a]; prohibetur lege minaci [b].
6. Adventante parum cauto; patuisse, notabis,
Eloquii, cum lite [c], fores [c]: ad verbera [d], ad arma;
7. Os stolidi clamat, quin hoc sese atterit [e] ipsum,
Ipsius ac vitam laqueis [f] sua limina [g] captant.
8. Dicta obtrectantis [g], tacitæ ceu cuspidis ictus [h],
Blanditiis medicata: sed, haud parcentia, cœco
Vulnere descendunt ima in penetralia [k] ventris [l].
9. Dejicit ignavos timor importunus: inertes
Semivirorum animas jejunia corporis angent [m].
Rebus in augendis [n] qui strenua fortè remisit [o]
Brachia; & hic, frater bona dispersentis [p], habetur,
Natus eodem ovo.
10. Turris robusta [p], JEHOVÆ
Nomen [q]: anhelanti similis decurrit ad illam
Justus [r], & hostiles iras supra arduus exstat [s].
11. Præsidium atque decus quantum! Sub imagine vanâ
Dives

(a) *VII*, 21. (b) *XVII*, 15. 26 *d*, *conf. Deut. I*, 17. (c) *inf. 17. III*, 30. 2 *sec.* (c) *conf. 7. c. 20. V*, 3. *g med.* (d) *XVI*, 26. *XIX*, 29. *XXIII*, 35. (e) *X*, 14. 29. *f*. (f) *XII*, 13. *u*. (g) *XVI*, 28. *XXVI*, 20. 22. (h) *conf. 6. XXVI*, 22. *Eccl. X*, 11. *XII*, 11. (i) *Ps. LV*, 22. *Jerem. IX*, 8. (k) *VII*, 27. *XX*, 27. *c*. *Eccl. X*, 20. (l) *inf. 20. t. XXII*, 18. (m) *LXX.* & Vulgatus. (n) *XXII*, 29. *oppos.* (o) *IV*, 13. *XXIV*, 10. *oppos. XXII* 29. (p) I, 17. *f med*, *VI*, 32. *y*. *Eccl. XII*, 11. (p) *III*, 5. *l*. (q) *nomen Domini*, *seu timor Domini*: *ut IX*, 10, *b*. (r) *XV*, 29. *XXVIII*, 9. (s) *conf. 12. XXIX*, 25. (t) *XXV*, 11.

Dives se fallens [u], opibus confidit; ut urbi,
Robore & arte satis munitæ [x], ac mœnibus altis.
12. Ante propinquantem cladem [y], consurgit in astra
Cor viri [y]: at, antè mali patiens ostendere pectus,
Conveniet, quàm te pia laurus honore [z] coronat.
Non, nisi cum magno, dabitur laus magna, labore.
13. Respondetur [a] ubi, necdum pleno ordine verbum
Auditum est; ibi mens stulto sui amore præivit [b],
Et pudor hinc turpis sequitur.
14. Virtute virili [b]
Spiritus accinctus, perfert incommoda fortis:
Quis feret effractos [c] animos?
15. Cor [d], lumine præstans [e],
Doctrinam [f] acquirit: sapientumque auris, eandem
Indagat magis atque magis.
16. Danti, omnia donum [g]
Lata dabit; lato ducens ante ora potentum [b]

Li-

(u) I, 13. b. III, 2. i. XI, 4. XIII, 8. (x) conf. X, 15. (y) XI, 2. XIV, 2, 3. XV, 33. XVI, 18. XVII, 19. XXIX, 23. conf. Luc. XIV, 11. (z) III, 16. c. conf. XV, 33. (a) inf. 23. I, 28. t. XII, 16. XIII, 3. XVI, 28. XXII, 21. XXIV, 26. conf. Sir. XI, 8. HIERONYMUS in h. l. *Qui prius doctor esse desiderat, quàm discat; stultitiæ noxam non declinat. Qui judicare proximorum facta prius, quàm plenè causam utriusq; partis cognoscat, inordinatè festinat; se confusione dignum demonstrat.* (b) XXVI, 12. XXIX, 20. conf. XIX, 2. 0. (b) sup. 4. (c) XV, 13. XVII, 22. (d) XVI, 21. y (e) I, 5. t. (f) I, 4. h. (g) XVII, 8.

Limite, perque istos penetrans regalia claustra.
17. In causâ [i] priùs ipse suâ, sese arguit ultrò,
Justior [k], explorans [k]; primusque in litibus [k] hostem
Opperiens, animum firmat rationibus æquis:
Cùm veniet deinceps alter [l]; scrutatur [l] & illum.
18. Jurgia [m], sors [n] sopit; prædamque, heroibus [o] æquat. [p]
19. Cognato [q] offenso, tanquam munimine [r] duro,
Intractabilius nihil est: quanto obice grandis
Clauditur aula, mora est tanta, hæc discordia, paci.
20. Ora viri, fructum parient [s], quo viscera cuncta [t]
Exsa-

(h) *XXV, 6.* (i) *sup. 6. III, 30. XV, 18.* (k) *IX, 9.* (k) *XXIII, 30.* (k) *sup. 6. c.* Ad dictum conf. sup. *13. a. HIER.* ibid. *Omnis, qui verè justus est, ubi peccantium errata conspicit, primò ad se ipsum oculum considerationis inflectit: dumq; suam fragilitatem solicitus accusaverit, sic demum ad corripiendos alios linguam benignus exserit. Sed ille, qui suis fidelibus dicere dignatus est:* Vos autem dixi amicos, quia, quæcunque audivi à patre meo, nota feci vobis! *venit in cor ejus per præsentiam divinæ contemplationis; &, quem mundum à sorde iniquitatis agnoscit, ejus humilitatem dignâ mercede remunerat. AMBROSIUS, in Ps. 37. Justus accusator est sui in principio sermonis, priusquam contagio ulceris serpat intrinsecus. Gravat enim conscientiam memoria delictorum, nisi medicina poscatur. Et, si differt medicus, æger offerre se debet, ut citius secetur: sicut offerebat se David in flagella Domini.* Idem, de offic. lib. *I. c. 25. Justus se ipsum, priusquam alios, accusat. Ille enim justus, qui nec sibi parcit, & occulta sua latere non patitur.* (l) *III. 28, 29. Eccl. IV, 4.* (l) *XXVIII, 11.* (m) *VI, 14. 0. XIX, 13. XXI, 9. 18. XXIII, 9. XXV, 24. XXVI, 17. XXX, 33.* (o) *VII, 26. XXX, 26.* (p) *XVI, 28. XVII, 9.* (q) *inf. 24. XVII, 17.* conf. *VI, 19.* (r) *sup. 11. X, 15.* (s) *XII, 14. XIII, 2, 3.* (t) *de* ventre *sup. 8. hic significat omnia, quæ necessitatum indigent.*

Exſaturabuntur [t]: labiorum [u] uberrimus olim
21. Proventus [u] ſatiabit [t] eum. nam munere linguæ,
Mors, & vita, datur [x], linguæ quodcunque colendo
Tute adamas ſtudium, comedes [x] frugem [x] hujus opimam.
22. Jnvenit inſignem verâ qui laude maritam [y],
Jnvenit iſte bonum quæſitum [z]: hauritque favorem
Autore à DOMINO [a]. Theſaurum expellit amandum,
Uxorem ejiciens. mœcham tenet efferus, amens [b].
23. Pauper [c], inire preces, humiliqúe è pectore fari
Cogitur: aſt locuples, fæva ac immitia [d] reddit [e].
24. Dignus amicitiâ; ſi quis ſit fidus amicis [f]:
Fortius hic nexu tibi, quàm germanus, adhæret.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Integritas, ſupra dolos. Nec tamen extenuandum malum ignorantiæ, aut præcipitantiæ, *quam dicunt Ethici: quo affectu inimicitia, adverſus Deum, homini*

(t) *V, 10. q. Eccl. V, 9.* (u) *ſup. 6, 7. c.* (u) *III, 2. i. BERNHARDUS,* de Diverſis Serm. *17. Sermoni propterea majorem diligentiam, & diligentiorem cuſtodiam convenit exhiberi, quòd ſit, juxta ſcripturam* mors & vita in manibus linguæ. *Alioquin, ſi ſola ineſſet vita, nec circumciſio quidem ei; ſi ſola mors, etiam abſciſſio deberetur. Nunc verò ponenda nobis ori noſtro cuſtodia, & oſtium circumſtantiæ labiis; ut nec vitalem ædificationem clauſura damnet æterna, nec lethalis pernicies liberum ſortiatur egreſſum.* (x) *I, 31. XXIII, 7, 8. XXIV, 13. XXV, 16. 27. XXVII, 18. XXX, 14. XXXI, 27.* (x) *I, 31. y.* (y) *XII, 4. 8. XIX, 14. XXXI, 7.* (z) *III, 4. k.* (a) *VIII, 36. XII, 2.* (b) *LXX.* & Vulgatus. (c) *X, 4. g.* (d) *XX, 14.* (e) *ſup. 13. a.* (f) *XVII, 17. d. e.*

homini innata, [Rom. VIII, 7.] animum trahit in extrema omnia. 1, 2, 3. Cum opibus, amici affluunt: egenum, intimus quisque fugit. 4. Mendacia, publica vel privata, pœnis obnoxia. 5. Potestas & potentia, attrahunt: miseria, segregat: non ergò nimium verbis tribuendum. 6, 7. Possessio cordis vera, officina felicitatis. 8. Perfidus testis, perditus. 9. Stulto haud convenit, aut prodest gaudium, sed ejus insaniam auget: ita servus, si Dominus fiat, servilibus affectibus eò indulget magis. 10. Iracundiam frenat eruditio. Regiæ majestatis ira, gratia: supplicium, beneficium, publicum: referendum ad DEUM. 11, 12. Calamitas summa, œconomica; *deterior filius, vel uxor. Fortuna melior, divinitus petenda. 13, 14. Pigritiæ comites, somnus, fames. 15. Custodia normæ & animæ, una eademq;. 16.* Eleemosyna, *tanquam mutuò data, refunditur à DEO. 17. Castigatio, necessaria; sed, moderata. Iracundia, pergendo, se punit. 18, 19. Animadversio recipienda, ut conducat in posterum. Ut enim voluntas DEI simplicissima agnoscatur, pleræque cogitationum repudiandæ. 20, 21. Non habens; melior, optante, habente, non dante. 22. Timor DEI, satisfacit. 23. Piger, æger præ tædio. 24. Disciplina tam bona, ut, non recepta à malis, doceat rudes ac dociles. 25. Miserrima ignominia, cùm filius persequitur parentes. 26. Contumacia, occæcat. 27. Negantibus peccata & abscondentibus, divina judicia imminent: quapropter ipsis in tempore non parcendum. 28, 29.*

INdigus [g], integritas cui dux [h]; melioribus inde
Auspiciis agitur, quàm, qui sat dives [i], at, expers
Consilii, errat eò, labra [k] ut pervertat [k] abusu.
2. Cœcum etiam [l] ingenium non [m] excoluisse sciendis
Usibus; atque, pedes [n] subitos allidere, motu
Sive voluntatis rapido [o], seu corporis extrà:

3. Tur-

PARALLELISMUS CAPITIS XIX.

(g) *Inf. 4. 7. 22. X, 4. g.* (h) *I, 12. z.* (i) *XXVIII, 6. Eccl. X, 6.* (k) *V, 3. g med.* (k) *II, 15. t. IV, 24. VI, 12. XI, 20. Eccl. VI, 12.* (l) *XVII. 26. 28. XVIII, 9. XX, 11.* (m) *XI, 14. Eccl. X, 11.* (n) *I, 16. e.* (o) *XX, 21.*

3. Turpe utrumque malum [p]. Dementia, in avia raptat [q]
Curſum [r] hominis: deinde hic furias, adverſus JÖVAM,
Concipit æſtu imo; fremituque inſania mixto
Haud ſinit, eſſe ſui memorem.
4. Junguntur amici
Non pauci, cùm augentur opes [s]: ſejungit egeſtas [t],
Quem proprium fortuna, vel & natura, dicârat.
5. Si quis falſa refert [u], per non violabile teſtis
Nomen; is haud inſons [x]: neque enim, mendacia quisquam
Effatus [y], poterit triſtes evadere pœnas.
6. Præſidis [z] implorans faciem, numeroſa caterva
Confluit [z]: & quivis miro admiratur amore [a]
Egregium bonitate virum, donisque nitentem [b].
7. Omnia circumſtant odia, & fraterna [c], miſellum [c]:
Quantò exinde magis [d], qui ejus felicia quondam
Tecta frequentabant ſocii [e], volucrum inſtar, ab iſto
Longè diffugient [f]! Lætus, confidere [g] verbis [g],

XXI, 5. XXIII, 4. XXVIII, 20. 22. XXIX, 19. conf. XVIII, 13. b prius. p. XVII, 26. XVIII, 5. (q) II, 13. s. 15. t. XI, 3. XIII, 6. XV, 4. XXI, 12. XXII, 12. (r) I, 15. e. (s) I, 13. b. (t) sup. 1. g. (u) inf. 9. XII, 17. XXIV, 28. XXV, 18. Deut. XIX, 18. (x) inf. 9. VI, 29. r. (y) VI, 19. XIV, 5. Eccl. VII, 26. (z) VIII, 16. (z) XXIX, 26. b. (a) XVII, 17. (b) XVIII, 16. (c) XVIII, 24. XXV, 17. (c) Sup. I, g. (d) XI, 31. XV, 11. (e) XIV, 20. s. XVIII, 24. (f) Eccl. XII, 6. (g) III, 5. l. (g) II, 16. y. VII, 5.

Sectatur [h] sonitûs Euri, quos aura fugabit.

8. Vitam amat [i], invigilans cordis qui motibus, armis
Hoc tenet [k] assiduis: curâ nec munit inani
Consultorem animum [l], bona sed sibi quæque capessit [m].

9. Impia, testificans, (iterumque iterumque monebo)
Haud impunè [n] feret: fictor fandi, interit omnis [n].

10. Gaudia [o] nulla decent [o] fatuum: nec [p], ferrea, servum [q],
Principibus [r] dare jura suis.

11. Percepta decori
Cognitio [r], remoram [s] subito, requiemque, furori
Suppeditat: laudi est [t], ita prætermittere culpam.

12. Regis [t] inardescit, catuli velut, ira, leonis [u],
Undique terrificans. ut ros, sic gratia regis [x]:
Non tantùm, ut gratus pecori is per graminis herbam;
Verùm etiam, ut succum viresque instaurat utrique.

13. Fi-

(h) *XI, 19. XII, 11. XV, 9. XXVIII, 19.* (i) *XIII, 3. XVI, 17. oppos. VI, 32. VIII, 36.* (k) *XV, 32. y. Luc. XX, 19.* (l) *I, 3. VIII, 1. X, 17.* (m) *VIII, 36. XVI, 20. XVII, 20. XVIII, 22. Eccl. III, 14.* (n) *sup. 5. x.* (o) *Eccl. II, 8. p.* (o) *XVII, 7.* (p) *sup. 7. XVII, 7.* (q) *inf. 29. XI, 29. XIV, 35. XXII, 7. XXIX, 19. XXX, 10. 21. oppos. XVII, 2. conf. Eccl. X, 7.* (r) *III, 4. k.* (r) *VIII, 16. t.* (s) *XIV, 29. XVI, 32. Eccl. VII, 15.* (t) *IV, 9. XVI, 31. XVII, 6.* (t) *VIII, 15. r.* (u) *XVI, 14, 15. XX, 2. XXII, 13. XXVI, 13. t. XXVIII, 1, 15. XXX, 30.* (x) *conf. XVI, 15.*

13. Filius insipiens, genitoris acerba querela [y].
Conjugis assiduam rixam [z], pingente figurâ,
Stillantes [a] referunt guttis pluvialibus ædes.
14. Et domus, & gaza, est fortuna relicta parentum:
Prudentem [b] uxorem DOMINUS dat, ritè rogatus.
15. Otia, sunt vitia. allabens ignavia [c], somnos
Seminat: hinc segnes animas jejunia mulctant.
16. Mandati solidi custos [e], quà semita monstrat
Illius, incedens; custos [f], pro luce tuendâ [g]
Excubat ipse suâ. cui non vestigia curæ [h],
Infernas tenebras intrat [i].
17. Miseratus, egenti
Quæ quis largitur [k]; fert mutua [l] cuncta JEHOVÆ:
Hic, quod fortè datum est, reddet [m] cum fœnore magno [n].

Q 3 18. Ple-

(y) *ærumnæ; quarum est caussa: de qua metonymia* GLASSIUS Philol. S. Lib. V. tr. 1. cap. II. n. 3. *X, 1. 3. XI, 6. XV, 20. XVII, 4. 25. XXVII, 15.* (z) *XV, 18. XVI, 28. XVIII, 18. XXI, 9. 19.* (a) *XXVII, 15. Eccl. X, 18.* (b) *X, 5. XIV, 35. XVII, 2. m. XVIII, 22.* (c) *VI, 6. 9, 10. c. X, 4. 26. XIII, 4. XV, 19. XVIII, 9.* (d) *X, 5. XX, 13.* (e) *II, 11. III, 1. XXVIII, 4. 7. Eccl. VIII, 5.* (f) *conf. 16. IV, 10. XIII, 3. XVI, 7. XXI, 23. XXII, 5.* (g) *sup. 8. XVI, 17.* (h) *XIV, 2. XV, 20.* (i) *XI, 24. l. XIII, 21. 2.* (k) *XIII, 22. m.* (l) *XXII, 7.* (m) *XIII, 21. XXV, 22.* (n) *XI, 24. k. XII, 14. XIV, 21. 31. XXVIII, 8.* GREGORIUS Nazianz. Orat. *XVI. Quis hujusmodi debitorem recuset, debitum in tempore non sine fœnore redditurum?* CHRYSOST. *hom. LV.* de Pœnitentiâ. *O verbum sapientissimum:* Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo. *Quare ergò non di-*

18. Plena ſpei, gnato durat dum [o] prima juventus;
Caſtigabis [p] eum: non autem pignora morti
Dedere feſtines, fuſis ablatus habenis;
Ne ſoboles ſano nequeat ſupereſſe dolori.
19. Irarum furiis fertur qui immanibus [q], ingens
Suſtinet ille genus pœnarum: quicquid in iſto
Eripiendo [r] auſis, augendis ignibus addes.
20. Audi [s] conſilium [t]; cenſuram [u] expende [x]! quid inde?
Poſte-

xit: *Qui miſeretur pauperis, dat Deo; ſed, fœneratur? Scriptura noſtram avaritiam novit: attendit diligenter inſatiabilem cupiditatem noſtram ad avaritiam vergere, & additamentum quærere. — Si Deo fœneramus, is ergò nobis debitor erit. — Non credis huic propter inopiam, inquit; mihi propter divitias crede! &c.* (o) II, 10. n. (p) IX, 7. XXIX, 17. XXXI, 1. (q) VI, 34. z. CHRYSOSTOMUS, *de* Davide & Saule *hom.* III. *Si quando hoſtis inciderit in manus tuas, ne illud ſpecta, quomodo eum ulciſcaris, innumeris conviciis conſperſum emittas; ſed, quomodo ſanes, quomodo ad ſobrietatem reducas. Neque prius deſiſtas, omnia tum facere, tum dicere, donec tua manſuetudine ſuperâris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius; quod declaravit, dicens:* Sermo mollis confringit oſſa. *Atqui, quid oſſe durius? Et tamen, ſi quis æquè durus ſit & rigidus ac præfractus, nihilominus facilè vicerit, qui illum manſuetè tractet. Ac rurſus,* Reſponſio ſubmiſſa avertit iras. [*ſup.* XV, 1.] *Unde liquet; ut hoſtis irritetur, aut reconcilietur, magis in tuâ poteſtate eſſe, quàm illius. Non enim in iis, qui irâ commoti ſunt; ſed in nobis ſitum eſt, ut vel extinguatur illorum ira, vel ad majus irritetur incendium. Noverat David, noverat, inquam, certò; non eum, qui patitur injuriam, ſed qui facit, lacrymis ac lamentis eſſe dignum, ut qui lædat ſe ipſum.* (r) II, 12. p. (s) 8. 16. I, 8. r. (t) I, 25. q. (u) I, 2. c. (x) Eſth. IX, 23.

Postera[y] pars vitæ saltem, ut bona vera prehendat[z].
21. Corde viri multæ rationes[a], multa recursant
Consilia: una DEI constat sententia firma;
Stabit in æternum hæc, atque inconcussa vigebit[b].
22. Optat homo, misereri[c]; aliosque juvare, superbâ
Mente cupit[c]: si dein jubeat fortuna, benignum
Se gerere, is mendax fuerit; cui præstat egenus[d].
23. Fons vitæ[e], formido DEI[f]: nocturna[g], diurna,
Quem saturat[h], frustrà hunc infesta pericula visent;
Quantiscunque minis soleant inferre tremorem.
24. Occultare sinu[i] dextram, præ deside vitâ,
Gestit, eamque levandam ori admovisse gravatur[k],
Horridus ignavi[l] torpor.
25. Vis dura, coërcens
Verberibus, quatiat[m] risorem[n]. manserit ipse
Indocilis; simplex[o], emerget cautior, alter:

Sin

(y) *V, 4. 11. Eccl. X, 16.* (z) *VI, 6. VIII, 33. IX, 9. 12. XIII, 20.* (a) *VI, 18. XII, 5. XV, 22. 26. conf. Eccl. VII, 29.* (b) *XVI, 1. 9. Pſ. XXXIII, 10, 11. AUGUSTIN. de catechiſandis rudibus c. XIV. Nemo melius ordinat, quid agat, niſi qui paratior eſt, non agere, quod divinâ poteſtate prohibetur, quàm cupidior, agere, quod humanâ cogitatione meditatur:* Quia multæ cogitationes sunt in corde viri; consilium autem Domini manet in æternum. (c) *XI, 17. mens dicti, XX, 6. conf. XIII, 4. c.* (d) *X, 4. g.* (e) *III, 2. i.* (f) *IX, 10. b. conf. XIV, 26.* (g) *XV, 31.* (h) *Eccl. V, 11. Philipp. IV, 18.* (i) *VI, 10. XXIV, 33. Eccl. X, 18.* (k) *XXVI, 15.* (l) *VI, 6. t.* (m) *XVII, 10.* (n) *I, 22, n.* (o) *I, 4. g.*

Sin docilem [p] erudias sermone, scientia crescit [q].
26. Rem patris oblimans [r], matrem [s] quoque deinde repellet,
Prodigus. opprobrio quanto pudor [s] occupat ambos,
Indecorem ob natum; quem nec flamma indolis ulla,
27. Nullaque religio frenat! Cessa, mea, desine, proles [t],
Increpitanti [u] aures voci dare! jamque relinques [x],
Dicta [y] etiam, quæ, te pridem sat scire [z], putâsti.
28. Pessimus irridet [a] testis [b], quæ fata manere
Perjuros, judex memorat. Pravi oris [c] hiatus
Crimina deglutit [d], quibus irritavit inertes.
29. At verò, Superûm fas contemnentibus [e], alta
Judicia impendent, æterno armata rigore [e]:
Tergaque stultorum [f] horribili sectanda flagello [g].

CAPUT VIGESIMUM.

Ebriosus, sapientiæ expers. 1. *Rebellis, se ipsum lædit.* 2. *Fuga litis, gloria.* 3. *Piger, ultrò pauper.* 4. *Prudentum, unus alterum explorat.* 5. *Dicitur, non tam quod est, quàm quod esse oportet.* 6. *Justum, sequitur* benedictio. 7. *Regis vigilantia, purgat. Nemo sine maculis.* 8, 9. *Fraus omnis;* abominatio. 10. *Ingenia puerorum, præludunt.* 11. *Dona bona, non*

(p) I, 5. *i post.* (q) *Ibidem conf.* II, 5. 9. XIV, 15. (r) XI, 3. XXIV, 15. XXVIII, 24. (s) X, 1. 2. (t) I, 8. (u) *sup.* 20. II, 2. c. IV, 13. VIII, 33. XII, 1. XVI, 22. (x) V, 23. *n.* (y) I, 2. (z) I, 4. III, 20. (a) *conf.* 29. I, 22. *n.* III, 34. (b) VI, 11. 19. XII, 17. XIV, 5. XIX, 5. 9. (c) X, 6. 11. 32. XV, 28. (d) I, 12. XXI, 20. Eccl. X, 12. (e) I, 22. *n.* (e) I, 26. *r.* XIII, 18. *t.* (f) I, 22. *o.* (g) X, 13. XVIII, 6. XXVI, 3.

non nisi à DEO. 12. Labor de victu, non amat somnum. 13. Fraus turpis, tam in emtore, quàm venditore. 14. Vas nullum ore præstantius, si loquitur bona. 15. Sponsor temerarius, haud meretur miserationem. Mendax, meretur malum consequens. 16, 17. Neque cogitationes, neque actiones, sine consultatione utiles. 18. Proditionibus, & allectationibus dediti, fugiendi. 19. Filius impius, infaustus. 20. Hæres avidus, infaustus. 21. Vindicta, Deo relinquenda. 22. Dolus omnis, infaustus. 23. Arbitrii humani infirmitas. 24. Homo sibi ipse damnum infert sacrilegio, & voto temerario. 25. Regalis sapientiæ primaria pars, justitia. 26. Bonum mentis, idem interius, quod lucis externum. 27. Custodia regis, veritas & misericordia. Decus juvenum, robur: senum, canities. 28, 29. Malus non emendatur sine plagis, ad vivum penetrantibus. 31.

Apotu immodico medicans nisi temperet usus;
Te scurram faciet vinum [h], & dominabitur ori,
Atque tuis manibus: nec non, per pocula frugum,
Zythus [i] aget turbam victor, de more tyranni [k],
Inter abutentes. nullus, quem insania tanta
Errantem oblectat [l], Sophies arcana recludet [k].
2. Ut leo læsus, alens furias, fremit ore cruento [l];
Regia [m] sic terret majestas: vulnere peccat [m]
Ipse sibi illato, quicunque offenderit ipsam [n].
3. Gloria [o] certa viro est, residere à lite [p] remotum:

PARALLELISMUS CAPITIS XX.

(h) *Vinum, irrisor; sicera, tumultuans: per metonymiam effectûs, ut XIX, 13. y. conf. I, 22. IV, 17. f.* (i) *XXXI, 4. 6.* (i) *V, 19, 20. 23. n.* (k) *Eph. V, 18.* (l) *XVI, 14. XIX, 12. u.* (m) *inf. 8. 26. 28. VIII, 15. r.* (m) *VIII, 36. e. oppos. XI, 17.* (n) *XIV, 16. XVI, 13.* (o) *III, 35. Eccl. VI, 12.* (p) *III, 30. z sec.*

Nemo huic se immiscet [q], nisi sit temerarius, amens.
4. Frigoribus si quis, terram proscindere aratro,
Ignavus [r] refugit; largam, heu! veniente calore,
Vicini tantùm messem [s] spectabit egenus:
Spontè carens; stultèque petens [t], quæ jussit abesse [t].
5. Sicut aquas imas tegit alta vorago latentes [u],
Consilium [x] sic corda premunt: exhauriet illud
Vir, quem multa dies docuit discrimina rerum [y].
6. Mos hominum; quisque [z] ut proclamet [a] quæque benigna:
Quem verò invenies, præstet qui æqualia dictis [b]?
7. Justus [c] nil sequitur, sibi quod non unica recti
Suaserit effigies [d]. ô dignâ sorte beati [e]
Hæredes, qui ejus vestigia pulchra tenebunt!
8. Si rex [f] ipse thronum judex conscendit, & altis
Facta, infecta, suis oculis vigil omnia lustrat:
9. Dis-

(q) *XVII*, 14. (r) *VI*, 6. 1. (s) *X*, 5. (t) *XXX*, 7. *i.* (t) *XIII*, 4. *XIV*, 6. *HIERONYMI in h. l.* translatio, nervosa. *Qui nunc propter desidiam in Dei servitio laborare neglexit, venturo die Regni mendicabit, & non dabitur ei: quia, quæcunque seminaverit homo, hæc & metet. Benè ergò Regnum Dei æstati comparatur; quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt.* (u) *XVIII*, 4. *XIX*, 21. (x) *XVI*, 1. *XIX*, 20. 1. & 21. *a.* (y) *X*, 23. *d.* (z) *XV*, 23. (a) *XIX*, 22. (b) *XIII*, 17. *XIV*, 5. *XXXI*, 10. *Conf. Eccles. VII*, 16. & *illic notata ex* Hieronymo, *huc etiam referenda.* (c) *XVIII*, 17. *conf. Eccl. VII*, 20. (d) *II*, 7. *VI*, 3. *X*, 9. *XIX*, 1. (e) *III*, 13. *VIII*, 32. *Eccl. X*, 17. (f) *sup. 2. inf. 26. XVI*, 10, 12. 14, 15. *XX*, 2. 8. 26. 28. *XXV*, 5. *XXIX*, 4. *eadem* 14.

Franckesche Stiftungen zu Halle

9. Dissipat[g] omne [h] malum. Verè quis dixerit [i] usquam?
Est mihi cor[k] mundum [l]: culpæ sum purus, & exsors!
10. Libra, alio atque alio cum pondere [l]; vasaque plura
Diversi modii, tanquam unius [l]: unus & idem
Est hic uterque dolus, quem detestatur JÖVA [m].
11. Quin etiam pueri [n] arbitrium cognoscitur aptè
Moribus è teneris; jam nunc quid curet: an ultrò
Castum [o] opus, & dextrum lævo præferre laboret.
12. Obsequiosam aurem [p], visumque haud vana tuentem [q],
Intra homines lapsos instaurat solus JÖVA:
Cujus utrumque bonum hoc etiam.
13. Ne dilige somnum [r];
Ne tibi subrepat, germana soporis, egestas [s].
Insta, aperire oculos, victu ut satiêre parando [t].
14. Hem, mala sunt! spectata minùs! sic arguet æstu,
Mercatum veniens, haud contemnenda: sed absens
Efferet illa domi, plaudens sibi [u], perfidus emtor.
Odit qui incolumen fortunam, arcta! arcta! gemendo;

(g) *XV, 7. conf. inf. 26.* (h) *Eccl. IV, 15.* (i) *XVIII, 14. Eccl. VIII, 4.* (k) *II, 2. c. 10. VIII, 5. XIV, 35. m.* (k) *XV, 26. XVI, 2. XXII, 11. XXV, 4. XXX, 12. Eccl. I, 16. VII, 21.* (l) *conf. 12. & inf. 23. VI, 16. XI, 1. 2.* (m) *III, 32. c.* (n) *XXII, 6. 15. XXIII, 13. XXIX, 15.* (o) *XVI, 2.* (p) *XV. 31. XXV, 12. oppos. XXI, 13. XXVIII, 9.* (q) *III, 21. IV, 21. 25.* (r) *VI, 9, 10. c.* (s) *VII, 11, c. XXI, 17. XXIII, 21. XXX, 9.* (t) *XII, 11.* (u) *XXIII, 20, 1. XXV, 14.*

Sublatam ex oculis incassum laudat, ineptus.
15. Aurum homini cessit, gemmarum [x] & copia multa:
Vas tamen, est pluris, labrorum [y], quando per ipsa
Effundit sese divina scientia cœlo.
16. Nomine qui spondet peregrini, det tibi vestem [z]!
Nempe: aliena quia est res, aut persona; receptas
17. Pignora justa ab eo. Surrepta [a] alimenta [b], quibusvis
Dulcia [c] sunt: verùm, non æquè dulcia, ut ista
Pòst rigida, ac durâ silice [d] impletura palatum.
18. Consilio firmanda gravi, quæcunque volutat [d]
Secum animus. si bella geris, tecum instrue cuncta,
Conciliique audi voces [e]!
19. Secreta moventem [f],
Quæ reticenda latent; tacitâ cum fraude, notabis,
Ire, redire, velut vendentem crimina ficta:
Teque, oris patulis foribus lactare studenti [f],
Admiscere [g], cave.

20. Ma-

(x) *III, 15. X, 18. 21. 32. XIV, 7. XV, 7.* (y) *I, 3. g. med.* (z) *VI, 1. XI, 15. 17, 18. XXII, 26, 27. XXVII, 13. dictum idem.* (a) *V, 10. XXVII, 13.* (a) *XIII, 5. g.* (b) *IX, 17. XXIII, 3. XXVIII, 21.* (c) *III, 24. IX, 17. XIII, 19.* (d) *vel ut sagittâ, seu fulgure. conf. XXX, 27. Ps. LXXVII, 18. HIERON. hoc illustrat exemplo heluonis, Luc. XVI, 24. cujus os calculo, lapide ignito, fuerit impletum. Nam, quia in verbis supervacuis in epulando defluxerat, in linguâ amplius ardebat.* (d) *XIV, 1. 3. 9. XX, 22. XVI, 3. XVIII, 21.* (e) *I, 5. XI, 14. XII, 5. XV, 22. XXIV, 6.* (f) *XI, 13. g.* (f) *II, 16. y.* (g) *XIV, 10. XXIV, 21.*

20. Matríve, patríve, precatus
Dira [h]; ſibi ipſe facem [i] mediis extinguit in umbris [i].
21. Eſt genus hæredum, citiùs qui prendere [k] notam,
Nituntur cupidi, ſortem [l]: at, præpoſtera fata
Poſtremò [m] fugiet pedibus Fortuna citatis.
22. Ne dic ore, aut corde: malis mala quæq; rependens [n],
Ultor ero! DOMINUM, memorem fandi atque nefandi,
Opperiens; ſat habe, tibi quòd ferat ille ſalutem.
23. Ambiguos lapides [o], librantum [o], odêre [p] Tonantis
Numina: nilque boni [q] lances portare doloſas [r],
Permittunt; pœnam meritas.
24. DEUS, ecce! gubernat
Gaudentis virtute viri [r] veſtigia [s]: ab Ejus
Fonte fluunt motûs hujus, ſucceſſibus aucti.
Nam, quid homo? quæ vis miſero, quâ norit agenda?

(h) X, 1. 2. XXX, 11. 17. Eccl. VII, 21, 22. (i) XIII, 9. p. (i) VI, 23. VII, 9. (k) XIX, 2. b. XXVIII, 20. 22. Eccl. V, 1. (l) III, 35. VIII, 21. XIV, 18. Eccl. VII, 11. (m) conf. 7. V, 4. XIV, 12. 16. 25. XIX, 26. XXIII, 32. XXIV, 20. (n) XII, 14. 2. XXIV, 12. 29. (o) ſup. 6, 7. (p) ibid. m. (q) XVII, 26. XVIII, 5. XIX, 2. AMBROS. in Pſ. XLVIII, 4. Admonemur, non tumultuarium proferre ſermonem, ſed exercitio quodam meditationis, & ſtaterâ mentis interna examinare dicenda; quia ſcriptum eſt: Statera fallax, non bonum. Et in Pſ. LXI. Salomo ſignificat eos, qui rapinam inexplebili corde meditantur, & ſobrietatem fronte prætendunt. conf. ſup. 6. b. 9. k. [r] VI, 34. a. [s] II, 5, 6, 7. III, 5, 6, 7. IV, 12. V, 5. XIV, 8. XVI, 9.

25. Infelix homini est laqueus [t]; sacrata JEHOVÆ,
Absorbere [u] usu proprio: nec faustius ausum,
Deinde [x] sibi votis [y] indignis velle mederi;
Aut, captare modum, quo, suscepta, irrita reddat.
26. Discutit [y] injustos, scrutans examine justo,
Rex sapiens: velutique solent substernere plaustris
Agricolæ frumenta; rotam [z] sic juris & ille,
Suppliciique, super resídum fera colla, reducit.
27. Mens humana, bonum quantum; si nempe lucernam [a]
Hanc Pater instaurat, qualem donârat Adamo,
Divini ardoris plenam! penetralia [c] quævis
Lux DOMINI indagat [b], ventremque [c], omnemque recessum [c],
Insidiasque Erebi.

28. Ser-

[t] *XII, 13. XIII, 14. XIV, 27. XVIII, 7.* [u] *conf. XXIII, 2.* [x] *sup. 17. XXIV, 27.* [y] *VII, 14. u.* [y] *sup. 8.* [z] *XXV, 11.* [a] *sup. 20. VI, 23. XIII, 9. XXIV, 20.* [b] *sup. 24. II, 3, 4. III, 6. & c. XXVIII, 12.* [c] *VII, 27. XVIII, 8. k. 20. t. XXII, 18. Eccl. X, 20. HIERONYM.* in Lam. Jerem. c. I. *Sciendum est, quòd in sacro eloquio ventris vel uteri nomine mens solet intelligi. Hinc est enim, quod per Salomonem dicitur:* Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris. *Lux enim gratiæ, quæ desuper venit, spiraculum homini præstat ad vitam: quæ videlicet lux, omnia secreta ventris investigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, ut ea, quæ de ipsa ledebant animam, ante ejus flendo oculos reducat. Hinc ipse Jeremias in anterioribus ait:* Ventrem meum doleo; *qui ut, ventrem suum quid dixisset, ostenderet, adjunxit:* Sensus cordis mei turbati sunt.

28. Servat cuſtodia [d] Regem,
Gratia [e], cum Veri ſtudio [f]: clementia, fulcrum eſt,
Quo ſedes ſolii ſeros ſtabilitur [g] in annos.
29. Pulchra, juventuti, ſuccreſcit gloria, robur [h]:
Canitiesque, decus [i] ſenio!
30. Medicina [i], ſceleſto
Laſcivoque animo, ſupereſt hæc prima dicanda;
Ut

Uteri utique nomine mens rectè accipitur: quia, ſicut proles in utero concipitur, ſic cogitatio in mente generatur. Et, ſicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes. [d] *II, 11. IV, 6.* [e] *XIX, 22.* [f] Gratia & Veritas, conjunctim: *III, 3. XVI, 6. conf. Joh. I, 17. Rom. XV, 8, 9. 2. Cor. I, 20. Eph. IV, 17. 21, 24. ATHANASIUS*, Apolog. ad Conſtantium. *Ita rem examina, quaſi Veritas tibi in conſilio adſit; quæ Regum, & in primis Chriſtianorum, tutela eſt. Cum eâ Vos regna adminiſtrare tutiſſimum eſt; quum dicat Scriptura:* Miſericordia & Veritas regi cuſtodia eſt, & circumdabit in juſtitia thronum ejus. *Hanc quum Zorobabel ille ſapiens cæteris anteferret, victoriam retulit; acclamatumq; eſt ab univerſo populo:* Magna res veritas, & prævalet omnibus. *Esdr. 4. Si igitur apud alios accuſatus eſſem, ad Tuam Majeſtatem provocarem: ut Apoſtolus dixit;* Cæſarem appello! *& ceſſatum eſt ab inſidiis contra eum. Jam, cùm apud Te calumniam mihi auſi ſunt intentare, ad quem à Te, quæſo, appellare potero? niſi ad Patrem Ejus, qui dicit:* Ego cum Veritas! *ut ille cor Tuum ad placabilitatem inclinet. Domine Omnipotens, Rex ſeculorum, Pater Domini noſtri, Jeſu Chriſti; tu per verbum Tuum imperium hoc famulo Tuo Conſtantio dediſti: Tu illumina mentem illius, ut cognitis mei calumniis, benevolenter recipiat meam excuſationem, omnibusq; clarum ac manifeſtum reddat, quàm aures habeat confirmatas communitasq; veritate, ſolùmque ſibi, uti ſcriptum eſt, accepta eſſe labia juſta! Ita enim ſolium regni fortunatum fieri, per Salomonem pronunciâſti.* [g] *X, 12. XVI, 6. 12.* [h] *V, 10. XXIV, 10. Eccl. IX, 10. XII, 1. 3. 5.* [i] *IV, 9. 1.* [i] *GEIER.* moralis abſterſio mali. *conf. Levit. VI, 21. Prov. XXVII, 6. XXVIII, 23.*

Ut mala verberibus sanes, quæ fuste severo [k]
Corporis ad vivum penetrent [l], sedeantque relicta [k]:
Viscera [l] ni his tentes plagis durantibus, antè,
Quàm frenum excutiat; frustrà rumpêre querelis.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Potentium voluntatem suâ in manu habet Omnipotens. 1. Omnis homo, mendax erga se aliosq; : Deus solus corda perspicit. 2. Cultus, Deo non acceptus, sine justitiâ. Sine mente humili, peccata sunt, omnia. 3, 4. Prodest maturatio: festinatio obest. Fallacia sermonis, irrita & mortifera. 5, 6. Iniqui, vastant semet ipsos. 7. Conscientia, accusat. 8. Tranquillus angulus præferendus celebritati inquietæ. 9. Impius, appetitu laborat infidèli. 10. Castigatio & institutio, semper utiles; si non uni, tamen alteri. 11. Emendatio non est fructuosa, nisi muniatur. 12. Immisericors, relinquetur immisericorditer. 13. Dono occulto cedit aperta iræ. 14. Fiducia, officio satisfacientium propria est: anxietas, infidelium. Desipiens, quietis expers. 15, 16. Verus acquirendi modus, in abstinendo. 17. Vindicta, non fallitur. 18. Solitudo, melior consortione indignationum plenâ. 19. Sapientis est, non modò res personis, sed & personas rebus aptare; sectantes justitiam & misericordiam: ut sapientia potentiam frenet. 20, 21, 22. Oris & vitæ, una custodia. 23. Superba arrogantia irrisoris est furor. 24. Nil desiderandum temerè: utendum præsentibus. 25, 26. Vera fides, cum peccato mortali, *seu* voluntario, *haud consistit. 27. Esto celer ad audiendum, [Jac. I, 19.] tardus ad loquendum! 28. Pertinacia, impietatis stupor. quicquid contra Divinam legem, in eo non est sapientia, nec perspicacia, nec consilium; nec potentia quidem: omnis salus, Domino accepta referenda unicè. 29, 30, 31.*

MAgnanimûm heroum pectus; velut agmen aquarum [m],

Atque

(k) XXIII, 29. XXVII, 6. (l) *sup.* 27. c.

PARALLELISMUS CAPITIS XXI.

(m) V, 16.

Atque harum rivos; complectitur alta JEHOVÆ
Dextra: hæc cor Regis [n] regit, ac, quocunque voluntas
Sancta intendit iter, flectit, nec sponte sequutum [m].
2. Cuique sua est via recta; suis quia credit ocellis [o]:
Pensitat omnipotens judex præcordia solus [p].
3. Judicium in caussis verum, servandaque jura [q]
Exercere; DEUS prælatum elegit [r] utrumque,
Vanos quippe datos aris exosus honores [s].
4. Sunt peccata [t]; licet videantur lumina, cœlo
Æmula: si quis, opes summas æquare potentum,

S Ela-

(n) *XVI*, 9. (n) *VIII*, 14, 15. *r. Nehem. I*, 11. *II*, 4. 8. AUGUSTINUS, *de* Gratia & Lib. Arbit. *c. XXI. Quis non ista judicia divina contremiscat, quibus agit Deus in cordibus, etiam malorum hominum, quicquid vult, reddens eis tamen secundum merita ipsorum? In Libro Hester scriptum est, quòd hæc oravit ad Dominum: & convertit DEUS, & transtulit indignationem regis Assueri in lenitatem. ut scriptum in Proverbiis Salomonis:* Sicut impetus aquæ, sic cor regis in manu Dei; quocunque voluerit, declinabit illud.— *His & talibus testimoniis divinorum eloquiorum, satis manifestatur, operari DEUM in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates, quocunque voluerit; sive ad bona, pro suâ misericordiâ, sive ad mala, pro meritis eorum: judicio utique suo, aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem justo.* (o) *III*, 7. *XII*, 15. *XVI*, 2. *g.* (p) *inf.* 15. *g. conf. I*, 3. *f. MELANCHTHON* optimè: *hoc loco,* facere justitiam, *est, probare probanda;* facere judicium, *est, damnanda damnare.* (q) *Enallage, ut inf.* 15. *VIII*, 13. *p. q.* (r) *VIII*, 10. 19. *XVI*, 16. *f. XV*, 8. *Eccl. V*, 1. (s) *XXIV*, 9. Distinctè & perspicuè GEIERUS, in h. l. *Licet corporis formositas ac robur, liberorum copia, conjugium felix, opulentia, & tota felicitatis reliquæ fax vel* Lucerna, *in se suâque naturâ, tanquam Dei creaturæ, dona vel insti-*

Elatis oculis [t] affectat: si quis, inani
Ambitione, animos sufflans dilatat [u]; &, ævi
Securi capitur si quis fallace lucernâ [x].
5. Omnia maturat [z] vir sedulus [y]. antè peregit
Singula secum intus [z]: speque ubertatis abundat [a].
Quisquis festinat, nimiâque cupidine fertur [b];
6. Sic modò defectum [c] accelerat. Vanissima [d] rerum est,
Disjicienda palàm, propria & quærentibus orcum [e]:
Quærere [e] thesauros [f] vaga per mendacia linguæ [g].
7. Devastandi [h] ardor, furias trahet ebrius, ipsos
Stragis in autores: quoniam discrimine nullo
Juris habere volunt curam [i].
8. Via perdita [k], euntis,
Est aliena etiam [l]: sinceri [m] opus, ordine rectum [n].
9. Altercans mulier [o], plenâ, sine, regnet in aulâ:

Tu

tuta; careant peccato; attamen, ob immensum adeò ipsorum abusum in impiis, nil fermè sunt aliud, nisi merum peccatum: quando videlicet iis solis, tanquam idolis quibusdam, deserto Deo, toti inhærent, iisdemq; ad luxum, depressionem aliorum, aliasq; facinora, turpiter quotidiè abutuntur. Quo sensu & *otia sunt vitia: c. XIX, 15.* (t) *VI, 17. XXX, 13. conf. XIV, 14.* (u) *XXVIII, 25.* (x) *XIII, 9. p. XXIV, 20.* (y) *X, 4. i.* (z) *XII, 5. XV, 22. XIX, 2. XX, 18.* (a) *XI, 23, 24. XIV, 23. XVII, 11.* (b) *XIX, 2. o.* (c) *XI, 24. XIV, 23.* (d) *XIII. 11, Eccl. I, 1.* (e) *XI, 27. XVII, 19.* (f) *VIII, 21. X, 2.* (g) *VI, 17. XII, 19. k.* (h) *XI, 3. XXIV, 2.* (i) *I, 24.* (k) *II, 12, 13. r, 15. t.* (l) *XVI, 2. f. conf. XXVIII, 16.* (m) *XX, 6. conf. XII, 16. XIII, 3. Eccl. V, 18.* (n) *XX, 11.* (o) *inf. 19. XIX, 13. XXII, 10. XXV, 24. XXVI, 21. XXVII, 15.*

Tu potiùs tectum, ſpatio contentus iniquo,
Solus habe!

10. Nulli nota eſt, pax vera, profano [p]:
Hoc ſedet unum animo, ſcelus exitiale parare
Omnibus. iſte, ſuis oculis [q], nec curat [r] amicum [s].

11. Pœna plano ſi non parcit [t]; rudis inde monetur,
Ut ſapiat: qui tum metuet, doctuſque cavebit.
Si doceas [u] ſanum, capit incrementa ſciendi [x].

12. Juſtior impendit curam [y], quâ corrigat ædes [z]
Depravati hominis: verùm, venit improbus alter,
Subvertens [a] magis atque magis fera pectora; & imum
Damnorum in pelagus ſecum hæc miſeranda reducit.

13. Aure ſuâ occluſus [b], coram clamore, carentis [c]
Humano auxilio; clamabit & ipſe viciſſim,
Non exauditus.

14. Superata, extinguitur ira [e],
Secretis donis [d]: plerique ferocia ponunt
Corda, volente ſinu, ſævumque abolente furorem,

(p) XI, 17. *h.* XIII, 2. 4. (q) *ſup.* 2. III, 7. *p.* (r) XIV, 21. 31. XIX, 17. (s) III, 28, 29. *y.* (t) XVII, 26. XIX, 19. 25. XXII, 3. (u) XVII, 8. (x) X, 8. (y) XVI, 10. (z) III, 14. 33. XII, 7. XIV, 11. XV, 6. *l.* 25. (a) XIII, 6. *k.* (b) XVII, 28. XXVIII, 9. *eadem*, CYPRIANUS, *de* Opere & Eleemoſynis. *Neque enim promereri miſericordiam Domini poterit, qui miſericors ipſe non fuerit; aut impetrabit e Divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus.* Pſ. XL, 1. (c) XIV, 31. (c) *inf.* 24. XII, 16. *f.* (d) XVII, 8, 23. XVIII, 16. 35. XIX, 6. (e) VI, 34. *z.*

Munere [d].

15. Lætitia [f] est forti quàm maxima semper,
Cùm licet, officii partes [g] ostendere factis:
Angor [h] inest pavidus, non expedientibus [i] æquum.
16. Natus homo, à cursu reparatæ mentis [j] aberrans [k];
Inveniet duram, ut Rephaimica turba, quietem [l].
17. Omnium egebit [m], amat qui gaudia [n]: quisquis amabit
Dulcia, vinum [o], oleum [o], poterit ditescere [p] nullus;
Nec ditare alios, tanquam virtutis imago.
18. Est, ubi pro justo pravus se opponere morti [q]
Cogitur, atque loco rectorum [r] perfidus [s] hæret.
19. In terrâ deserti, inter spelæa ferarum [t],
Præstiterit; quàm, inter rixantis conjugis iras [u],
Degere.
20. Thesauro [x], sapientis [y] limina [z], tanquam
Frugibus optatis [a], redolent; nec defit olivum [b]:

Ast

(f) *XV, 21. i.* (g) *conf. sup. 3. p. X, 23. XVI, 12. hìc*, facere judicium, *est, officio satisfacere, seu, observare* modum vel rationem, decenter aliquid expediundi; *commentante sic* GEIERO *in Eccl. VIII, 5.* (h) *X, 14. b.* (i) *X, 29. XXX, 20.* (j) *I, 3. IV, 11. IX, 6.* (k) *VII, 25. XIV, 22.* (l) *II, 18. a.* (m) *VI, 11. XI, 24. XIV, 23. XXI, 5.* (n) *XIV, 13. Eccl. II, 1, 2. 10.* (o) *IV, 17. f.* (o) *inf. 20. V, 3. b post. VII, 17. Eccl. VII, 1. IX, 8.* (p) *X, 4, 5. 22. XXIII, 4. XXVIII, 20.* (q) *VI, 35. IX, 9. XI, 8.* (r) *II, 7. b.* (s) *II, 22. g.* (t) *sup. 9. o.* (u) *sup. 9. Eccl. I, 18.* (x) *III, 2. i.* (y) *conf. 22. III, 2. i.* (z) *III, 33.* (a) *XVI, 16.* (b) *sup. 17. o post.*

Aſt populabit [c] opes, patefactis faucibus, amens.
21. Juſtitiam, vitam [d], & ſplendoris præmia ſummi [e],
Quæſo, quis attinget? certè, is ſectabitur *f* acri
Juſtitiam ſtudio, portusque erit undique promtus,
Gratia quo miſeros geminis ad ſe advocet ulnis [g].
22. Formidabilium, prudens [h], munimina ſcandit [i]:
Robore & iſta quidem fidunt armata; ſed ille
Id ratione magis, quàm vi, de culmine ſternit.
23. Os linguamque ſuam qui circumvallat [k], ab arctis
Protexit curis animæ ſpiramina cuſtos [l].

S 3 24. Si

(c) I, 12. *AUGUSTINUS, lib. 50. homiliarum hom. 45. In animalibus, quæ prohibita ſunt Judæis manducare, homines quidam ſignificantur, non pertinentes ad ſocietatem ſanctorum. Fiſſa ungula ad mores, ruminatio ad ſapientiam pertinet. Quare ad mores fiſſa ungula? Quia difficile labitur. Ruminatio autem ad ſapientiam quomodo pertinet? Quia dicit Scriptura:* Theſaurus deſiderabilis quieſcit in ore ſapientis: vir autem ſtultus deglutit illum. *Qui enim audit, & negligentiâ ſit obliviosus; quaſi deglutit, quod audivit, ut jam in ore non ſapiat, auditionem ipſam ſepeliens oblivione. Qui autem in lege DEI meditatur die ac nocte, tanquam ruminat, & in quodam quaſi palato cordis verbi ſapore delectatur. Hoc ergò, quòd præceptum eſt Judæis, ſignificat, quòd ad Eccleſiam, id eſt, ad corpus Chriſti, ad gratiam ſocietatemq; ſanctorum, non pertineant illi, qui aut negligentes auditores ſunt, aut mores malos habent, aut in utroque vitio reprehenduntur. Sic cætera, quæ in hunc modum præcepta data ſunt Judæis, umbraticæ ſunt ſignificationes futurorum. Poſteaquam venit lux mundi, Dominus noſter Jeſus Chriſtus; tantummodo ut intelligantur, non etiam ut obſerventur, leguntur.* (d) XII, 28. XIX, 23. (e) III, 2. i. (f) XI, 19. XV, 9. (g) III, 3. XIX, 22. (h) *ſup. 20. Eccl. IX, 14, 15.* (i) XXX, 4. (k) XII, 14. XIII, 2, 3. XVIII, 20. (l) XVIII, 21.

24. Si quis nomen alit, toto qui corde ſuperbus
Arroget omne ſibi, atque alios derideat[m] altè:
Nil faciet, niſi quod faſtu[n] docet impetus[o] ipſum.
25. Immoritur deſes[p] votis[q]; dum rebus abhorrent
26. Seſe adhibere manus gelidæ[r]. lux omnis, & omnis
Hora, videt, ſegnem variis ardeſcere flammis[q],
Captandi hoc, illud: miſerans, retinacula, ſpernit.
27. Sacra, oblata ſacris manibus pietate vacantum,
Horrida ſunt coram DOMINO[s]: cœno inquinat iſta
Interiore nefas[t], quicum adducuntur in altum.
28. Sæpe ajo: teſtis mendax[u] crudelibus umbris
Occubet, aut pereat famâ, vel ſorte, neceſſe eſt[x].
Qui mavult audire[y]; loquetur honore perenni.
29. Vir malus, obfirmat vultûs[z], obnixus, atroces:
Recta ſequens, contrà. quantum hic mutatus ab illo,
Qualis & antè fuit! nunc quippe is quamque viarum
Digerit è Verbi nutu[a], ſibi cenſor, & autor.
30. Adverſus DOMINUM ſapientia nulla valebit,
Vis nulla ingenii[b]; conſultaque nulla juvabunt[c].

31. In-

(m) *III, 34. f.* (n) *XI, 2. XIII, 10.* (o) *conf. ſup. 14. c. XI, 4. 23. XIV, 35.* (p) *XIII, 4. XX, 4.* (q) *XIII, 4. c.* (r) *oppoſ. XXXI, 13.* (r) *X, 19. u.* (s) *XV, 8. p.* (t) *X, 23. XXIV, 8, 9. XXX, 32.* (u) *VI, 19. z.* (x) *XIX, 9.* (y) *I, 33. VIII, 34.* (z) *VII, 13.* (a) *XVI, 9.* (b) *I, 2. d poſt. II, 6. III, 5. m. 13. X, 23.* (c) *XII, 15. XIX, 20, 21. XX, 5, 18.*

31. Instruitur bellator equus, quo pugna propinquat
Tempore: laurigeram solus dat Jova salutem [d].

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Laus & favor, bonum incomparabile. 1. Tam pauperes, quàm divites, à DEO: neutri spernendi. 2. Astutia serpentum, Matth. X, 16. imitanda. 3. Piæ patientiæ finis, potentia. 4. Fugiens perversos, fugit spinas & laqueos. 5. Puerì imbuendi eo, quod senibus profuturum maximè. 6. Mutuans, imperans. 7. Malignus, tanquam vindictæ virga, acquirit maledictionem: *benignus,* benedictionem. *8, 9. Sublato risore, rixa tollitur. Rex, amat sinceros & placidos. Bona hominis agnitio, curæ est DEO; evertenti proposita impii. 10, 11, 12. Piger, fingit terrores. 13. Peccata adversus sextum præceptum si augentur, permittuntur justo judicio. 14. Luxuries puerilis, resecanda virgis est. 15. Immisericordes, jus talionis persequitur. 16. Salutaria præcepta, percepta ac custodita intimè, dulcia in animo & ore sunt, revocanda ad unum caput, fiduciæ in DEO figendæ: revocanda etiam subinde in memoriam, &* generaliori & specialiori *veritatis declaratione; ut vocatio, &* primaria & secundaria, *verè excolatur. 17, 18, 19, 20, 21. Pauperi & afflicto non addenda afflictio. Deus, vindex eorum loco. 22, 23. Consuetudo cum iracundis, noxia. 24, 25. Haud temerè ineunda sponsio. 26, 27. Termini antiqui, inviolabiles. 28. Strenuus, à rege æstimatur. 29.*

FAma [e], bonum, quo non aliud præstantius ullum
Eligitur *f*; nec opum multarum copia grandis:
Gratiaque [e], ex meritis enata favore piorum,
Argento atque auro meliùs nitet *g*.

2. Ob-

(d) *1. Sam. XI, 9. 13. XIX, 5. Ps. III, 9.*

PARALLELISMUS CAPITIS XXII.

(e) *I, 9. 1.* (f) *VIII, 10. 19. XVI, 16. XXI, 3.* (g) *conf. XXXI, 29. Eccles. VII, 1, 2.* BASILIUS, Homil. de avaritia. *Melius nomen bonum, quàm divitiæ multæ. Si admiraris divitias ob honorem inde provenientem, considera, quantò ad gloriam magis faciat, multorum filiorum*

Obvia fiunt[g]
2. Divitis atque inopis vestigia, mutua utrinque:
Nempe DEI id fas est, simul hunc qui condit & istum[h].
Astutus[i], multò antè specus speculatur apertum,
3. Abducensque retrò gressûs, sese ocyùs abdit[k].
Ecce autem, subière[k] rudes[l] utrumque malorum;
Et culpam, & pœnam[m]!
Adversæ datur optima sorti
4. Clausula, quam tibi fert humilis formido[n] JEHOVÆ:
Non sine divitiis, pia gloria, vita beata[o].
Quæ via perversum[p] deserta in devia ducit[q],
5. Spinis ac laqueis[r] horret: procul esto remotus,
Defendit[s] qui animam[s]. totus fuge longiùs illa!
In quemcunque voces ductum puerile[t] docendo
6. Pectus, eum seros senii servabit ad usus;
Inde

parentem appellari, quàm mille stateres in marsupio repositos habere. Pecuniam enim hîc vel nolens relinques: honorem verò, ex benefactis ob Dominum, referes; quando populus omnis, communem judicem circumstans, te & nutritorem, & in inopes beneficum, immò omnibus, quæ ad humanitatem pertinent, nominibus appellabunt. (g) *XVII, 12. XXIX, 13. ubi eadem.* (h) *X, 4. g. XIV, 31. XVII, 5. AUGUSTINUS*, Quæst. 32. *Scriptura, ne pauperem contemnendum doceret, & divitem honorificandum; ostendit, amborum opificem esse Deum: non utique in paupertate & divitiis; sed in eo, quod sunt. Si enim facultatibus ab invicem discrepant, non tamen naturæ substantiâ.* (i) *I, 4. g.* (k) *XIV, 16.* (l) *vid. i.* (m) *XVII, 26. e. conf. XIV, 15, 16. XXVII, 12. eadem.* (n) *IX, 10. b. XV, 33. XVIII, 12.* (o) *III, 2. i.* (p) *XI, 20. XVII, 20. XIX, 1.* (q) *I, 15. e.* (r) *VII, 23.* (s) *XIII, 3. XVI, 17. XIX, 8. 16. XXI, 23. conf. II, 11. o.* (t) *inf. 15. XX, 11.*

Inde reverſurum nunquam.

7. Prædives [u] in urbe,
Pauperibus [x] dominator [y] erit. dum credita debes;
Debes ſervitium, dandi cui facta poteſtas [z].

8. Si quis iniqua ferat [z], noxam [a] metet. anſa furoris
Divini ille quidem; vindictæ virga [b]: ſed iſthanc
Corripiens franget Nemeſis, preſſura [c] prementem.

9. Ipſe, ſibi felix [d], oculo bonus [e]; indiga, conſtans,
De propriis dapibus pavit qui pauperis ora [f].

10. Tollentem risûs [g], & jurgia vana cientem,
Ejice! jamque gravis pariter diſcordia [h] pulſa eſt,
Cùm leve judicium [i], præcepsque injuria [k], ceſſat.

11. Cordis amatorem [l] ſinceri [m], cujus amœnis
E labiis Charis [n] alma ſonat, Rex [o] dicit amicum [o].

12. Jova ſuos radios [p] intendit ad omne tuendum [q]
Servandumque [r], dedit quod ſcire: nefanda maligni [s]
Evertit [t] decreta hominis.

T 13. Leo

(u) *ſup. 2. X, 15, 16. XIV, 20. XVIII, 11. 23.* (x) *X, 16. XIV, 20. XVIII, 23.* (y) *XII, 24. XVII, 2. XIX, 10.* (z) *XVII, 2. XIX, 17.* (z) *XI, 18.* (a) *VI, 12. XII, 21.* (b) *X, 13. XXI, 24.* (c) *V, 11.* (d) *XX, 21.* (e) *oppoſ. XXIII, 6. XXVIII, 22. 27.* (f) *XI, 24. l. XIII, 22. m.* (g) *XXI, 24.* (h) *III, 30. 2. XXXI, 8, 9. Eccl. VI, 10. f.* (i) *II, 8. XXIX, 7.* (k) *III, 35.* (l) *XII, 1. XXI, 17.* (m) *XV, 26. XX, 9. k poſt.* (n) *X, 21. 32. XVI, 13. Eccl. X, 12.* (o) *inf. 29. VIII, 15. r. XXIII, 1.* (o) *29. XIV, 35. XVI, 12.* (p) *V, 21. XV, 3.* (q) *ſup. 5. 5. II, 8. 11. 0. IV, 13. 23. VI, 20. XIII, 3. XVI, 17.* (r) *II, 11. 0. IV, 6. XIII, 6. XX, 28.* (s) *II, 22. g.* (t) *XIII, 6. XIX, 3. XXI, 12.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

13. Leo [t] namque foris est:
(Vox [u] pigri [x]) in mediis plateis me impastus in escam
Hauriet occisum!
14. Mala dissimulabit amara
Os alienarum [y]; insidians, ut fossa profunda [z]:
Irruet, in quem odiis accensa est Numinis ira [a].
15. Luxuriat nugis [b], pueri mens cruda [c], ligatis [d]
Multiplici inter se nexu: non ore fugatas
Expelles, ferulis [e] ætas nisi laxa dometur [f].
16. Eripiens misero [g], sua res quibus aucta redundet;
Iste, potenti alii reddet majora, reservans
Nil, nisi egestatem [h]: verùm, heu! sine fine futuram.

EXSUSCITATIO.

17. Aurem adverte [h] tuam; sapientumque accipe verba [i]!
Cor mihi cede tuum: nostra, euge, scientia [k] promta est [l];
18. Cui submitte illud! nam, si tu infixa, tuarum
Ventre [l] medullarum fido, mandata tenebis,
Invi-

(t) XIX, 12. *u.* (u) XX, 22. (x) *inf. 29. 5. cum notatis. VI, 6. 1. GEIERUS hîc de* Acedià, *& oppositis virtutibus.* (y) II, 16. *x. VI, 24. k.* (z) XXIII, 27. *Eccl. X, 8.* (a) XXIV, 24. (b) V, 23. (c) II, 10. VIII, 5. *Eccl. I, 16.* (d) III, 3. VI, 21. VII, 3. (e) X, 13. XIII, 24. (f) XIX, 20. *u.* (g) XIV, 31. *g. Eccl. IV, 1. y.* (h) XI, 24. XIV, 23. XXI, 5. *conf. VI, 11. e.* (h) IV, 20. V, 14. (i) I, 6. IV, 20. V, 1. XII, 18. XV, 2. 7. XXIII, 12. (k) I, 4. *h.* IV, 21. XIV, 10. 0. XXIV, 32. (l) XVIII, 8. 20. XX, 2. 7. 30.

Invigilans [m] nocte atque die; si ex omnibus, unà
Compositis [n], apto resonabunt ordine labra [o]:
Toti adeò usque tibi spirabit amabilis aura [o].
19. Sic tibi, sic durans fiducia [p] læta manebit,
In solo firmata DEO. quod tempore justo
Jam te equidem monui, & moneo, repetensq; monebò:
Ne tu id, tanquam aliis, dictum reputâris; at ultrò
Ut tu etiam id cures, etiam conatibus ausis [q].
Nonne [r] tuam vicibus ternis hæc scriptio mentem
20. Impulit; apportans lectu dignissima, fœta
Consiliisque novis, ac cognitione salubri [s]?
Te namque edoceo virtutem, unumque laborem
21. Verum [t], & verarum laudum certissima signa [u]:
Scilicet, ut, cùm jam mittêris [x] in ardua rerum,
Sis memor, ac ducibus veracia [y] reddere [z] possis.

CONTINUATIO SENTENTIARUM,
conscriptarum à Salomone ipso: quæ hactenus, *modo indicativo* magis; sequentes pleræque *imperativo* exprimuntur.

22. Ne tu diripias [a] inopem [b], causa urget abundè

(m) *IV, 4. VII, 1, 2. 21. X, 17. XIX, 16.* (n) *XVI, 3 k.* (o) *V, 3. g med.* (o) *XXIII, 8. XXIV, 4.* (p) *III, 5. l.* (q) *IV, 20. conf. XXIII, 15.* (r) *VIII, 1. XIV, 22. Eccl. VI, 6.* (s) *I, 25. q. VIII, 6. z.* (t) *Pf. LX, 6.* (u) *VIII, 7. XII, 19.* (x) *X, 26. XXV, 13.* (y) *XV, 23.* (z) *XIII, 17. XVIII, 13, 14. XXIV, 26.* [a] *IV, 16. XIV, 31. XXVIII, 24.* [b] *sup. 16.*

Unica, quòd hic inops: ideoque haud contere iner-
23. mem [c]
In portâ [d] atque foro. Vindex erit, ecce! JEHOVA,
Litis eorum actor [e]; spoliantes lumine, rursum
Luce orbaturus.
24. Quem nôris bile tumentem [f],
Nunquam, accire, para, socium [g]; comes ire, recusa,
25. Assueto furiis [h]: ne consuetudine [i] discas
Ejus amare viam [k], laqueumque [l] anima intima
prendat.
26. Sunt, qui offerre manum figendam, alienaq; danda
Præcipites spondere [m], solent: quos inter adesse [m],
27. Abnue! cur [n] posthàc (nisi sit, quo debita solvas)
Creditor abripiet stratum te subter habendum?
28. Teminus antiquus [o], tibi quem posuêre parentes,
Sit pietate suâ immotum, inviolabile signum [p]!
29. Vi-

[c] *III, 34. XV, 15. n. Eccles. VI, 8.* (d) *I, 21. m prius. XXIX, 7. XXXI, 23. 31.* [e] *XXIII, 11. XXV, 9. Eccles. V, 7. Jerem. L, 34.* [f] *I, 17. f med. III, 31. XII, 16. XIV, 7. XXIII, 2. XXIV, 8. XXVII, 3. XXIX, 22.* [g] *conf. III, 28. y. XIII, 20. f. XVIII, 24.* [h] *III, 31. VI, 34. z. XII, 16. f. idiotismus, 2. p. XIII, 20. XIV, 7.* [i] *XIII, 20.* [k] *II, 15. &c.* [l] *XII, 13. u. XXIX, 6.* [m] *VI, 1. 31. XI, 15. XVII, 18.* [m] *XXIII, 20.* [n] *V, 20. Eccl. V, 5. VII, 17, 18.* [o] *VIII, 23. Eccl. I, 4.* [p] *XV, 25. XXIII, 10. Eccl. X, 9. CHRYSOSTOMUS*, homil. in Seraphim. *Peplus est aureus expositio Scripturæ, stamen est aurum, subtegmen est aurum; aranearum telas non attexo: novi cogitationum mea-*

29. Vidiſtíne [q] virum, quem non vigilantia velox [r]
Ulla fugit, ſcitè commiſſum in munus euntem [s]?
Ante oculos regum [t] is ſtabit [t]: nec ſtabit ad umbras.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Menſæ Principum, periculoſæ. 1, 2, 3. Deſiderium diteſcendi, irritum. 4, 5. Avari & ſtulti, intractabiles, indociles. 6, 7, 8, 9. Majorum & pupillorum quæ ſunt, defenſorem habent Deum. 10, 11. Obediendum atque

diſcen-

rum imbecillitatem. Noli transferre terminos, quos poſuerunt patres tui! *Terminos movere, tutum non eſt: & quo pacto, quæ DEUS poſuit, transferemus? ATHANASIUS*, epiſt. ad Epiſcopos Afr. *Ariani neque DEUM metuerunt, ita dicentem:* Ne transmoveas terminos æternos, quos poſuerunt patres tui! *&*, Qui accuſat patrem aut matrem, morte moriatur! *neque Patres noſtros quicquam reveriti ſunt, denunciantes anathema, ſi quis contraria ſuæ ipſorum confeſſioni ſentiret. Siquidem Occumenica Niceæ Synodus celebrata fuit à trecentis & octodecim Epiſcopis, ut de Fide agerent, convenientibus: idq; ob Arianicam impietatem, quò caveretur, ne deinceps particulatim cavillationes fidei orirentur, aut, ſi ortæ fuiſſent, ne autoritatem haberent.* (q) *XXI, 5. XXVI, 12. XXIX, 20.* (r) *VI, 18.* (s) *XXI, 5. 25, 26. oppoſ. ſup. 13. XVIII, 9. conf. Eccl. IX, 10. CHRYSOSTOMUS, in cap. XXI. Matth. hom. 69. Noli dicere: colloquar cum uxore; antequam proficiſcar, negotia mea componam. Hæc tarditas negligentiæ initium eſt. Memento, voluiſſe quendam ordinare domum ſuam, & non fuiſſe à Prophetâ dimiſſum. Quid dixi, domum ordinare? ſepelire patrem diſcipulus voluit; & non permiſit Dominus. Atqui nulla res tam neceſſaria videtur, quàm ſepeliendi patris officium: Chriſtus autem non permiſit. Quamnam ob rem? Paratus ſemper diabolus eſt, ut ingreſſum ubique attentè quæritet; &, ſi parvæ tarditatis cauſſam apprehenderit, magnam inde conflabit deſidiam. Propterea admonet Sirac. V, 8. dicens:* Noli de die in diem procraſtinare! *Sic enim plura emendare poteris: ſic domum quoque tuam probè diſpones.* Quærite, *inquit Dominus*, primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis. (t) *ſup. 11, 9.* (t) *XXV, 6.*

discendum, antequam obedientiam & diligentiam ab aliis requiras. 12. Castigatio, maximum beneficium. 13, 14. Animus fidelis, identidem excitandus denuò, ad illuminationem & sanctificationem, mente, ore & opere, excolendam Evangelicè. *15, 16. Mali, non æmulandi: fundamentum unum retinendum, timor DEI; quo vindicato, salva omnia. 17, 18, 19. Intemperantia, mater inopiæ. 20, 21. Parentibus obsequendum. 22. Acquirendus veritatis habitus, donis naturalibus & spiritualibus, horumq; usu decente atque distincto. 23. Filius, intendit meritò paternam & maternam lætitiam. 24, 25. Excusitandæ mentes sapius. 26. Nihil tam noxium, quàm meretrix, sive aliena. 27, 28. Occasio & caussa luxûs, atque aliorum malorum* habitualium; *vini abusus. 29, 30.--35.*

SI mediis videare tibi discumbere in astris,
Cum domino regnante [u] sedens, ut fercula sumas;
Contemplator [x], (&, hoc te velle, subinde memento)
Conspectu quænam tecum versentur in ipso.
2. Parce epulis: primò, vim duram, ensemque minacem,
Faucibus apponas [y]; si quid rationis, in usu
3. Mentis, habes [z]. captare [z] cibos [a] ac pocula, noli,
Principis: haud esca [a] hæc stomacho respondet [b] alendo.

4. Quid

PARALLELISMUS CAPITIS XXIII.

(u) *XXII, n. o. XXVIII, 15. XXIX, 12. 26. Eccl. X, 4.* (x) *conf. inf. 23. e. I, 2. d.* (y) *conf. XX, 25. Eccl. X, 9.* (z) *I, 17. f med. 19. h prius.* (z) *XIII, 4. c.* (a) *XXVII, 27. AUGUSTINUS, in Joh. tract. 84. Quæ mensa est potentis? nisi, unde sumitur corpus & sanguis ejus, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est, ad eam sedere? nisi, humiliter accedere. Et quid est, considerare & intelligere, quæ apponuntur tibi? nisi, dignè tantam gratiam cogitare. Et quid est, sic mittere manum, ut scias,*

4. Quid juvat, insanum frustra exercere laborem [c]
Diteſcendi [d] animo? deſiſte, incepta fovere [e]
5. Conſilia affectu pravo! tua lumina [f] vecors
An [g] volitare [c] jubebis in id, quod non erit usquam [h]?
Mox ſibi enim, ruptâ requie, circumdabit alas,
Qualibus alituum regina levatur in altum [i];
Teque tuamque aciem, nubesque, & ſidera vincet.
6. Quidam oculo malus [k] eſt; cujus, ne veſcere pane,
Nec menſas, opta, digito contingere opimas [l]:
7. Certè hic, quo gaudet modulo [m], metitur eodem.
Mande! bibe! is dicet tibi: verùm, averſa voluntas
8. Abs te ſemper erit. tua fragmina [n] lætus edebas;
Læſus at illa vomes [o]: quæque edita ſuavia verba [p],
9. Perdita ſunt. ideò, fari dementis [q] ad aures,
Deſine: quandoquidem ſermonis pondera [r] ſpernet [s].

10. Li-

quia talia te oportet præparare? niſi, quia ſicut pro nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sic enim ait etiam Apoſtolus Petrus: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus. Hoc eſt, talia præparare. (b) *XIV, 5. 25. XXI, 19.* (c) *XIX, 2. 0. Eccl. II, 26. V, 15.* (d) *X, 4, 5. 22. XII, 24. 27. XIII, 4. 11. 23. XXI, 5. 17. XXVII, 23. XXVIII, 20.* (e) *III, 5. m. 7. p. Eccl. IX, 11.* (f) *conf. Eccl. IV, 8.* (g) *V, 20. XXII, 27. Eccl. V, 5. VII, 17.* (h) *V, 20. conf. XIX, 1. XXII, 27. Eccl. IX, 11.* (i) *XXX, 19.* (k) *XXII, 9. XXVIII, 22. Eccl. IV, 8. Luc. VI, 38.* (l) *Eccl. V, 10.* (m) *XXIV, 8. Eccl. V, 16.* (n) *XVII, 1. k.* (o) *XXV, 16. XXVI, 11. conf. XVII, 9.* (p) *XV, 26. XVI, 24. XXII, 18.* (q) *I, 7. 22. q.* (r) *III, 4. k. XII, 8.* (s) *inf. 22. conf. XXVI, 4, 5.* CYPRIANUS, ad Demetria-

10. Limitem, ut æternus ruris qui testis habetur,
Tu, transferre, time; prohibeque ! nec invidus ito
11. Pupillorum in agros. mihi crede, redemtor eorum
Strenuus est, nimiumque potens: tutabitur ille,
Contra te, istorum caussam [u].
12. Corde [x], obsecro, cede
Lenibus imperiis monitorum: & sensibus [y] imis
Dicta, sciendarum [z] rerum quæ plena, repone.
13. Castigare tuum puerum [a], non ulla vetabit [b]
Humani formido mali. virga, una medela est [c];
Quâ

num. *Oblatrantem te, & adversus DEUM, qui unus & verus est, ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, frequenter contemseram: verecundius ac melius existimans, errantis imperitiam silentio spernere, quàm loquendo dementis insaniam provocare. Nec hoc sine magisterii & nominis Divini autoritate faciebam, quum scriptum sit:* In aures imprudentis noli quidquam dicere; ne, quando audierit, irrideat sensatos sermones tuos! *& iterum:* noli respondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne similis fias illi! *& sanctum quoque jubeamur intra conscientiam nostram tenere, nec* conculcandum porcis & canibus *exponere.* (t) *XXII, 28* (u) *XXII, 23.* (x) *inf. 26. I, 2. d.* (y) *IV, 20. V, 1. XXII, 17.* (z) *XIX, 27* (a) *I, 2. III, 11. XXII, 15.* (b) *III, 27. x.* (c) *XIII, 24. XV, 10. XIX, 18. XXIX, 15. 17. CLEMENS* Alexandrinus, Pædagogi *lib. I. c. 9. Pulchrum quidem certè est, non peccare. Bonum verò etiam, ut, & qui peccat, ducatur pœnitentiâ: quemadmodum optimum quidem est, semper esse sanum; bonum autem est etiam, à morbo convalescere. Hac ratione per Salomonem præcipitur Prov. XXIII, 13, 14. Reprehensio enim & increpatio, sicut vel ipsum Græcum nomen, nempe* ἐπίπληξις, *significat, sunt ipsi ictûs animæ, qui peccata castigant & mortem prohibent; ad moderationem autem & temperantiam deducunt eos, qui feruntur ad intemperantiam,*

Quâ si plectis eum, resecas crudelia lethi [d]
14. Semina. tu corpus baculo [e], tanquam hostis, adures:
Sed, dilecti animam prudens arcebis [f] ab orco [g].
15. Nate! DEI facibus si tu præcordia rectè
Collustrata [h] geres; perfundent gaudia [i] pectus
Magna meum, ac totum mergent me flumine fausto.
16. Quin, pertentabit [l] renum mihi claustra voluptas
Plurima, si dignis resonent tua labra [k] loquelis [k].
17. Artifices scelerum ne demirêre: nec horum
Facta, sinas, tibi cor succendere amore sequendi [l].
Te potiùs [m] firmum teneat lux omnis [n] in uno
18. Ardore, ut timeas JOVAM [o]! post cuncta superstes [n]
Hæc cultura manet victrix, ceu palma virescens [p]:
Et tua spes talis, vivâ ab radice revelli,
19. Nulla unquam poterit [p]. mi gnate, hanc imbibe vocem!
Hinc sapies [q]: hanc ire [r] viam, sit maxima cura!
20. Nemo te luxu permixtum agnoscat amicis [t];
Mutua qui inter se fatui convivia curant,
Ingluviem explentes sibi [s] carne & nectare [t] multo.

(d) *XV, 10. XIX, 16.* (e) *XXII, 15. XXIX, 15.* (f) *II, 12. p.* (g) *I, 12. y.* (h) *inf. 19. I, 5. i post.* (i) *inf. 24, 25. XVII, 21.* (i) *IV, 9. t.* (k) *V, 3. g med.* (k) *VIII, 6.* (l) *I, 10. III, 31. XXIV, 1.* (m) *XVIII, 2.* (n) *XXI, 26.* (n) *inf. 32. V, 4. i. Eccl. III, 22.* (o) *IX, 10. b. conf. XXII, 19.* (p) *II, 21. e.* (q) *sup. 15.* (r) *IV, 14. IX, 6.* (s) *XX, 1. 13, 14. 20.* (t) *inf. 30, 31. IV, 17. f.*

21. Addictum Baccho, atque gulæ [t], penuria victûs [u]
Opprimet: ac Somnus [x], lacero velabit amictu [y],
Corpus iners.
22. Sine fine para, parere [y] parenti,
Dante DEO qui te genuit: genitricis & almæ
Provectum ſenium venerare [z]; heu, deſpice [a] nunquam!
23. Semper emas [b] verum [c]! neque idem tu reſpue vendens!
Omnia vende [d], ut emas ſolùm veracia terna:
Judicium Sophiæ, moderamen, & ordinis uſum [e]!
24. Lætitiâ exſultat [f], juſti ſator [g]: editus olim,
25. Si ſapiat; gaudebit eo generator. Ovantem
Redde patrem, matremque tuam! vide, ut arida fidæ
Oſſa creatricis recrees ſucceſſibus auctis [h]!
26. Jamque novo ſtudio mihi des cor [i], quæſo, docenti,
Nate! tuique oculi luſtrent veſtigia noſtra [k].
27. Rurſus enim ex plano dictum; fovea alta quòd omnis
Sit meretrix [l]: atqui, conjux aliena [m], periclum
An-

(t) *XIII, 20. f.* (u) *VI, 11. e. XX, 13. s.* (x) *VI, 10. c. XX, 13.* (y) *XXXI, 21.* (y) *ſup. 12. 19.* (z) *I, 8. r.* (a) *X, 1. z. XI, 12. b.* (b) *IV, 7. r.* (c) *VIII, 7. Eccl. XII, 10.* (d) *IV, 7.* (e) *I, 2. d.* (f) *idiotismus idem ſup. 1. x.* (g) *oppoſ. XVII, 21.* (h) *ſup. 22. XVII, 25.* (i) *ſup. 12. Eccl. VII, 21, 2. Paral. XI, 16.* (k) *III, 1. IV, 13.* (l) *VI, 24. k.* (m) *II, 16. x.*

Anguſti putei (ut furtum, fugienda) minatur.
28. Ac veluti prædam latro venatur, & urget [n]
Mille viis: ſic inſidias ſtruit utraque turpes.
Accidit incautis major quoque plaga tremenda:
Corpora non tantùm lædit truculenta vorago
Inter Adamigenas; plures ſed perdit [o] & intus
Perfidiâ [o], quâ non peſtis crudelior ulla eſt.
29. Unde [p] malum tantum? eccui væ? cuinam excidit, eheu!
Vox miſerabilium? rixæ [p], cum murmure acerbo,
Cui ſine fine adſunt? ſine cauſſâ [q] vulnera [r] cuinam?
Dic, cui triſte rubens corrumpat lumina torpor!
30. Dico: his, qui cauſſas, oblata ad vina [s] morandi,
Innectunt; veniuntque, ut pocula mixta requirant [t].
31. Ah, ne tu, aſpectans [u] laticem, capiare, quòd iſte
Fortè colore rubro placeat pretioſus; &, auri

(n) *I, n. 18. VII, 12.* (o) *X, 27.* (o) *II, 22. g.* (p) *Ad interrogationum emphaſin conf. XXX, 4. XXXI, 2. CHRYSOSTOMUS, in Act. Apoſt. XIII, homil. 27. Quemadmodum in civitate, dum obſidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hoſtibus oppugnationem aggredientibus: ita in animâ fit, vino & voluptate ingrediente. Cui væ? cui turbationes? cui inſuavitates & nugæ? cui judicium? nonne his, qui immorantur vino? cujus ſanguinolenti oculi? Conf. CLEMENS* Alex. Pædag. lib. II. c. 2. (p) *III, 30. 2 ſec.* (q) *I. n. 17.* (r) *XX, 30. XXVII, 6.* (s) *ſup. 20, 1. XX, 1.* (t) *XVIII, 17.* (u) *Gen. III, 6.*

Quòd radians ſpecie, fauces molliſſimus intret [x]!
32. Fine ſuo [y], ut ſerpens [z], mordebit [z]; &, aſpidis ictu
Mortifero pungens, didet ſua tela repentè.
33. Hinc oculi ardebunt, aliis [a] ſe paſcere flammis
Illicitis: è corde tuo perverſa [b] loquêris:
34. Atque eris, ut ſomnum medio [b] ſuper æquore ducens [c];
Quemque quies, mali ſupremo in vertice, ludit.
35. Me percuſſerunt [d], dices [e] torpedine victus,
Nec tamen indolui: me contudêre [f], nec angor.
En, erit hora [g], mihi, ſurſum evigilare, jacenti
Ut liceat? pergam; ſinite, inſtaurata reviſam
Gaudia nunc iterum [h]: ſociis me reddite comtum!

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Malignorum æmulatio & familiaritas, fugienda: quoniam nihil aliud, quàm perniciosa, meditantur. 1, 2. Sapientia, prudentia, ſcientia, virtutes œconomicæ. *3, 4. Potentia non prodeſt ſine ſapientiâ, in bello aliisq; negotiis. 5, 6. Sapientiæ tria opponuntur; ſilentium ſtulti, technæ malitioſi, & irriſoris ineptiæ. 7, 8, 9. In angustiâ conſtitutis ſi non ſuccurritur, culpa eſt animi remiſſi atque impii; quam Deus omniſcius haud impunitam relinquet. 10, 11, 12. Iterum, acuendi obſequii ergò, commendatur ſapientia; quòd, quemadmodum mel ſuave ac ſalubre eſt* naturaliter,

(x) *conf. GLASSIUS Phil. S. Lib. II, tr. II. obſerv. 6. not. 2. Eccl. I, 13. II, 21. IV, 12. VI, 4. IX, 17.* (y) *ſup. 18. n. XIX, 20. conf. XXIX, 21.* (z) *conf. XXVIII, 8. XXX, 19. Eccl. X, 8. n.* (a) *ſup. 27. m.* (b) *II, 12. q. 14.* (b) *XXX, 19. s. conf. V, 10.* (c) *III, 24. r. VI, 10. c.* (d) *XVII, 10. 26.* (e) *conf. VIII, 4. &c. Eccl. IV, 8.* (f) *XVIII, 6.* (g) *I, 22.* (h) *conf. Eccl. IV, 1.*

liter, *ita utrumque efficacitatem & illa præbeat*, spiritualem *potissimum. 13, 14. Bonus, premitur sæpe; nunquam opprimitur: malus, peccando intereunt. 15, 16.* Epichærecacos [*gaudens alienis malis*] *invisus Deo; ideoq; ipse sibi injurius. Quando ergò tam certa est impiorum pernicies; in miserrimos tales, verè agnitos, non cadet indignatio aut æmulatio. 17.--20. Cum timore Dei, timor Regis,* subordinatus [etiam propter conscientiam *Rom. XIII, 5.*] *necessarius. 21, 22.* Prosopolepsia, *abominanda. 23, 24.* Benedictus *uterque: & benè corripiens, & benè respondens. 25, 26. Necessaria, utilibus præferenda. 27. Fraus nullo, nec vaniloquentiæ, nec blandiloquentiæ modo, inferenda. Vindicta privata, nota impietatis. 28, 29.* Acedia, *seu pigritia omnis, ut in naturalibus, ita & in spiritualibus, identidem excutienda; quibuscunque fieri potest modis, figuris, exemplis, ratione habitâ & malorum & bonorum consequentium. 30.--34.*

PRætereà, de sorte, viris certare [i] malignis [k];
Cumque illis, studii vel laudis amore jugali
2. Te flagrare [l]; veto. nam, toto pectore volvunt [m],
Qui possint vastare [n] alios: labiisque [n], laborum [n]
Horrendam molem, mala quæq; molesta, profantur.
Talibus haud opus est ducibus.
3. Sapientia [o], tectum
Exstruit: exstructum, Prudentia [p] provida firmat [q]
4. Undique: firmatum variâ arte Scientia [r] replens,
Omnium opum [s] decore [t] & pretio [u] penetralia [x] vestit.

PARALLELISMUS CAPITIS XXIV.

(i) *III, 31. b. XXIII, 17.* (k) *conf. III, 29. y.* (l) *XIII, 4. c.* (m) *VIII, 7. XV, 28.* k. *XX, 18.* (n) *XXI, 7.* (n) *V, 3. g med.* (n) *XVI, 26. m.* (o) *I, 2. b.* (p) *I, 2. d.* (q) *III, 19.* (r) *I, 4. b. 7. p. XIV, 10. o.* (s) *I, 13. b.* (t) *XXII, 18. XXIII, 8.* (u) *I, 13. VI, 26. 31.* (x) *VII, 27. Eccles. X, 20.* (y) *I, 5. i.*

5. Stat [z] ſapiens [y] virtute [z] ſuâ: virque optima doctus,
6. Colligit intra ſe [a] vires [b]. Tibi bella gerenda
Conſiliis [c]: multos, unà de rebus agentes,
Impavidis circumvolitat victoria pennis [d].
7. Sunt excelſa [e] nimis, Sophiæ myſteria [f], ſtulto [g]:
Hinc ſilet in portâ [h]; vincla oris nulla reſolvit [i].
8. Molitor ſcelerum [k] ante alios immanior [l] audit,
9. Si quis amat verſare dolos [k]. Meditabitur, amens,
Secum indigna DEO [m]: riſorque [n], ut peſſimus odit
Quæ bona, ſic homini ſano lacrymabile monſtrum [o]
10. eſt.
Roboris [p] anguſti [p] es, qui anguſto [q] tempore [q] neſcis
Pectora funeſtis opponere caſibus ampla;
11. Et labefactus, abis. Lethi ſub limina raptos [r],
Eripe [s]! quos terret tenui diſcrimine clades [t],

Exi-

(z) XX, 24. y. (z) 10. XIV, 26. XVIII, 10. (a) VI, 34. a. X, 23. d. (a) roborat, firmat, VIII, 28. XXXI, 17. (b) VIII, 28. XXI, 21. Eccl. IX, 16. (c) I, 25. q. XV, 22. XX, 18. XXI, 30, 31. Eccl. III, 8. IX, 11, 15, 16, 17, 18. (d) XI, 14. XV, 22. (e) VI, 17. (f) plurale emphat. I, 20. k. (g) I, 7. XIV, 7, 8, 9. (h) I, 21. m. (i) oppoſ. VIII, 6. XXXI, 26. (k) XVI, 1, 2. 9. XXI, 27. t. (l) I, 17. f. (m) X, 23. XXI, 4. (n) I, 22. XXI, 24. (o) III, 32. c. (p) ſup. 5. 27. V, 10. XX, 29. h. Eccl. IV, 1. IX, 10. (p) XI, 8. t. (q) Antanaclaſis. conf. XIV, 24. XXX, 33. Eccl. VII, 7. (q) XXV, 19. (r) I, 19. (s) II, 12. p. AMBROSIUS, in Pſ. CXVIII. Eripe eum, qui ducitur ad mortem: hoc eſt, eripe eum interceſſione, eripe gratiâ, tu ſacerdos, aut tu imperator eripe ſubſcriptione indulgentiæ. Et ſolviſti peccata tua, eruiſti te à vinculis: vinculis enim peccatorum ſuorum unusquisque con-

12. Eximere an [u] parcas [x]? Dices si fortè; latebat,
Ecce! nefas: an non fraudem hanc perspexerit Ipse,
Pondere qui certo librat [y] corda omnia? custos
Ipse tuæ qui animæ, nonne id sciat [z]? Ipse [a] rependet [b]
Cuique opus, ut proprium proli mortalis Adami.
13. Vescere melle [c], bonum quippe est: mi, vescere, fili:
Sitque tuo jucunda, favi [c] dulcedo, palato!
14. Nimirum, hunc confert Sapientia cognita gustum [d]
Exploranti animo: dabit indagata saporem
Atque cibum varium, quem sera [e] agnoverit ætas;
Ra-

stringitur, sicut ipse legisti. Ligat nos vinculis carnis illecebra: vinculum nostrum avaritia est; vinculum nostrum ebrietas est; vinculum nostrum concupiscentia est; vinculum nostrum superbia est. &c. (t) *VI, 28.* (u) *XXV, 26.* (x) *X, 19. u.* (y) *XVI, 2. g.* (z) *inf. 18. XV, 3. a.* (a) *XIX, 21. XXI, 9.* (b) *inf. 29. XII, 14. z. XVII, 13.* (c) *V, 3. XXV, 16.* (d) *XVI, 24.* (e) *II, 3, 4. 21. e post. III, 7. 13. XVIII, 15. XIX, 20. XX, 21. XXIII, 17, 18. GREGORIUS* Nazianz. *Hæc animum meum dejiciunt & mentem contrahunt, & linguæ vinculum injiciunt, faciuntq;, ut non de præfecturâ, nec de corrigendis & gubernandis aliis cogitem; id quod exuberantis cujusdam facultatis est: sed, quomodo ipse venientem iram effugere, atque à vitii rubigine non nihil me ipsum abradere queam; purgarique prius, deinde purgare; sapientiâ instrui, atque demum alios sapientiâ instruere; lux fieri, & alios illuminare; ad DEUM appropinquare, & ita alios adducere; sanctificari, & posteà sanctificare; ducere cum manibus, cum prudentiâ consilium dare. Quando igitur hæc erunt? inquient homines ad omnia celeres, nec satis cauti, facilè ædificantes, & diruentes. Quando lucerna supra candelabrum? ubi talentum? sic enim gratiam vocant. Hæc ii, qui amicitiâ, quàm religione, fervidiores sunt. Quando hæc, & quæ mea sit ratio, quæritis, viri fortissimi? Ne extrema quidem senectus, huic rei præstituta, lon-*

Radicemque spei, quam nulla injuria frangat[f].
15. Improbe, quid demens justi insidiaris[g] honestis
Ædibus[h]? hujus ovis quid sancta cubilia[i] turbas[k]?
16. In mala fortunæ fato cadit[l] integer omnis
Septenis[m] vicibus; totiesque idem inde resurgit:
At, qui succumbunt vitio, interière ruentes[n].
17. Nec verò lætère, tuus quando occidit hostis[o];
Neu corde exsilias[p], talis si offenderit[q] usquam.
18. Effuge tam lævam mentem; ne fortè[r] JEHOVA,
Desuper hanc cernens[s], graviter moveatur[t], & iram[u]
In

gum tempus censeri debet. Senectus enim, cum prudentiâ conjuncta, imperitæ juventuti præstat; & considerata tarditas, inconsultæ temeritati; & breve regnum, diuturnæ tyrannidi: quemadmodum & exigua portio maximi pretii, multis vilibus & periculosis opibus; & parum auri, multis plumbi libris, & parva lux densissimis tenebris. Alioqui verendum est, ne lubrica celeritas, præcepsq; studium, seminibus illis non absimile sit, quæ in petras ceciderunt, & quia terræ altitudinem non habebant, statim exorta, ne primum quidem Solis calorem ferre potuerunt; aut etiam fundamento, in arenâ jacto, quod pluviæ ac ventis ne tantillum quidem restitit. (f) *Verba eadem, XXIII, 18.* (g) *I, 11. x.* (h) *III, 33. XXI, 20.* (i) *Jerem. L, 6.* (k) *XIX, 26. r.* (l) *XI, 5. q.* (m) *VI, 31. VII, 1. AUGUSTINUS,* de Civit. D. *l. XI, c. 31.* Septies cadet justus, & resurget: *id est, Quotiescunque ceciderit, non peribit. Quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus, ad humilitatem perducentibus, intelligi voluit.* (n) *conf. 17. IV, 12. a.* (n) *conf. XXIX, 16. x.* (o) *II, 14. s.* (p) *16. n.* (q) *V, 9.* (r) *sup. 12. XV, 3. CHRYSOSTOMUS,* ad pop. Antioch. *hom. 22.* In supplantatione inimici ne te efferas, *inquit Scriptura. Ne mihi alleges injuriarum acceptarum moles! non enim ejusmodi quid in te facit pertinaciam irarum; sed, quod parum memor es tuorum delictorum, neque gehennam ante oculos habes, aut Dei timorem.* (s) *ob malum*

In te convertat, placidusque indulgeat illi [t].
19. Haud patere, invidiæ miseram exardescere flammam
Intra te in pravos [u]: præcordia concipe nunquam
Æmula, cùm reputas, succedere cœpta profanis [x].
20. Nulla salus, mansura [y] malo: lux impia, fallet [z].
21. Nate! timere Deum [a], Regemque [b], ante omnia cures:
Mobilibusque animis, studia in contraria pronis [c],
22. Misceri [d], caveas. subitò nam terror eorum [e]
Exsurget: quis scit [f], quod utrisq;, ab utroq; paratum,
Ingruat exitium?

COROLLARIUM.

Nec non Sapientibus isthæc
23. Debentur, quæ plura sequor. Dignoscere vultûs
Humanos, decet in vitâ; ac, præferre colendos:
24. Verùm, in judicio, turpe est [g]. si fatur iniquo,
Censeo te justum [h]! judex: huic, dira catervæ
Cuncta canent [i]; gentesque execrabuntur eundem [k].

in Dei oculis: ut 1. Sam. XV, 19. oppos. de homine, XII, 16. f. XVI, 2. XVII, 5. XXI, 2. conf. Eccles. V, 5. [t] Subjectum, *diversum: XI, 10. XVII, 5.* [u] *IV, 16. XVII, 4.* [x] *sup. 1. XXIII, 17.* [y] *sup. 14. c. 15, 16.* [z] *III, 31, 32. XIII, 9. XX, 20. XXI, 4. Ps. LXXIII.* [a] *III, 7, 8. 9. Eccl. V, 6. XII, 13.* [b] *VIII, 15. r. conf. 1. Petr. II, 13.* [c] *XVII, 9. XXVI, 11.* [d] *XX, 19.* [e] *I, 25, 26. VI, 15.* [f] *Eccles. II, 19. III, 21. VI, 12.* [g] *XVIII, 5. a prius.* [h] *XVII, 15. 26.* [i] *XI, 26.* [k] *XXII, 14. XXV, 23.*

25. Increpitare [l] rudem, cœptum id monitoribus ipsis
Dulce [m] erit: inde fluent super hos quoq; fata benigna [n].
26. Optima respondens [o], labiis grata oscula præbet.
27. Antè, foris [p] firmabis [p] opus; tibi rura [o], necesse est,
Sint instructa priùs: pòst [q] demum construe tectum!
28. Non temerè [r], ut testis [s], consurge adversus amicum:
Aut, num [t] illum illicies [u] blandis per vana labellis,
Quem, mandat pietas, labris per vera fovere?
29. Jus tibi suppeditat falsum vindicta, Tonanti
Uni quæ propria est. nunquam, obsecro, fac tua, dicta
Impia: sic alii faciam, ut mihi fecit amoris
Immemor; hujus ei facti reddetur imago [u]!
30. Propter agrum quandoque pigri [x] transire, juvabit:
Obvia fert similem vecordis [x] vinea [y] fructum,
Exemplo ut doceat. Lustravi ego creber utrumque:
31. Ecce autem, spinæ, longé lateque virentes,
Obductis arvis dominantur, & horret ubique
Carduus, ac circùm dant saxea septa [z] ruinas [a].

32. Hæc

(l) *I, 23. p.* (m) *II, 10. n. conf. XI, 26.* (n) *X, 6. m.* (n) *VIII, 8, 9. XIII, 17. XV, 23. r.* (o) *XXII, 13. conf. XII, 12. XXVII, 23. 26.* (p) *VI, 8. VIII, 27, 28. XXI, 29.* (q) *X, 5. k prius. XX, 17. 25. de ordine, Eccl. III, 1.* (r) *I, 11. x.* (s) *VI, 19. z.* (t) *conf. GLASSIUS Philol. S. l. IV. tr. I. obs. 1.* (u) *I, 10. XVI, 29.* (u) *sup. 12. 8. XX, 22.* (x) *VI, 6. 9. 32. x. IX, 16. XIII, 4. XV, 21. XXII, 13.* (y) *XXXI, 16.* (z) *Eccl. X, 8.* (a) *XI, 11. XIV, 1.*

32. Hæc cùm vidi oculis, animo simul omnia obibam [b]:
Et discens, oculos animumque huc sæpe retorsi.
33. Ergò age, non nullus, somnos; non nulla soporis
Furta, admitte lubens; non otia nulla quieti
Exhibeant palmæ, duplicato in mutua nexu!
34. Ast, venit, heus! tibi adest defectus [c]: ut acre viator
Carpit iter; qualisque heros clypeo, instat egestas.

TRACTATIONIS SPECIALIORIS PARS SECUNDA:

COMPREHENDENS V. CAPITA SENTENTIARUM, A CAP. XXV. USQUE AD XXX. QUÆ OMNINÒ ETIAM SALOMONIS sunt; verùm ita, ut collectæ fuerint ab HISKIÆ, Regis Judæ, viris.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Nemo, per se, omnia. 1. Dei est, tanquam Patris, occultare: hominum, tanquam infantium, indagare. Rex tamen, imitatur Dominum, arcanè suis. Quò magis necesse, ut servi injusti amoveantur, nec quisquam affectet summa officia. 2.--7. Finem considerans, tum parcè utetur litibus, tum secreta reticebit sanctissimè. 8, 9, 10. Sapienter dicta, & facta; sive, ad demonstrandum; sive, ad redarguendum; sive, ad expediendum:

(b) *XXII*, 17. (c) *VI*, 9, 10, 11. *e. XII*, 11. *XIX*, 24. *CATONIS* dictum hîc commendat GEIERUS: *Stulti multum sapientibus prosunt, quia eorum exemplo discunt sapere: prudentes verò nihil conferunt stultis, quia hi illorum rectè facta non animadvertunt, nec monita admittunt. conf. XXI*, 11.

acceptissima sunt. 11, 12, 13. Vana gloriatio, irrita. 14. Heroëm non flectit sermo, nisi mansuetus & mollis. 15. Nimium, vertitur in vitium. Familiaritas, contemtum parit. 16, 17. Testis falsus, in se & altero tollit charitatis sensum. 18. Hominem malum, spes sua tandem cruciat. 19. Mœrori non medetur cantilena. 20. Benefacta, reconciliationem adjuvantia, compensantur à Deo. 21, 22. Nullo modo præbenda suspicionis ansa. 23. Discordia domestica, fugienda. 24. Famæ bonum, quò peregrinius, eò carius. 25. Miserationem nihil meretur magis, quàm conditio justi, oppressi coram impio. 26. Beneficiis Dei, naturalibus & spiritualibus, non abutendum; sed utendum, theoreticè & practicè, ad DEI gloriam. 27. Prodigus verborum, urbs perrupta. 28.

IPsius hæc *etiam Salomonis* [d] dicta supersunt:
Quæ congesserunt huc, in loca certa, ministri
Ezechiæ [e], regis [f] Judæ, pendentis ab illo;
Insignes pietate viri.
2. Rem, verbaque sacra [f],
Occultare; Deus statuit, dignum esse stupendâ
Majestate suâ [f]: verùm, explorare [g] latebras
Verborum, atque rei; decus, & laus inclyta regum.
3. Cor regum, patet uni Oculo; summa, ima, videnti.
Antè, polorum apices numeris conscendere; & antè,
Indagare soli, dabitur, dimensa profunda:
Quàm regnatorum, liceat, penetrare recessûs [h].

4. Aufer

PARALLELISMUS CAPITIS XXV.

(d) *Conf. I, 1. X, ante v. 1. x.* (e) *Conf. Matth. I, 9, 10.* (f) *conf. inf. 6. VIII, 15. r.* (f) *XIII, 5. XIV, 15. Eccl. I, 8. 10.* (f) *LXX.* Gloria Dei abscondit sermonem. *De quo sensu vid. ATHANASIUS infrà ad Eccles. VII, 23, 24.* (g) *XVIII, 17.* (h) *conf. 2. XXI, 1. Psalm. LXIV. 7.*

4. Aufer [i] ab argento ſordes [k]; ſplendore placebit
Artifici, vaſis pretioſi forma, decora:
5. Principis à facie pravum ſi quemque repellas;
Tunc ejus ſolium juſtis firmabitur auſis [l].
6. Tu tamen haud rapies tibi, nec jactabis honorem
Coram terrarum domino [l]! neque ſtabis [m] in aulâ,
Magnorumque [n] loco; niſi eò ſis ritè vocatus.
7. Quid ſatius? dicántne, eja huc aſcende! minores
Deſere! num mavis, ipſo ſpectante dynaſtâ [o],
Qui facilis dedit ora tuis, de ſede moveri [p]?
8. Nec te præcipites in jurgia [q]: proſpice finem!
Nam quid ages tandem [r], ſi te turpaverit alter
9. Opprobriis [s]? Sine felle, tuâ defungere cauſsâ [t]
Cum ſocio: arcanumque hujus tu detege nulli [u].
10. Hîc tibi ni caveas; quisquis te audiverit, auſit
Arguere infidum, meliusque avertere nomen [x]:
Quod fruſtrà repetes. Nam mens, ſibi conſcia recti,
Quà licet, haud lædit ſpectati dextra favoris
Pacta, & amicitiæ vinclum [y].

(i) *hîc notat, ſeparare: ſed VIII, 7. XV, 28. loqui, meditari.* (l) *ſup. 1. f.* (k) *XVII, 3. XXVI, 23.* (l) *XVI, 3. k.* (m) *XXII, 29.* (n) *XVIII, 16.* (o) *VIII, 6.* (p) *XXIX, 23. Luc. XIV, 9.* (q) *III, 30. 2 ſec.* (r) *XXIII, 18. p.* (s) *VIII, 7.* (t) *XVIII, 17. XXII, 23. Matth. V, 25.* (u) *XI, 13. g.* (x) *X, 18. 5. Eccl. IX, 6.* (y) *LXX. & Vulgatus.*

11. Vox edita juſto
Tempore [z], quæq́; volat rerum ſuper ordine, tanquam
Alatis invecta rotis [a]; ſeſe omnibus offert,
Argenti in patinis rident velut aurea mala.
12. Non aliter; ſi quid Sophiæ cultoris [b] in aurem,
Obſequio promtam, cadit objurgantis [c] ab ore;
Hinc utrique aderunt laudes [d]: ceu tortile, collo
Candidiori, aurum decus eſt [e]; atque, Indica ſicut,
In capite & membris, pulchrè ornamenta refulgent.
13. Quale, nivis [f] frigus, meſſis ſub ſidere; tales
Legatus [g] fidus referet, mittentibus ipſum [h],
Delicias: domino is ſpiramina viva reducit.
14. En, nubes, ventusq́ue! nec his fallacibus umbris
Succedit pluviæ quidquam [i]: ſub imagine tantâ
Siſtitur, ingenti ſolvens promiſſor [k] hiatu
Indignum pretium [l].
15. Mulcetur [m] principis [n] ira [o],
Manſuetum inveniens: præduraq́ue diſcutit oſſa [q]
Lingua, ſoni atque rei inſinuans ſe mollibus [r] auris.
Sermonem, haud mitem placidumq́ue, haud accipit heros.
16. Mel-

(z) XV, 23. (a) XX, 26. (b) IX, 8. z. (c) I, 23. p. (d) XXIV, 25, 26. [e] XI, 22. [f] XXVI, 1. [g] XIII, 17. [h] X, 26. XXII, 21. [i] XVII, 16. [k] VIII, 4. XX, 14. [l] XI, 18. [m] I, 10. u. [n] VI, 7. [o] XVI, 14. XX, 2. [p] XV, 18. c. [q] XVII, 22. [r] IV, 3. XV, 1. u.

16. Mella[s] tibi obtingent; ſenſu, vel mente, vel unà
Actibus externis, capienda: cape ergò, refecto
Quod ſatis eſſe poteſt; nimio ne obtuſior uſu
Torpeſcat ſtomachus, ſatiatusque evomat [t] iſta.
17. Legis habe exemplum: niſi pes [u] in dulcis amici
Limine rareſcat tuus; abs te abducet amorem
Ille, tui inde ſatur.
18. De alio, mendacia teſtans [v]:
Malleus, & mucro [z], nec non peracuta ſagitta.
19. Dentis ut infracti, plantæ [a] & titubantis, acerba
Sunt mala: ſpem [b] geminam ſcelerati [c] hora anxia [d]
ſentit.
20. Carmina qui cordi cantat ſuaviſſima amaro [e]:
Hy-

(s) XXIV, 13, 14. Eccleſ. VII, 14. HIERONYMUS, in h. l. *Dulcedinem inveniſti cœleſtis intellectûs: quæ ſpiritualium patrum officio, quaſi prudentiſſimarum apium tibi labore miniſtratur. Vide ergò, ne in eâ plus ſapere appetas, quàm oportet ſapere: ne, dum ſumma intelligere ultra vires quæris, etiam, quæ intellexeras, amittas.* (t) XXIII, 8. o. XXX, 9. (u) *inf.* 19. a. IV, 27. y. Sanctiſſimè GEIERUS: *Libentiùs ſis frequentiùsque cum Deo tuo ac tecum, quàm cum aliis; orando ſcilicet, meditando, te ipſum examinando. &c.* (x) XVIII, 24. c. (y) VI, 19. z. (z) XII, 18. XXVI, 22. XXX, 14. ATHANASIUS, Apolog. ad Conſtantium. *Qui lapide feritur, quærit medicum: ictus autem ex calumniâ, gravius, quàm lapides, feriunt. Eſt enim calumnia* clava, & gladius, & jaculum acutum; *ut dixit Salomo. Sed his veritas mederi poteſt: quæ ubi negligitur, vulnera accepta acerbiora fiunt. Neque aliunde cauſſam traxit iſta per omnes Eccleſias turbatio.* (a) *ſup.* 17. 11. (b) III, 5. l. XIV, 26. (c) II, 22. g. (d) XI, 8. t. (e) XV, 13. 15. XVII, 22. XXXI, 6. Eccl. III, 4. VII, 3. 5.

Hybernis idem, ſtridente Aquilone, diebus
Abjiciat veſtes; nitróque infundat acetum.
Cor macerant curæ: vermes *f* ita pallia, ligna.
21. Te qui odiis exercet; ei, cùm ceſſat edendi
Copia, jejuno properes alimenta ciborum
Sufficere, & latices ſitienti ferre ſalubres *g*.
22. Quo facto, ut prunis *h* cumulatis vertice vivo *i*;
Invitum ſubiges, revocare in priſtina mentem:
Atque JEHOVA tibi certiſſima præmia reddet *k*.
23. Miſſus Hyperboreis Boreas *l* ſi ſpirat ab oris,
Parturiet pluviam: vultûs, infenſa tuentes *m*,
Subdola lingua parit.
24. Teneat te, pace fruentem,
Culminis angellus; modò non ſis pallidus iîsdem

Sub

(f) *LXX. & Vulgatus.* (g) *XIII, 20.* (h) *VI, 28.* (i) *X, 6. XI, 26. XVI, 7. Rom. XII, 20. 2. Reg. VI, 22.* TERTULLIANUS, ad Scapulum. *Diſciplinâ jubemur, diligere inimicos quoque, & orare pro eis, qui nos perſequuntur: ut hæc ſit perfecta & propria bonitas noſtra, non communis. Amicos enim diligere, omnium eſt: inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum.* AUGUSTINUS, de Doctr. Chriſt. *l. III. c. 16. Hîc nullo dubitante, beneficentiam præcipit. Sed quod ſequitur.* hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus: *malevolentiæ facinus putes juberi. Ne igitur dubitaveris, figuratè dictum. Et quum poſſit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad præſtandum; ad beneficentiam te potiùs charitas revocet; ut intelligas, carbones ignis eſſe urentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur ejus, qui dolet, ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo ejus miſeriæ ſubvenitur.* (k) *XIII, 2. 21. XIX, 17.* (l) *Cant. IV, 16.* (m) *XXIV, 24. k.*

Sub trabibus, ſibi quas rixis malè vindicat uxor[n]:
Quamvis jure illas, thalamo ſociatus, haberes.
25. Sicut aquis gelidis reparatur ſpiritus æger:
Longinquâ è terrâ bibitur ſic fama benigna[o].
26. Fons[p] diſturbatus, privataque vena fluento
Limpidiore; vir eſt ſanctus[q], cui parcere neſcit
Impius, in lapſum vergenti[r].
27. Mentio mellis
Hoc ſimul edoceat: licet obſint dulcia quævis,
Plus æquo ſi quis comedat[s]; tamen obvia ab alto
Gloria non tenuis, ſi inveſtigetur eorum
Gloria, quam nexu *Natura* & *Gratia* ſignant[t].
28. Rimarum plenus, qui hac illac perfluit, impos
Flaminis ipſe ſui[u]; meritò, urbs dirupta[x], vocatur,
Quam nudam nullo murus munimine claudit.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Honor, haud conſentaneus inſipienti. 1. Maledictio, inſontem non ferit. 2. Stulto, debetur caſtigatio; reſponſio, vel nulla, vel coarguens: nulla certè functio gravior. 3.--6. Ut eum non decet gloria; ſic etiam is dicto [Biblico, vel alio] ſapiente, non tam utitur, quàm abutitur. 7, 8, 9. Quò quis major, eò impenſior huic cura ſui officii eſt. 10. Inconſtans; canis. 11. Arrogans, ſtulto deterior. 12. Pigritiæ proprietates ſunt: timiditas & tarditas, cum tædio & arrogantiâ. 13.--16. Lites fugiendæ, ut canis rabi-

dus.

(n) *XVII, 1. XIX, 13. XXI, 9.* (o) *ſup. 13. XV, 30.* (p) *, V16. 6.* (q) *IX, 9.* (r) *XXIV, 11. XXVIII, 12. Eccl. IX, 15.* (s) *ſup. 16. Eccl. I, 16.* (t) *conf. ſup. 2. XXIV, 13, 14.* (u) *XXIX, 11.* (x) *III, 3.*

dus. Atque, ut immanis est malitia, si quis, se furiosum assimulans, invasit alterum: ita non minor; si quis fraudem, à se intentatam, interpretatur jocum. 17, 18, 19. Litium caussa & occasio, abolenda. Autor earum, ipse sibi obest. 20, 21. Obtrectatoris blanditiis, nihil molestius. Impius, quàm benigna loquitur, tam maligna machinatur; futura mox manifesta. 22. -- 26. Ut litium, ita & insidiarum autor, sibi ipsi pericula accersit. 27. Quos lingua afflixit, odium persequitur: cujus impetus sub blanditiis exseritur vehementissimè. 28.

NIx[y] fugit æstatem; messi adversatur & imber:
Dementi, nocet omnis honos[z].
2. Per inane vagari
Passer amat, non certa petens: nec hirundo volatum[a]
Persequitur; quum radat iter, nidumque revisat[z].
Vox neque dira[b] virum tangit, meliora merentem[b];
Quin revolat priùs, unde venit.
3. Rudis, aspera flagra
Poscit, equus; frenumque, asinus: sed mentis egeni,
4. In dorso baculum[c]. Non responsabis[d], ut errat
Insi-

PARALLELISMUS CAPITIS XXVI.

(y) *XXV, 13. XXXI, 21.* (z) *conf. 8. IV, 9. XIII, 18. XIX, 10. XXVII, 18.* (a) *VI, 5. 26. XXVII, 8.* (b) *XXVII, 14.* (b) *I, 11. x ult.* (c) *X, 13. XIX, 29.* (d) *I, 28. t. XXIII, 9.* (d) *XV, 1. u. XVI, 1. e. XXIX, 19. Eccl. III, 7. AMBROSIUS*, in Ps. XLIII. Noli respondere insipienti ad insipientiam ejus. *Esto sicut homo mutus & tacens, & quasi non audiens verba insultantium & obloquentium: non, quo respondere nequeas; sed, quo respondere non debeas. Omni enim rei tempus:* tempus tacendi, & tempus loquendi. *conf. 1, Tim. VI, 20. 2. Tim. II, 16.*

Insipiens [e]; ne & tu spectêre similimus isti [f]:
Respondebis [d] ita, ut, promtissima vincula tendas
Stulti stultitiæ; sibi ne videatur acutus [g].
Nil per eum mittas: pedibus nisi te truncare,
Et potare velis violatæ nuncia caussæ [h].
A claudo, in choream, videas si crura [i] levata:
Talis, in ore hominum stupidorum [k], pulchra loquela [l] est.
Quis ligat [m] in fundâ lapidem [n]? non ergò decebit,
Imbelli huic generi splendorem, fortibus aptum,
Credere. Dixi equidem; idque itero: sententia docta [o]
Ore perit fatuo; nec tantùm vana putatur,
Verùm etiam petulanter obest; velut ebrius [p] hamum,
Seu spinam, manibus tollens, se affligit habendo.
Vir magnus, sua cuncta suo moderamine format [q]:
Imprudentem adhibens, simul & conducit inertes.
Ut canis ad vomitum [q]: stolidus [r] sic, prava resorbens,
Ad delira [r] redit [s].

(e) *I, 22. &c. Eccl. II, 14.* (f) *III, 15. VIII, 11.* (g) *III, 7. p.* (h) *Oppos. XXV, 13.* (i) *Cant. V, 15.* (k) *conf. 1. 9. XVII, 7.* (l) *inf. 9. I, 1. 6. XVII, 7.* (m) *VII, 20.* (n) *XI, 1. XX, 10, 23.* (o) *sup. 7.* (p) *XX, 1.* (q) *VIII, 23. f.* (q) *XVII, 9. m. XXIII, 8. o.* (r) *V, 23. m. XXVII, 22. 2. Petr. II, 22. AUGUSTINUS, in Ps. LXXXIII. Quid rursus converteris, ad vomitum tuum? si canis, hoc faciens, horret oculis tuis; tu quid eris oculis DEI?* (s) *XVII, 9.*

12. Vidisti, in parte virorum,
Se qui oculis propriis sapientem judicat ipsum[r]?
Plus tibi de insano, quàm de hoc, sperare licebit[s].
13. Hei mihi! ait deses; pardum via detinet acrem:
Trux leo[t] desævit nunquam isthæc compita circum[u]!
14. In strato huc illuc se versat inutile pondus:
Non secus, ac fertur stridenti in cardine[x] porta.
15. Quando manum condit cereali in vase; gravatur
Segnis[y], ad os tardam sine fulcro accire retrorsum.
16. Respicit ignavus se semper[y], & omnibus unum
Præfert[y]; septem[z] ipsis, responsa docentibus[a] æqua[a].
17. Prætereuntem aliquem lis[a], non sua, corripit æstu,
Accensum[b] subitò: rabidum quo more molossum
Auri-

(r) 5. g. 16. conf. III, 7. o. XVIII, 13. b. XXX, 12. HIERON. confert cum Joh. IX, 41. (s) XXIX, 20. (t) XIX, 12. u. (u) XXII, 13. (x) XIII, 4. 17. XXV, 13. (y) VI, 9, 10. XX, 13. Ad vers. 14. & 15. Hieronymus. *Multi, cùm verbum exhortationis audiunt, cauſſantur de Diabolo, dicentes; velle quidem ſe viam juſtitiæ inire, ſed impediri à Satanâ, ne hanc perficere poſſint. Sicq; hujusmodi excuſationis ſermonibus ſemper in lectio ſui corporis, ſicut oſtium in cardine, vertuntur; &, modò exire ad operandum, modò ad quieſcendum redire proponentes, in ſuis jacere pravitatibus nunquam deſiſtunt. Per manum, operatio: per os verò loquutio deſignatur. Pigro labor eſt, ad os ſuum manum ſuam porrigere: quia deſidioſus quisque prædicator non vult hoc operari, quod docet. Manum quippe ad os porrigere; eſt, voci prædicationis opera concordare.* Conf. ejusdem epiſt. ad Nepotianum de vita clericorum. (y) *ſup. 5. 12. III, 5, 6, 7. p. XIV, 16.* (z) *inf. 25. VI, 13. XXIV, 16.* (a) *XI, 22. 1. XVIII, 13. XXIV, 26.* (a) *XI, 22. XXXI, 18.* (a) *III, 30. 2 ſec.* (b) *XIV, 16. XVII, 14. XVIII, 6. 19. XX, 2, 3.*

18. Auribus apprendit. Pariter, furialibus armis
Ut ſe animans, laqueos flammantes, atque ſagittas[c],
Atque aliud lethi genus, ejaculatur; apertos
Inſultûs deinceps, furioſi nomine, purgat:
19. Sic malus, excrucians variâ vi ac fraude ſodalem,
Addit: nónne equidem per luſum[d] talia feci?
20. Ecce! focum extinguit ſylvæ defectus[e] alentis;
Si delator[f] abeſt[e], contentio[g] magna ſilebit.
21. Ut carbo, ad prunas[h]; ligna ut referuntur ad ignem:
Unusquisque ita ſe, rixas qui inflammat[i], adurit
Conſumitque ſimul.
22. Quaſi blandimenta[i], ſuſurros[k]
Inſidioſi ineunt: ſed, viſcera in alta dolore,
Ferri inſtar, penetrat mendax injuria, ſævo[l].
23. Argenti ſpumis[m] lucem viliſſima teſta
Induit: inſignit cor pravum ardentia labra.
24. His alium ſe fingit[n] homo, qui mente profundâ
25. Fixum odium miſcere dolis[n] conatur. amores
Voce ſuâ totus cùm[o] is ſpirat, credulus illi[p]
Ne ſis: namque, animo ſeptena[q] tremenda[r] recondit.

(c) *VII, 23. XXV, 18.* (d) *XIV, 13. a. XXIX, 9.* (e) *I, 4. b.* (f) *XII, 19.* (f) *conf. 22. XVI, 28. XVII, 14. XVIII, 8. XXII, 10.* (g) *ſup. 17. a.* (h) *VI, 28. p.* (i) *XXI, 9. o.* (k) *conf. 20.* (l) *XVIII, 8. eadem ſententia.* (m) *XXV, 4.* (n) *XI, 1. 18. XII, 5. 20. 22.* (o) *II, 10. h.* (p) *XIV, 15. e. Eccl. VII, 22.* (q) *ſup. 16. z.* (r) *VI, 16. XI, 1. 29. XII, 22.*

26. Fraus, tegit invidam [s]: mox se, fallacia, prodet
Conventu [t] in medio.
27. Foveam [u] qui fodit, in ipsam
Ipse ruet [u]. lapidem [x] grandem in sublime volutans,
Inde relapsurum, metuet sibi.
28. Lingua dolosa [y],
Quos temerè attrivit, nullo dignatur amore [z]:
Acriùs impellet [a], mollita [b] per ora, labantes.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

De futuris haud gloriandum. 1. Laudatio sui ipsius, sordet. 2. Iracundia hominis temerarii, molestissima. Invidia autem, malum majus, truculento furore, & indignatione effusâ. 3, 4. Amor, æstimandus: non, è jucundis signis; sed, ex officiis necessariis. 5, 6. Fames, ut naturalis, sic spiritualis, coquus optimus. 7. Migratio, periculosa. 8. Fidelis amici consilium, præferendum proprio: & ille, consanguineo. 9, 10. Pietas in parentes, utiliùs se non exserit, quàm studio veræ sapientiæ. 11. Calliditas innoxia, haud negligenda. 12. Quicquid temerarium in charitate, vitium. 13. Adulatio, invisa & suspecta bonis. 14. Conjugii discordia, ut tempestas insuperabilis, prævidenda & fugienda. 15, 16. Vir virum acuit. 17. Custodia fidelis, nunquam ingloria. 18. Charitas vera, sui similem parit: nec non hypocritica. 19. Visio, externa atque interna, [nisi vero fidei exercitio ordinatior sit reddita, Joh. XV, 17. 1. Joh. III, 6.] appetitu laborat insatiabili. 20. Laudatio, tentatio. 21. Dementia multorum, inemendabilis. 22. Impensa debetur cura sustentando pecori: impensior, hominibus beandis. 23.-27.

Cra-

(s) X, 12. y. 18. r. (t) XXVIII, 4, 5. (t) V, 14. (u) XXVIII, 10. (u) XI, 8. u. XVI, 27. Eccles. X, 8. (x) sup. 8. XI, 1. d. (y) VI, 17. VIII, 13. X, 18. 32. XII, 19. 22. 27. XVII, 4. (z) IX, 8. (a) XIV, 32. (b) V, 3. VI, 24, VII, 21, 22, 23. conf. XV, 1. u. XIX, 19. q.

CRastina[c] nulla dies tibi sit tam certa, futurum
Ut quidquam memores jactantior[d]: usque latebit,
Postera quam sortem lux sit paritura sub axe[e].
2. Laudibus exornet[f] te alius; non, spiritus oris
Ipse tui: externus[g]; sed non, tua labra[h]: sed, hostis.
3. Est sua tum moles saxo[i]; tum pondus, arenæ:
Me multò graviùs premit iracundia[i] stulti[k].
4. Quàm crudele[l], furor[m]! quantusque agit impetus iram!
Livorem[m] contra, heroüm quis stabit, atrocem?
5. Alterius vitium clarus qui sermo refellit[o],
Præstiterit; quàm, qui erranti malè parcit amico,
6. Occultusque & mutus amor. Nam, vulnera[p] amicus
Fida

PARALLELISMUS CAPITIS XXVII.

(c) *III, 28.* (d) *XX, 14. XXV, 14. Jac. IV, 13, 14.* (e) *Eccl. II, 22, 23.* (f) *conf. 14. 21. XXIII, 25. AUGUSTINUS*, in Johann. tract. 58. *Homini præceptum est:* Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi! *Periculosum est enim, sibi placere, cui cavendum est superbire. Ille autem* [Christus] *qui super omnia est, quantumcunque se laudet, non se extollit excelsius; nec potest rectè dici arrogans Deus. Nobis namque expedit, Eum nôsse, non Illi: nec Eum quisque cognoscit, si non se indicet Ipse, Qui novit. Si ergò, non Se laudando, quasi arrogantiam vitare voluerit; nobis sapientiam denegabit.* (g) *V, 10. 16.* (h) *V, 3. g med.* (h) *XI, 1. d.* (i) *XII, 16. f.* (k) *I, 7. q.* (l) *V, 9. q.* (m) *VI, 34. z.* (n) *XIV, 30. c.* (o) *I, 23. p.* (p) *XX, 30. k. AMBROSIUS, Offic. l. I. c. 34. Benevolentia facit, ut amici vulnera utilia magis, quàm voluntaria inimici oscula sint. AUGUSTINUS, contra litt. Petiliani c. 103. Emendabit, inquit David Ps. 141. me justus in misericordiâ, & arguet me: oleum autem peccatoris*

Fida [q] infligit amans: verùm, multa oscula [r] figit,
Mater ut imprudens, ita sæpe inimicus & osor [s].
7. Disce simul, quantum discedat abusus ab usu!
En! saturata [t] anima audebit contemnere mella,
Et calcare favum [u], suavissima & optima dona:
Contrà, ubi sana fames [x] stimulo est; huic esca & amara,
Iratum stomachum placans, dulcescit abundè.
8. Sicut avis [y], nidos incerta reliquit; at istam
Mox tenet accipiter, pedibusque evisserat uncis:
Vir sic instabilis concredita limina mutat,
Despiciensque suam sedem, in diversa vagatur [z].
9. Un-

non impinguabit caput meum. Quid planius? quid apertius? Malim, inquit, me misericordi objurgatione sanari, quàm blandâ adulatione, tanquam mihi caput ungatur, decipi atque perverti. Sub aliis verbis ipsa sententia est: Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. (q) *XXV, 13. conf. XX, 30. XXVIII, 23. Ps. CXLI, 5.* (r) *XXIV, 26.* (s) *XXVI, 24, 25.* (t) *XIX, 23. XXV, 16, 17. XXX, 9. conf. Eccles. VI, 2, 3.* (u) *V, 3. g.* (x) Spiritualis *maximè: Matth. V, 6. CHRYSOSTOMUS*, ad pop. Antioch. hom. II. Anima saturata favis illudit: animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur. *Et certè quid favis dulcius & melle? sed non jucundum, inquit, non esurienti: quid verò amaris injucundius? sed dulcia sunt in pauperie constitutis. Quòd autem pauperes cum necessitate & esuriè ad cibum veniant; divites verò eum non exspectent, hoc cuique manifestum est: unde legitimam & sinceram voluptatem non capiunt. Nec in cibis tantùm, sed & in potu idem accidere, videre licet: & sicut illic esuries, supra escarum naturam, voluptatem inducit: sic & hìc sitis jucundissimum potum facere consuevit, etiamsi pura sit aqua, quæ bibatur.* (y) *VI, 5. XXVI, 2.* (z) *XXV, 6. Eccl. X, 4.*

9. Unguentum exhilarat[a], nec non ſuffitus odore[b],
Cor infirmi hominis: ſimili dulcedine[c] vincit,
Conſilii[d] proprii ductum, ſincerior uſus
10. Fortis amicitiæ[e]. Tuus eſt qui, & patris, amicus[e];
Dignus honos ſit ſemper ei: tu deſere neutrum!
Nec verò cupias, germani ſanguinis ædes
Viſere, tanquam hoſpes, rebus dum hærebis in arctis[f]:
Juxtà habitans quivis, præſens, præ fratre remoto,
Juverit.
11. Eſto igitur ſapiens, chariſſime fili[g]!
Fac, in corde meo de te perfecta redundet
Lætitia; ut regeram[h], nolit quod criminis autor.
12. Callidus, abſcondit ſeſe, cùm prævidet atra
Nubila: tranſibunt rudiores; mulctaque captos
Perſequitur[i].
13. Rape quæque viro, rape ſtrenuus illi
Indumenta, vadem qui ſe transſcripſerit ipſum:
Proque peregrino ſpondentem, pignora poſce[k]!
14. Ante diem ſurgens, prægrandi ut laude[k], faventem,
Primus ad aſtra vehat; maledicta[l] inferre putatur,

(a) *inf. 16. V, 3. h poſt. Eccl. VII, 1. IX, 8. X, 1.* (b) *VII, 17.* (c) *XVI, 21.* (d) *I, 25. q.* (e) *XVII, 17. d. e.* (f) *I, 27. r.* (g) *I, 8. r. Eadem XV, 20. f.* (h) *I, 28. t. Pſ. CXIX, 42.* (i) *XVII, 26. e. XXII, 3. eadem.* (k) *Eadem XX, 16.* (k) *conf. 2, 21.* (l) *XXVI, 2. conf. XXIX, 5. HIERONYMUS* infert hinc, comm. in Lament. Jerem. c. 1. *Unde ſper-*

Et ſtruere inſidias[m].

15. Acuens in jurgia linguam[m],
Conjux; atque dies, deſcendens plurimus imbre:
Unum onus, iſta duo; nec componuntur[n] ineptè.

16. Quisquis eam cohibet, Zephyros[n] occludit[o] inanes:
Tanquam oleum[p] dextræ, clamans, ſe fœtida prodet.

17. Ferrum, acuit[q] ferrum: fluitantis & ora viri, vir.

18. Si cuſtodieris[r] ficum, gaudebis edendis
Fructibus: acer heri cuſtos, gaudebit honore[s].

19. Sentit homo, erga hominem[t]; vultum, ceu vultus, in undâ
Quisque ſuum cernit.

20. Quâ ſorte, Scheol[u] & Abaddon[u]
Expleri nequeunt: hâc inſaturabilis[x] ardor
Mortales oculos agitat.

21. Conflante magiſtro,
Vas probat argenti rivos, aurumque catinus[y]:
Os quoque ſic, laudans[z] alium, diſquirit[a] eundem.

Tur-

nentes hominum judicia, nec laudibus eorum extollamur; nec obtrectationibus contriſtemur: ſed, ingrediamur rectam viam, & tritas à ſanctis Prophetis ſemitas. (m) *I, 17. f ult. III, 29. y. Res eadem XXIX, 5.* (m) *XIX, 13.* (n) *XXVI, 4.* (n) *XI, 29. Eccl. V, 15. p.* (o) *Enall. ut XIV, 1. Verbum I, 11. II, 1. 7. h. conf. XXX, 4.* (p) *ſup. 9.* (q) *V, 4. Eccl. IV, 9. X, 10.* (r) *II, 8. 11. o.* (s) *XIII, 18. y.* (t) *I, 12. y.* (u) *XV, 11, a. XXIX, 3. XXX, 15, 16. conf. XXXI, 6.* (x) *XXIII, 5. Eccleſ. I, 8. IV, 8. IX, 10.* (y) *XVII, 3.* (z) *ſup. 2. 14. conf. III, 16. c,* (a) *pro ratione laudis, ſpectandæ* activè & pasſivè. *conf. XII, 8.*

Turpia, corde malo: recto, indagantur honesta [b].
22. Contusus fuerit stultus, quasi in ære cavato;
In medio rerum, pilum quas fregit olentes:
Non tamen ex ipso dementia nota recedet [c].
23. Nec tibi cura ovium fuerit postrema, sed imam [d]
Da gregibus; pastumque sciens [e], & singula ad unum [f]
24. Corpora. non omnes ubertas [f] durat in annos.
Perpetua an [g] floret per secula cuncta [h] corona?
25. Jam fœnum apparet; virides jam gramina latè
Explicuêre sinûs: legiturque è montibus herba [i].
26. Vestitum tibi dat, niveo de vellere, cœtus
Agnorum: est ruris, multâ mercede domandi,
Atque acquirendi, pretium in venalibus hœdis.
27. Caprarum ex auctis gregibus te copia nutrit
Lactis, opima fluens: eademque penatibus [k] escam [l]
Sufficit alma tuis omnem, victumque puellis [m].
Pasce ergò pecudes! hominum at præcordia primùm!

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Mala conscientia, mille terrores: bona, leones mille. 1. Principes diruuntur provinciarum vitiis; durant, earundem pietate & virtutibus. 2. Pauper oppres-

(b) Vulgatus. (c) *V, 23. m. XXVI, 11.* (d) *XII, 10. XIV, 10. 0.* (e) *XXII, 17. XXIII, 1. 12. XXIV, 32.* (f) *XV, 6.* (g) *XXIV, 11.* (h) *XIII, 11. Eccl. I, 4.* (i) *XIX, 1, 2.* (k) *XIV, 11.* (l) *XXIII, 2.* (m) *XXX, 8. XXXI, 15.* (m) *XXX, 8. XXXI, 15.*

oppressor, communis fur. 3. Malitia est, laudare malos: bonorum signum hâc in parte, dissensus. Illi, inepti ad judicandum: contrà hi, ad dijudicanda omnia idonei. 4, 5. Egenus integer, præstantior divite maligno. 6. Filii intelligentis specimen, leges servare: exlex, parentum dedecus. 7. Usura, quærit possessorem benignum. 8. Cultus Dei hypocriticus, detestabilis. 9. Integri, semper victores. 10. Pauperis sapientia defæcata, arrogantiam opulenti discutit. 11. Bonorum victoria, commune ornamentum; malorum, calamitas. 12. Inficiationem, ira sequitur: confessionem piam, gratia. Contra duritiem atque exitium medicina, timor religiosus, haud dimittendus. 13, 14. Herus impius, & imperitus; immisericors: misericors, longævus. 15, 16. Homicida, minimè sustentandus. Ut hominem integrè animatum salus sequitur: ita perversum, pœna. 17, 18. Terra, laboranti satisfacit; agri, frumento; animi & corpusculi, virtutibus: [HIERONYMUS in h. l.] vacanti, respondet vacuitas à victu. 19. Quò plus fidelitatis, eò plus benedictionis *veræ: fortuna præoccupata, culpa non sine pœnâ. 20. Tanta mentis corruptio, prosopolepsia; ut nec vilitatis præmii habeatur ratio. 21. Avarus, egestatem, dum fugit, attrahit. 22. Eventus, arguentem præfert blandienti. 23. Injuriam, parentibus illatam, dissimulans, perdit se ipsum maximè. 24. Fiducia in se ipso, infert rixam ac pericula: fiducia in Deo,* benedictionem *parit & liberationem. 25, 26. Eleemosyna, obstat defectui:* benedictioni, *avaritia. 27. Impiis prævalentibus, nox reipublicæ ingruit communis: pereuntibus, emergunt justi cum novâ luce. 28.*

EN! fugiunt, necdum propior vis ulla minatur,
Impius [n], & mala gens: manet imperterritus insons [o];
Ut leo [p] confidit [q], sancti virtute suâ stant [r].

2. Prin-

PARALLELISMUS CAPITIS XXVIII.

(n) *inf. 12. II, 22. g. Ad Enallag. distrib. conf. I, 20. XIV, 1.* (o) *inf. 12. qui sint justi, vid. II, 20. c. IX, 9. a.* (p) *XIX, 12. u.* (q) *inf. 25, 26. III, 5. l.* CHRYSOSTOMUS, in c. VII, Matth. hom. 25. Fugit impius, nemine persequente. *Hujusmodi quippe homines etiam umbras tremunt, etiam*

2. Principibus[r] regio, dissensu aut funere, multis,
Non aliam ob caussam quatitur, quàm propter iniqua:
Quisque hominum[s], ratione utens, ac conscius[t] æqui,
Sic demum precibus regum producit[u] habenas.
3. Cùm prætor[w] surrexit inops[x], violentus & angit[y]
Afflictos humiles: nocet hic, pluvialis ut arvis
Tempestas; qualis fata læta, boumque labores
Diluit, unde solum vix ulla alimenta ministrat.
4. Legem[z] aversantes[a], celebrabunt facta potentis
Injusti: sed enim, juris qui sacra tuentur[b],
Contendent[c] adversus eos. quod nôsse, juvabit.
5. Lumine judicii[d] sincero casla, virorum

amicos suspectos habent, hostes, servos, conscios, ignaros: atque, ante supplicium illud futurum, hîc jam sibi tormenta etiam multiplicant. Idem, in Ps. CXI. *Vitium, etiamsi ad ipsa sceptra ascenderit, & juxta eos steterit, quorum capita sunt cincta diademate, est omnium abjectissimum, & maximè formidolosum; & simile est alicui strepitui ac tumultui, & mari insanienti, etiam si sit maximâ stipatum potentiâ: quemadmodum virtus contrà. Nam licet ad extremam redacta sit inopiam, & sit in ipso carcere; est regibus splendidior, & magnâ fruitur securitate, & sedet in portu nullis agitato fluctibus; non modò nihil patiens ab improbis, sed vel ipso silentio potens ulcisci improbos, & de improbitate extremas pœnas exigens. Quid enim miserius homine esse potest, qui vivit in scelere? &c.* (r) *VIII, 16. t.* (s) *conf. inf. 12. 28.* (s) *cognitione & scientiâ* experimentali. *s. I, 4. h. XIV, 10. o.* (t) *XXV, 5. Eccl. VII, 15. VIII, 12.* (u) *inf. 21. VI, 34. a. XX, 24. r.* (x) *X. 4. g.* (y) *inf. 16. h. XIV, 31. g. conf. XXX, 22.* (z) *7. I, 8. s.* (a) *II, 13. q. Ps. CXIX, 53.* (b) *conf. 7. XIX, 16.* (c) *inf. 25. XV, 18. XXIX, 22.* (d) *sup. 2. s. I, 3. f.*

Impia[d] corda, errant: dignoſcent[e] omnia[e] rectè,
Quærentes[f] JOVAM; ſua ſi commenta fugabunt.
6. Virtutis qui ſe facili fert tramite[f], egenus[g],
Eſt adeò felix; ut, tantam ſorte ſalutem
Attigerit nunquam, quisquis ſe torſit[h] in artem
Greſſibus huc illuc, quamvis opulentus hic eſſet.
7. Gnatus, ubi ad normam[i] cuſtos rigidusque ſatelles[k]
Perſtiterit; mentis maturus acumine pollet[l]:
Sin avidas ſecum nebulonum inglorius aluos[m]
Paſcere[n] amat, viduat famâ potiore parentem.
8. Sæpe quis uſurâ mordaci[o] ac quæſtibus auxit
Divitias[p]: verùm, temerè is collegit[q] acervos,
Dextera quos melior diſperget egentibus orbis[r].
9. Aurem avertit[s] homo, renuens haurire tenenda[t]:
Immemor, extorris quàm ſit cœlo ipſe viciſſim
Cum votis precibusque ſuis[u].
10. Immane barathrum[x]
Se trahit in proprium[y], rectos[z] quicunque, viarum

In

(d) *IV, 4. e.* (e) *ſup. 2. I, 4. b. XXVII, 19. XXIX, 17. Eccleſ. VIII, 5.* (e) *Matth. VII, 22. 1. Cor. II, 14, 15. 1. Joh. II, 2.* (f) *II, 4. f.* (f) *6. 18. I, 12. z.* (g) *ſup. 3. Idem XIX, 1.* (h) *inf. 18. II, 14. s. 15. t. X, 9. 29. XI, 3. 20. XVIII, 23. XIX, 1. XXI, 8.* (i) *ſup. 4. z.* (k) *4. b. II, 8. u. 9. VI, 23.* (l) *I, 4. h. VIII, 9. i.* (m) *XXIII, 20.* (n) *XIII, 20. f.* (o) *XXIII, 32. z.* (p) *I, 13. b.* (q) *XIII, u. 22.* (r) *XIII, 22. m. conf. Eccl. II, 26.* (s) *XVII, 28. XXI, 13. eadem.* (t) *ſup. 7. i.* (u) *XV. 8. p.* (x) *XXVI, 27.* (y) *14. 18. XI, 5. q. 8. u.* (z) *II, 7. b.*

In mala, pellexit [a]: firmâ integritate [b] valentes,
Hæredes [c] tanquam veri, bona quæque [d] capeſſent.
11. Divitis [e] ante oculos, nemo eſt ſapientior ipſo [f]:
Indigus [g] at prudens [h], hunc, ceu pietate minorem,
Scrutatur [i] penitus.
12. Decus [k], & res publica, lætis
Auſpiciis florent, ubicunque exultat [l] Honeſtas,
Et juſti [m] capita alta ferunt: quando evehit audax
Impietas [n] comites, miſer [o] exploratur in antris [p].
13. Occultans [q] peccata [r], luet; neque flore fruetur:
Gratia dat veniam faſſo, qui prava relinquit [s].
14. Fauſta [t] manent hominem, ſanctæ formidinis [u] igni
Aſſuetum aſſiduo [x]: cordis pia ſemina, duro

Senſu

(a) *V, 19, 20. 23. n.* [b] *6. 18. I, 12. 2.* [c] *III, 35. b.* [d] *III, 2. i.* [e] *X, 15. b.* [f] *III, 7. p.* [g] *inf. 20. 27. conf. XIV, 29. y. 31.* [h] *ſup. 7. l.* [i] *XVIII, 17.* [k] *IV, 9. t. XXIII, 24, 25.* [l] *XI, 10. conf. XXIX, 2.* [m] *ſup. l. o.* [n] *ſup. l. n.* [o] *conf. ſup. 2.* [p] *conf. inf. 28. II, 4. XX, 27. b.* [q] *X, 12. y.* [r] *XII, 13. t.* [s] *Eccl. V, 5. Joh. I, 9.* [t] *III, 13. u med. 18. 35.* [u] *I, 7. p. 27. r poſt.* [x] *V, 19. BERNHARDUS*, in Cant. ſerm. *LIV. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. Time ergò, quum arriſerit gratia: time, quum abierit: time, cùm denuò revertetur. Et hoc eſt, ſemper pavidum eſſe. Succedant viciſſim ſibi in animo tres iſti timores: ſecundum quos gratia, vel adeſſe dignatur; vel, offenſa recedere, ſeu, iterum placata redire, ſentietur. &c. CHRYSOSTOMUS*, de Verbis Eſa. Vidi Dominum, hom. III. *In mundanis ac forenſibus judiciis, poſt accuſationem & criminum confeſſionem reſtat mors: cæterùm, apud divinum tribunal, poſt accuſationem & confeſſionem criminum, datur corona.* Oppoſ. timor ſerv. *XXIX, 25.*

Senſu oppreſſa[y], premit præceps in peſſima lapſus[z].
15. Pauperis imperium populi quum fortè maligno[a]
Obtigerit, dominans[b] ſævâ ille cupidine fertur
In tenues timidosque: leo[c] ut commotus[c], & urſus[d]
Inſultans; ſua quos rabies inſtigat edendi.
16. Quòdſi dux[e] terræ diverſa pericula rerum[f]
Ignorat[f]: nec erit tali clementia ritè
Nota, ſed innumeris[g] violentia plena rapinis[b].
Oſor[i] avaritiæ[k], lucro[k] ſibi, proferet ævum[l].
17. Sanguinis effuſi cauſsâ tremefactus[m] Adamus,
Haud ſuſtentatur; licet ad ſpecus avolet Orci[n].
18. Integer[o] ingrediens, ſervabitur. omnia tentans
Compita diſtortis plantis[p], labetur[q] in uno.
19. Arvorum domitor, ſaturi ſat panis habebit[r]:
Sectatus vacuos, ſat paupertatis[s] habebit[t].
20. Vir, bona vera[u] ſequens, horum ubertate[x] beatur[y].
Ad diteſcendum[z] properans[z], ad caſtra nocentum
Trans-

(y) *XXIX, 1. Pſ. XCV, 8.* (z) *ſup. 10. y. inf. 18.* (a) *II, 22. g.* (b) *VI, 7. x.* (c) *ſup. 1. p.* (c) *V, 11. n.* (d) *XVII, 12.* (e) *VIII, 6. z.* (f) *inf. 22. X, 23. d. XI, 12. d. e. conf. IV, 18. VI, 32. x.* (g) *XIV, 29.* (h) *ſup. 3. y. Eccl. IV, 1.* (i) *VIII, 36. e.* (k) *I, 19. g poſt.* (l) *III, 2. i.* (m) *XIV, 31. g. Eccl. IV, 1. y.* (n) *I, 12. a.* (o) *ſup. 6. 10. I, 12. z.* (p) *ſup. 6. h.* (q) *ſup. 10. y. 14. z.* (r) *Eadem XII, 11.* (s) *VI, 11. e.* (t) *I, 31. z prius.* (u) *XII, 17. 19. 22.* (x) *ſup. 16. g.* (y) *X, 6. m poſt.* (z) *XXI, 17, 0 tert.* (z) *conf. 22. XIII, 11. XIX, 2, 0. Matth. VI, 23. 1. Tim. VI, 19.*

Transfugit, imprudens: tum verò non erit insons[a].
21. Turpe, tribunali: facies agnoscere, contra[b]
Judicis officium; nec non, ob commoda victûs[c]
Fas verti atque nefas ab eo, cui robur agendi[d].
22. Haud bonus ille oculo[e], cursu festinus anhelo[f]
Qui conquirit opes[g]: malus est, neque novit, egestas[h]
Quàm subitis alis veniens[i] occurrat avaro.
23. Castigans socium monitis[k], mox inde favorem
Majorem inveniet[l]; quàm, qui modò præpete linguâ
Blandula verba dedit[m].
24. Si quisquam perditus[n], iste
Ante alios damnandus erit; matrémve, patrémve
Qui spolians, inquit: facta est injuria nulla.
25. Irrequietam animam dilatans ampliùs æquo[o],
Ulteriùs tendit sine fine; ac jurgia miscet[q]:
Confisus DOMINO[r], pingueſcet[s] rore benigni
26. Ætheris. insanum fiducia vana tenebit,
Corde suo fretum[t]: dux, quem sapientia cautam

(a) *VI, 29. r.* (b) *Dictum XXIV, 23. conf. XVIII, 5. a prius.* (c) *XVII, 1. k.* (d) *sup. 3. u. XXX, 1. r.* (e) *conf. inf. 27. XXIII, 6. k. oppos. XXII, 9.* (f) *conf. 20. z. Eccl. V, 1.* (g) *I, 13. b.* (h) *conf. 16. f. carens peritiâ. Eccl. I, 15.* (i) *X, 24. d.* (k) *I, 23. p. Res eadem XX, 30. XXVII, 6.* (l) *III, 4. k.* (m) *II, 16. y.* (n) *VI, 32. y.* (o) *X, 1. z. XIX, 26. conf. Matth. XV, 5, 6.* (p) *XVI, 5. XXI, 4.* (q) *4. 16. XIII, 10. q.* (r) *III, 5. l.* (s) *XI, 25. q.* (t) *III, 5, m. 7. p.*

Edocet ire viam [u], casu eripietur [x] ab omni.
27. Dans inopi [y], est dives, positis in fœnore nummis [z];
Nec notus defectus ei: sua lumina retrò [a]
A misero avertens, maledictis [b] auctus [c], egebit.
28. Dum pravi [d] sese attollunt [e], genus omne [f] dolentum
Per latebras humilis sternit pavor [g]: attamen, illis
Ablatis, surgit magno gens aurea cœtu [h].

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Ex admonitionis graduum neglectu contrahit perniciem obduratio. 1. *Subditorum lætitia, aut tristitia, testatur de principibus, bonis vel malis.* 2. *Intemperans, perdit omnia: amans sapientiæ, parentum gaudium.* 3. *Judex justus, salutem affert regioni: donorum cupidus, calamitates.* 4. *Blanditiæ, fallaces.* 5. *In peccato, laqueus: in virtute, gloria. Verè huic deditus, affectu omni discit curare miseros: quam notitiam prætermittit malus.* 6, 7. *Mala concitantur à malis, sedantur à bonis.* 8. *Mens stolida, intractabilis.* 9. *Integrum, persequuntur feroces; prosequuntur recti.* 10. *Taciturnus, loquace sapientior.* 11. *Qualis princeps, tales servi.* 12.

(u) *I*, 12. *z.* (x) *XI*, 21. *i.* (y) *sup. 3. x.* (z) *XIII*, 22. *m. XIX*, 17. (a) *sup. 22. conf. XXII*, 9. (b) *III*, 33. (c) *sup. 16. g. & 20.* CYPRIANUS, de Opere & Eleemosynis. *Vereris & metuis, ne, si operari plurimum cœperis, patrimonio tuo largâ operatione finito, ad penuriam fortè redigaris. Esto in hac parte intrepidus, esto securus: finiri non potest, unde in usus Christi impenditur, unde opus cœleste celebratur. Nec hoc tibi de meo spondeo; sed, de sanctarum Scripturarum fide, & divinæ pollicitationis autoritate promitto. Loquitur per* Salomonem *Spiritus S. & dicit:* Qui dat pauperibus, nunquam egebit; qui autem avertit oculum suum, in magnâ penuriâ erit: *ostendens, misericordes atque operantes egere non posse; magis parcos & steriles ad inopiam postmodum devenire.* (d) *II*, 22. *g.* (e) *Eadem sup.* 12. (f) *sup. 2. 5 prius. & 12.* (g) *XXII*, 3. *XXVII*, 12. *Cant. II*, 14. (h) *XI*, 10. *XXIX*, 2. 16.

vi. 12. Lux naturæ, una omnibus. 13. Thronus ſtabilitur miſericordiâ. 14. Juventus, ſibi relicta, auget multitudinem deplorandorum; caſtigata, acquirit ſapientiam, redditq; fructum ac voluptatem. 15, 16, 17. Miſeria populi ejus maxima, quem reddit ferociorem defectus inſtitutionis, ad illuminandum neceſſariæ. 18. Durus ſervus, durè habendus. 19. Sermo præceps, ſignum peſſimum. 20. Servus, à puero educandus haud molliter. 21. Ut ira rixam, ſic furor peccata, auget. Animus ſuperbus, non extollit; verùm humilis. 22, 23. Participatio, *nefas, morte dignum. 24. Timoris ſtatus, illaqueat magis magisq; : fiducia in DEO, liberat. 25. Fortuna, pendet à ſolo DEO. 26. Boni malos, maliq; bonos deteſtantur. 27.*

VIr, quem multa ſenum feriunt[i] prudentia dicta,
Sed durus[k] cervice; citò frangetur[l]: & omnis
Tum medicina aberit[l].

2. Numero gliſcente bonorum,
Lætatur populus[m]: gemitus dat corde profundos,
Imperitante malo[n].

3. Vir, amans[o] ſapientis[o] honores,
Gaudia conciliat genitori[p]: paſcere[q] ſcorta[r]
Si mavult, diſperdit[s] opes.

4. Dum judicat orbem
Rex[t], terram ſtabilit[t]: turbat[u], qui dona ferenda

PARALLELISMUS CAPITIS XXIX.

(i) *inf. 4. 13. 22. I, 2. c. III, 11. t.* (k) *XXVIII, 14.* (l) *I, 27. VI, 15.* (l) *inf. 16. u.* (m) *conf. XI, 10. XXVIII, 12. 15. 28.* (n) *ibid.* (o) *IV, 6, 7, 8. XVI, 16.* (o) *inf. 8. i poſt.* (p) *XV, 20. f. XXVII, 11. eadem.* (q) *X, 21. z. XXIII, 20. XXVIII, 7. n.* (r) *VI, 24. k.* (s) *VIII, 15. r.* (s) *I, 32. z med. conf. VI, 31. XV, 11. a. XXVII, 20. Job. XXXI, 12.* (t) *inf. 14. XVI, 10. XX, 8. 26. ubi res eadem. XXI, 4.* (u) *XI, 11. b.*

Respicit ambiguus [x].

5. Palpo molliſſima fingens [y],
Greſſibus alterius diſpandens retia ponit [z].

6. In culpâ [a], ſceleratus [b] homo lugebit, ineſſe
Crudelem laqueum [c]: juſtus [d] cantabit, ovabit [d].

7. Hic cauſſam [e] miſerûm novit [f], ratione moleſti
Dignè habitâ: afflictis non vult impendere curas
Improbus [g], aut verum ſtudiumque modumq; ſciendi.

8. Nituntur proceres, urbem turbare [h], profani,
Optima ridentes [i]: prudentes [i], igne [k] tumultûs
Sopito, ut motu è tumido fera corda reſidant [l],
Exorant pacemque Dei, mulcentque regendo
Pectora [m].

9. Vir ſapiens; ſtolidum [n] contendere contra,
Emendandi animo, licet omnem intendat amorem;
Haud iram, haud riſum [o], mens intractabilis audit:
Nec datur ulla quies [p].

10. Tru-

(x) *idiotiſmus idem ſup. 1. inf. 13. 22. conf. XVI, 2. p.* (y) *II, 16. y. XX, 19.* (z) *conf. 6. 25. I, 17. f tert. conf. Pſ. LVII, 7. Eccl. VII, 26. Res eadem XXVII, 14.* (a) *XII, 3. t.* (b) *II, 22. g. IV, 14. e.* (c) *conf. 5. 25. I, 17. f ult. XII, 13. u. conf. V, 22. IX, 9. a.* (d) *I, 20. k poſt. conf. XV, 13 15 XVII, 22. Eſa. XLIX, 13. LIV, 1.* (e) *XXXI, 5. 8. conf. II, 8. l. item XXII, 23. XXIII, 11.* (f) *I, 4. b. XII, 10. x. XIV, 10. o. XXII, 10. 22. XXVIII, 5.* (g) *II, 22. g.* (h) *VI, 19. z.* (i) *I, 22. n. XXVIII, 5.* (i) *ſup. 3. o poſt. & 9. IX, 9. z. a.* (k) *XII, 16. f.* (l) *XV, 1. XXIV, 18.* (m) *Ad rem conf. XI, 10.* (n) *I, 7. q.* (o) *XIV, 13. d.* (p) *IV, 16, XXVI, 19. d.*

10. Truculenti [q], odêre tenacem
Propositi ac sensûs solidi [r]: quem fortibus armis
Defensare [s] student, recto qui ardore feruntur [r].
11. Spiritus [t], intus agens, à stulto [u] effunditur omnis,
Ut nihil occlusi teneat: præstantior, illum
Ornat laude [x], premens [y] retrò [z].
12. Mendacia [a], veri
Sub specie, attendens [b] princeps [c]; tolerare ministros [d]
Non alios [e] poterit, quàm pravum & inane foventes [f].
13. Fraude potens [g], tenui [h]; tennisque occurrit [i] & isti:

HIERONYMUS, in h. l. Vir sapiens si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem. *Doctor sapiens si cum infideli & contumace contenderit: sive tormenta reproborum, sive gaudia narret bonorum; frustrà erga insensatum laborat. Sive lamenta pœnitentiæ suadeat, seu, bonæ operationis quæ sint præmia, dicat; non auditur à stulto. Hinc & Apostoli Judæis dicebant: Lamentavimus vobis, & non planxistis: cecinimus vobis, & non saltâstis.* (q) *I, 12, 16. VI, 17. XIV, 6.* (r) *I, 12, 2. II, 7. h.* (s) *II, 4. f. Seriò quæsita, & agnita; seriò defenduntur. Non minor est virtus, quàm* quærere, *parta* tueri: *ut sapientiam, ita & sapientes ipsos.* [t] *XXV, 28. Eccl. V, 1.* [u] *I, 22. o. Eccl. II, 14.* [x] *Eccl. IV, 2. VIII, 15.* [y] *Ps. LXXXIX, 10.* [z] *XVII, 27. g. 28. Thr. II, 3.* Hieronymus, *ibid. Impatientiâ impellente agitur, ut totus foràs spiritus proferatur: quem idcircò citiùs perturbatio dejicit, quia nulla alterius disciplina patientiæ circumcludit.* [a] *XIII, 5. g.* [b] *I, 24. q post.* [c] *inf. 26. VI, 7. x.* [d] *conf. XIV, 35. XXII, 11.* [e] *XX, 8. Eccl. IV, 15.* [f] *II, 22. g.* [g] *XII, 2. p. conf. sup. 1. 4. & inf. 22.* [h] *X, 4. g.* [i] *XXII, 2. ubi eadem.* GREGORIUS Nazianz. *Ne illum quidem pauperem, hunc autem divitem, ab eo creatum intelligas, ex eoq; in*

Ambo animis, amboque oculis, à Numine lucem
Hausêre; & capiunt, nullo discrimine [k], eandem.
14. Regis [l] honor, vero qui examine juris & æqui
Prospicit [m] exhaustis [n], solio firmatur [o] in ævum [p].
15. Cum virgâ increpitans sermo [q], fert mentis honestæ
Dona [r]: puer [r], ductûs proprii permissus habenis,
Dedecorat [s] matrem [s]; quæ fax & causa pudoris
16. Ipsa sui simul esse solet. Crescente [u] malorum [t]
Progenie, juxtà omne nefas [v] succrescit [u]: at ejus
Stirpis in exitio [x] defigunt lumina [x] sancti [x].
17. Proinde tuam prolem, ne quid mora temporis obsit,
Nunc prece, nunc pretio, terrore minisque secundis
Corripe [y]: virtutem si jam succendis amaris
Subsidiis; tibi pòst, tranquilla pace fruenti [z],
Delicias certas jucundaque præmia reddet.
18. Lux nisi [z] doctrinæ [a] sermone recluditur apto [a],

Per-

pauperem insurgendi ansam arripias: [neque enim constat, an à Deo hujusmodi distinctio profecta sit) verùm, DEI figmentum, inquit, uterque est; tametsi, quod ad res externas attinet, dispari conditione sint. Hoc te ad commiserationem & charitatem inflectat: ut, quum cogitatio illa tibi animos extulerit, hæc eosdem demittat, tegatque moderatiorem efficiat. (k) *conf. Job. XXXI, 15. Matth. V, 45. Joh. I, 9.* (l) *sup. 4. 15. conf. XX. 8.* (m) *sup. 4.* (n) *XIV, 31. h.* (o) *XVI, 3. k. XXV, 5.* (p) *XII, 19.* (q) *II, 11. t.* (r) *II. III. IV. XXII, 15.* (r) *XX, 11. n.* (s) *X, 1. z. 5. l.* (s) *I, 8. r.* (t) *II, 22. g.* (t) *inf. 22.* (u) *sup. 2. XXVIII, 28. h.* (x) *XXIV, 17. n. conf. I, 4. h.* (y) *Idem XIX, 18. conf. IX, 7. 5.* (z) *oppos. I, 32. conf. Eccl. IV, 9.* (z) *V, 23. l.* (a) *XXVIII, 7. 9. conf. Esa. VIII, 20. Rom. XII, 6.*

Perſpicienda palàm: populus populatur [b]; & aufert
Effera vis animos, cohibenda timore Tonantis.
Cuſtos [c] qui legis [a] fuerit, grex ille beatus [d]!

19. Nec ſervilis [e] homo patientem commodat aurem
Culturæ, niſi tu verbis & verbera [e] jungas
Dura ſatis: quamvis [f] intelligat omnia juſſa,
Reſponſo [g] tamen [h] haud digno ſua debita ſolvet.

20. Vidiſtíne [i] virum, dandis ſub vocibus uſu
Præcipitem [k]? ſtipes, reliquâ ſpe, vicerit ipſum [l].

21. Si famulum [m] à teneris blanda indulgentia fovit [n]
Lautiùs: hic tandem [o] nati [p] affectabit honores.

22. Iracundus [q], agit lites [r]: furibundus [q], adauget [s]

23. Crimina [t]. Vana tumens faſtus [u], vaſtavit Adamum,

Ac

1. *Cor. XIV. 2. Petr. I, 19, 20, 21.* (b) *I, 25. r.* (c) *I, 9. s. II, 8. u. o. XXVIII, 4. 7. 9.* (d) *III, 13. u med.* (e) *conf. 21. XIX, 10. q. & 29. oppoſ. XVII, 4.* (f) *VI, 35. c.* (g) *I, 28. t. XXVI, 4. d. oppoſ. XV, 23. XXII, 21.* (h) *Eccl. II, 29. IV, 8. VI, 3. VIII, 17. AUGUSTINUS, Epiſt. 50.* ad Bonifac. *Sicut meliores ſunt, quos dirigit amor: ita plures ſunt, quos corrigit timor. Scriptura autem divina, & propter illos meliores, dixit:* Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas mittit timorem. *Et propter hos inferiores, qui plures ſunt, ait:* Verbis non emendatur ſervus durus; ſi enim & intellexit, non obediet. (i) *XXII, 29. XXVI, 12.* (k) *Sententia XVIII, 13. conf. XVII, 27, 28. vox XIX, 2. o.* (l) *XXI, 5. XXVI, 12. t med. XXVIII, 20. 22.* (m) *ſup. 19. e.* (n) *Res IV, 3.* (o) *V, 4. i. 11.* (p) *conf. Gen. XXI, 9.* (q) *ſup. 1. 4. 13. I, 17. f med. VI, 34. z. conf. XII, 16. f.* (r) *XV, 18.* (s) *Idiotiſmus XIV, 29. XXVIII, 20. 27.* (t) *ſup. 16.* (u) *XIV, 3. XVI, 18. k.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ac semper detrudit: homo se tollit in altum,
Ut lapsu graviore ruat [x]. sin spiritus antè
Est humilis [y], curante Deo decus omne tenebit [z].
24. Cum fure ex spolio partem qui suscipit [a], odit [b]
Ipse suam vitam: nec non, qui cominùs audit
Exsecranda, neque hæc læsis denunciat aris.
25. Si quem terrificus [c] trepidâ formidine stringit [d]
Torpor; hic & mentem nebulis confundit, & addit
Omne malum: in JOVA fiducia [e] firma recumbens,
Casibus è cunctis læta ad fastigia ducit [f].
26. Quærendo [g] multi [h] facies dominantis [i] honorant:
Verùm uno à DOMINO dominorum, sortis habendæ
Judicium [k], sibi quisque capit.
27. Res horrida [l], justis [m],
Est malus: isque malis crux [n], quem via recta [o] se-
quacem
Detinet. ô tutus, dictum hoc si vindicat, hæres [p]!

TRA-

(x) *XVIII, 12. y. Luc. XIV, 11.* (y) *XVI, 19.* (z) *III, 18. g. XI, 16.* (a) *XVII, 2.* (b) *V, 23. VIII, 30. c.* (c) *XII, 25.* oppos. *XXVIII, 14.* (d) *de laqueo sup. 5, 6. c.* (e) *III, 5. l. 21. m. XVI, 20.* (f) *XVIII, 10.* (g) *I, 28. u.* (h) *XIX, 6. z post.* (i) *VI, 7. x.* (k) *I, 3. f. conf. sup. 7. XXVIII, 5. Joh. III, 27. XIX, 11.* (l) *III, 32. c.* (m) *sup. 10. IX, 9. aa.* (n) *vid. l. & Gal. VI, 14. conf. sup. 10.* (o) *II, 7. h. XI, 20.* (p) Vulgatus.

TRACTATIONIS SPECIALIORIS PARS TERTIA:

COMPREHENDENS SENTENTIAS UNIUS CAPITIS, PROLATAS AB AGURE.

CAPUT TRIGESIMUM.

Spiritualis *sapientiæ compos, nullam aliam sibi temerè arrogat. 1, 2. Omnipotentis Dei, & Filii Dei, cognitio, fons salutis æternæ. 3, 4. Salutis conferendæ* medium, *indubitatum est Dei verbum, recipiendum fiduciâ, in DEO unicè collocandâ: nec tamen Scripturæ* Canonicæ *addendum quidquam. 5, 6. Precibus petenda veritas, vanitas avertenda. 7, 8, 9. Linguæ abusus abutenti noxius. 10. Detestandum genus hominum: quod erga parentes ingratum est: quod videri vult purum, nec se purgat: quod affectat sublimia: quod sævit in miseros. 11. -- 14. In hoc mundo, & corruptio, & generatio. inexplebilis: documentum, & lapsûs, & spei. 15, 16. Ut veneranda, naturæ mirabilia: ita abominanda, filiorum pertinacia. 17. Mysteria regni Dei illustrantur figuris eximiis rerum terrestrium. 18. -- 20. Divini judicii specimina,* remotiùs *sequuntur causas* meritorias: *neque proximas excludunt causas* occasionales, morales *aut* physicas. *21. -- 23. Eminet in minimis maximus ipse DEUS. 24. -- 28. In externis quoque, animantium viribus, dona Dei admiranda. 29. -- 31. Nec propositio malo, nec indignationi, insistendum unquam. 32, 33.*

Dicta sequuntur Agur, Vatis doctrina (q): Jakæo
Qui genitore satus. Vir (r) tam divinus, amicis

PARALLELISMUS CAPITIS XXX.

(q) XXXI, 1. (r) VI, 34. a prius.

Reſpondens; Ithielem, Ithielem Uchalemque docebat.
2. Nam, quid ego verbis mea pluribus ora reſolvam?
Atque equidem fateor: multò dementior [s] adſum,
Quàm decet eſſe virum; mihi nec præſtantia mentis [t],
Primo homini quæ prima fuit, ſoli inſita: poſtquam
Hunc lapſum nôſſe, & nimium meminiſſe, neceſſe eſt.
3. Non didici Sapientis Opus [u]; ſatis una ſuperque,
Heu! ſerpentis erat jactantia cauſſa malorum:
Sed, tantùm mihi ſcire datum eſt, quæ myſtica Sanctis.
4. Quæſo, quis aſcendit cœlum, remeansque per aſtra
Deſcen-

(s) *VIII, 4, 5. XII, 1. GREGORIUS* Nazianz. Orat. 29. *Optârim, idem mihi contingere, quod Salomoni: hoc eſt, ut de Deo nihil meum ac proprium, vel cogitem, vel loquar. Nam, cùm his verbis utitur:* Stultiſſimus ſum omnium hominum, & prudentia hominis non eſt in me! *haudquaquam ſcilicet hæc eò dicit, quòd ſtoliditatis ſe ipſum condemnet. qui enim iſtud; quum eam præ aliis omnibus rebus à DEO poſtulâſſet, ac ſapientiam & contemplationem, & cordis latitudinem, arenâ maris uberiorem atque copioſiorem, accepiſſet? Qui fit igitur, ut vir uſque adeò ſapiens, atque hujusmodi beneficium conſequutus, omnium ſtultiſſimum ſe appellet? Hoc vult nimirum; propriam ſe nullam prudentiam habere, ſed divinâ & perfectiori ſapientiâ afflari. Siquidem & Paulus, cùm ajebat;* vivo autem, non jam ego, vivit autem in me Chriſtus; *non utique de ſe ipſo, tanquam de mortuo loquebatur, ſed tanquam de eo, qui præſtantiorem, quàm vulgus mortalium ſoleat, vitam ageret, utpote qui veræ vitæ, nullo{q} mortis fine circumſcriptæ, particeps eſſet.* (t) *I, 2. d.* (u) *I, 2. b. 20. LACTANTIUS de* Falſ. Relig. *l. III, c. 6.* Ubi ergò ſapientia eſt? ut neque te omnia ſcire putes, quod Dei eſt: neque, omnia neſcire, quod pecudis. Eſt enim aliquid medium, quod ſit hominis: id eſt, ſcientia cum ignoratione conjuncta & temperata.

Descendit [x]? quisnam luctantia prælia Venti,
Immanesque animos, tempestatesque sonoras [x],
Imperio premit, ac manuum [y] comprendit habenis?
Ecquis aquas fluidas in vestimenta [z] ligavit
Humida? quis terræ fines communiit omnes [a]?
Dic mihi, si nôris [b], tanto quod Numine dignum
Sit nomen: Gnatusque Patrem quo nomine reddat [c],
Quo veniat tandem mundi melioris Origo?

(x) *I, 12. 4. Joh. III, 8. 13.* (y) *XXVII, 16. Eccl. IV, 6.* (z) *Ps. CII, 27.* (a) *VIII, 29. Act. XVII, 26.* (b) *Joh. XVII, 3.* (c) *VIII, 22. - 32.* (c) AUGUSTINUS, epist. XLIX, qu. 5. *De eo, quòd DEUS habeat Filium, apud Salomonem Sapientia loquens, ait c. VIII.* Ante omnes colles genuit me. *Et, quid est Christus, nisi Dei Sapientia? Item c. XXX.* Deus, *inquit,* docuit me sapientiam, & scientiam sanctorum cognovi. Quis ascendit in cœlum, & descendit? Quis collegit ventos in sinum? Quis convertit aquam in vestimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei, aut quod nomen est filii ejus? *Horum duorum, quæ in extremo commemoravi, unum retulit ad Patrem: id est, quod nomen est ei? propter quod dixerat:* Deus docuit me sapientiam. *Et alterum evidenter ad Filium, cùm ait: Aut quod nomen est Filii ejus? Propter cætera, quæ de Filio magis intelliguntur, hoc est:* Quis ascendit in cœlum, & descendit? *Quod Paulus ita commemorat:* Qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cœlos. Quis collegit ventos in sinum? *id est, animas credentium in occultum & secretum. Quibus dicitur:* Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quis convertit aquam in vestimento? *ut dici posset:* Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis. Quis tenuit fines terræ? *Qui dixit discipulis suis:* Eritis mihi testes in Hierusalem, & in totâ Judæâ, & Samariâ, & usque in fines terræ.

5. Omnis sermo Dei, sincerus [d]: ut igne metallum
Purgatum [d] est. Clypei [e] tutamen Is Ipse quibusvis
Permanet omnipotens, si in Se spes[f] ponitur uno.
6. Tu nihil adde sacris effatis: conscius Autor
Ne te mentitum [g] stringente redarguat [h] irâ.'
7. A Te, bina, Pater! precibus qui flecteris, oro [i]:
Quæ mihi ne abnueris [k], dum vita caduca superstes.
8. Omnia vana, dolum ac mendacia [l], rejice prorsus
In longinqua [l] à me: nec, paupertatis [m] iniquum
Extremæ, da [n], ferre jugum; vel, pondus opimæ
Fortunæ nimium; Tibi dum servire laboro [n].
Nutrimenta [o] peto, rerum pro sorte [p] mearum:
9. Hæc modò! ne, si sim justo plus auctus [q], aberrans
Teque tuosque negem, dicamque: quis, ecce, JEHOVA?
Neve

(d) *XXV, 4. Ps. XII, 7. XVIII, 31. CXIX, 140.* (e) *II, 7. k med. Gen. XV, 1.* (f) *inf. 30. III, 5. l.* (g) *XIX, 9. 22. XXI, 28.* (h) *III, 12.* (i) *XX, 4. t.* (k) *III, 27. x ult.* (l) *XIII, 5. g.* (l) *conf. XXXI, 10.* (m) *VI, 11. e.* (n) *X, 22. XXII, 2. Eccl. V, 19. VI, 2.* (n) *BASILIUS*, lib. Regul. qu. 20. *Quid sapientissimus vir Salomo?* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, *inquit*; sed tribue tantùm victui meo necessaria, ne fortè repletus, mendax efficiar, & dicam: quis me videt? aut egestate compulsus, furer, & perjurem nomen Dei mei. *Sic ille divitias, saturitatem; egestatem verò, summam rerum ad vitam necessariarum inopiam, definivit: nimirum ex eo, quod dicit necessaria, medium quid inter egestatem & abundantiam rerum ad usum necessariarum, declarans. &c.* (o) *XXVII, 27. XXXI, 15.* (p) *VIII, 29. XXXI, 15.* (q) *inf. 15, 16. 22. XXV, 16, 17. XXVIII, 19.*

Neve ego, factus egens [r], furer [s], divinaque prenſem [s]
Nomina; flagitio, ac diro damnandus abuſu [t]!
10. Parce odiis erga quemvis; neque crimine ſervum
Defer [u] apud dominum infenſus: te quippe vocârit
Infandum meritò, atque reum vulgârit habendum [x].
11. Pars hominum, mala quæque ſuo canere [y], auſa, parenti;
12. Nec potiora [z], ſuæ matri, pars, munda [a] videri
Ipſa ſuis oculis [b]; ſordes licet abluere atras
13. Abneget. elato quàm inſurgere lumina vultu [c]
Pars jubet, impatiens dejecti tegmina [d] visûs!
14. Pars, acuunt ſtrictos animi irritamine dentes,
Non ſecus ac gladios [e]; cultrosque ut cote, molares:
Tanta his inceſſit rabies, ſævo ore vorandi [f]
E terrâ miſeros [g], & egenos [h] gentis ab ulnis!
15. Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo,

(r) *XX, 13. 5.* (s) *VI, 30.* (s) *inf. 28.* (t) *XV, 27.* (u) *conf. 11. XX, 20. h. XXVI, 2.* (x) *Eccl. VII, 21.* (y) *vid. 10. & 17. ATHANASIUS*, de Synodis; hoc transfert juſtiſſimè in *Arianos, qui Eccleſiæ Patrum primævorum honorem & ſuam ſalutem propinantes, haud metuant illud, quod in* Proverbiis *ſcriptum:* Mala ſoboles patrem exſecratur! *& eas minas, quæ adverſus ejusmodi homines in lege reperiuntur.* (z) *XXVII, 14.* (a) *XV, 26. e. XX, 9.* (b) *III, 7. p.* (c) *VI, 17. XXI, 4. XXIV, 7.* (d) *IV, 25.* (e) *XII, 18. XXV. 18. XXVI. 22.* (f) *conf. 17. I, 12. 31. XVIII, 21, x prius.* (g) *III, 34. g. XV, 15. n. XXII, 22.* (h) *XIV, 31. i.*

Progeniem ſecum geminatam habet: *Affer*, & *Affer*[i].
Quin tria ſunt, quæ non ſatiantur[j]: *Suffice*, pergunt;
Duc age, duc ad nos! *Opulentia*[k] *ſufficit*; ipſa
Quattuor[l] (exhauſti ſatis eſt!) non addere poſſunt.
16. Tales ſunt fauces Acherontis[m], ſive ſepulchri[m];
Occluſiſque uteri: paribus ſitit arida tellus,
Quæ tota Oceanum abſorbens, cœliſque ruinas,
Quærit aquas in aquis per inexſaturabile corpus.
Attamen ignis, edax magis eſt: plus plusque cremando
Poſcens, in plenis queritur jejunia ſylvis.
Isne usquam expletus clamabit? *Copia*[n]! donec
Indignatus humi theſaurum abſumſerit omnem,
Æter-

(i) *conf. inf. 18. 21. 29. VI, 16.* (j) *ſup. 9. q. & 16. V, 10. q. XII, 11.* (k) *conf. 16. I, 13. b.* (l) *Idiotismus idem infrà 18. 21. 29. VI, 16. Am. I, 5.* (m) *AUGUSTINUS*, de Salutaribus documentis c. 30. *Avarus vir inferno eſt ſimilis: infernus enim quantoscunque devoraverit, nunquam dicit; ſatis eſt! Sic, etſi omnes theſauri confluxerint in avarum, nunquam ſatiabitur.* [m] *XXVII, 20. CYRILLUS* Alexandr. in Habacuc II, 5. *Verè mors & infernus nunquam ſatiantur. Et verum eſt, pro voluntate Babylonii Regis, omnes gentes ſub ejus imperium fuiſſe congregatas. Unde hujuscemodi mala haud immeritò Aſſyriæ ambitionis crimina reputantur. Parvus enim erat illis terrarum orbis, nec omnium nationum ſervitute contenti fuiſſent. Cerni autem poteſt & ipſe peccati inventor, hoc eſt, Satanas, totam terram, ut verbo complectar, ſub ſe redigere anniti, & ceu infernus devorare eos, qui ejus perverſis molitionibus intereunt. Eſt enim bellua inexplebilis, & indomita, & ſuperbiæ plena, deteſtanda revera, & imbuta odio hominum.* [n] *vid. 15. k.*

Æternam invadens, flammâ ſuperante, Gehennam.
17. Si quis acerba minans oculus[n], fidoque ſatori,
Hortandique piæ genitrici, illuſerit[o]; illum
Torrentis corvi effodient, volucrumque magiſtræ
Ore ferent dulcem nidis immitibus eſcam[o]!
18. Tres naturæ iterum vix mente acceſſero partes;
Seu potiùs, quatuor: quartæ quia noxius obſtat
Corrupta usque adeò circum præcordia ſanguis,
19. Nulla ut eam ratio tangat. Via[p] in aëre ſummo
Quàm mira eſt, aquilam[q] cœlorum ad culmina vectans,
Intentata aliis avibus! via flexilis anguis[r],
Rapta ſuper rupem! via nautica, gurgite in alto,
Cor pelagi[s] irritans! ſed enim, via fortis Adami;
Virginis[t] auxilium ſectans, & virginis oſſa,
Agnoſcens, propria eſſe viri[x]; cœleſtia ſpirat[y].

20. Quàm

(n) *VI, 17. a.* (o) *XI, 12. b.* (o) *Ad 17. conf. ſup. n. X, 1. z.* (p) *I, 15. e.* (q) *XXIII, 5.* (r) *XXIII, 32. z. Eccl. X, 11.* (s) *V, 10. XXIII, 34. b.* (t) *VI, 34. a prius.* (u) *Cant. I, 3. VI, 8. Pſ. LXVIII, 26. Eſ. VII, 14. Gen. XXIV, 43. Ex. II, 8.* (x) *Gen. II, 23. III, 24. Eph. V, 30, 31, 32.* (y) *AMBROSIUS*, lib. de Sal. c. 1. *docet*, Salomonem *hîc vaticinari de CHRISTO. c. II. viam* aquilæ volantis, *eſſe Chriſti Domini advenientis ad terram, ac redeuntis ad cœlos. c. III.* petram *eſſe, Chriſti* carnem, *nullâ ſerpentis inimici iniquitate reſperſam, in quâ peccati alicujus veſtigium non apparuit. c. IV.* Navem, *notare* Eccleſiam, *ſub tot periculis hoc in ſeculo haud obnoxiam naufragio. c. V. &c.* Virum, *eſſe Dominum, patrantem miracula in juventute; ſeu potiùs,* in Eccleſia *Novi Teſtamenti, virgine:* [*conf. EUSEBIUS* Hiſt. Eccl. l. IV.

20. Quàm turpe illud iter contrà, quod adultera [z] tendit,
Et tegit! hæc comedit, sua furta [a] abscondere certans,
Osque suum tergens, dicit: non egi [b] ego pravum [y].
21. Terra tribus quatitur: bis bina, haud sustinet unquam.
Quot, quanti & quales non emersêre tumultûs,
22. Ob servi [c] imperium, nunc libera colla domantis!
23. Nabalemque [d], cibis saturatum [e]! propter amicam
Plus nimiò invisam, domino si ducta marita est!
Ancillamque, suæ dominæ si evaserit hæres!
24. Admiranda etiam, levium spectacula rerum
Orbis habet totidem: namque, hæc documenta Sophiæ
Inclyta doctorum curas prævertere cultu,
25. Conspicit omnis homo. Populus, non viribus ingens,
Formicæ [f]: tamen hæ magnos, sub sole labores
Fervente exercent, hyemique alimenta reponunt.
26. Molle, sodalitio stipante, cuniculus, æquè
Est genus; invalidus [g] populus, spectandus in antris
Laude incredibili: per nulla quidem arma, sed artem
Inna-

c. 22.] *quibus* miraculis *opponuntur* hypocriseos *furta*, *quibus Satanæ astu se corrumpunt denuò Christiani*. 2. *Cor. XI*, 2, 3. (z) *VI*, 24. *k. VII*, 10. *&c.* (a) *V*, 3. *IX*, 17. *XX*, 17. *c.* (b) *X*, 29. *XXI*, 15. (c) *XIX*, 10. *XXVIII*, 3. *Eccl. X*, 7. (d) *inf.* 32. *XVII*, 7, 21. (e) *sup.* 9. 15, 16. (f) *VI*, 6. (g) *conf.* 25. *VII*, 26. *XVIII*, 18.

Innatam, rigidis sub cautibus, inque cavernis,
Excoluisse domum, ac posuisse cubilia, gaudet.
27. Regis cura, apibus quæ multa, est nulla [h] locustis [h]:
Nec minùs intereà justum hæ glomerantur in agmen;
Concordesque ineunt turmam, atque exire laborant [i],
Quæque suo distincta loco, velut acta sagitta [k].
28. Ingeniosa suis quæ prendit [l], aranea, fila
Suspendit manibus, texitque: nec, improba, casses
Aularum in foribus celat.
29. Tria protinus illa
Gressibus [m] excellunt [n]: pulchrumque quaterna meatum
30. Expediunt. Leo [o], ceu confidentissimus heros [p],

(h) *VI, 7. Matth. III, 4.* (i) *GEIERUS, è BASILII* hom. VIII. *Quo pacto tibi milites exercitusq; locustæ terribiles enarravero? quæ velut agmine facto sub una tesserâ, in sublime universa simul elata, castris toto latè positis agro, non anteà sanè fructus depascitur, quàm ipsi fuerit id à Deo concessum atque mandatum.* (k) *conf. XX, 17. d.* (l) *suprà 9. 5 post.* (m) *IV, 12. e.* (n) *XVII, 22. 5.* (o) *XIX, 12. u.* (p) *XVI, 31. XXI, 22. XXVIII, 1. Eccl. IX, 11. e.* (q) *III, 31. c. AUGUSTINUS*, contra Faustum l. XII. c. 42. *in Gen. XLIX. Catulus leonis Juda de germinatione filius meus ascendisti, recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis; quis suscitabit eum? Obscura sint ista, si non in Christo evidentissimâ luce claruerunt: si non eum laudant fratres ejus apostoli, & omnes cohæredes ejus, non suam gloriam quærentes, sed ipsius: si non sunt manus ejus super dorsa inimicorum ejus: si non deprimuntur atque curvantur ad terram, crescentibus populis Christianis, quicunque illi adhuc adversantur: si non cum adoraverunt filii*

Armenti omne pecus ſubigit: neque territus ullo
Obtutu is ſtupet, aut retrò formidine cedit.
31. Venatorque canis, lumbos qui robore firmat;
Transmittitque ſimul campos, ſimul arripit hoſtem:
Hircus item, ductor, ſurgens in cornua totus.
Ante homines verò, longè rex [r] emicat altâ
Majeſtate ſuâ; cui nemo impunè repugnat [s].
32. Tu ſi aliquid ſtulti [t], ſufflatus inanibus auris,
Fortè effinxiſti [u]; inſidiis, ratus, affore vires:
Propoſito deſiſte, memorque os comprime dextrâ [x]!
33. Lac capis, uberibus preſſis; è lacte butyrum:
At, malè preſſato naſo [x], cruor inde ſequetur;
Eliciensque iras [x], litem [y] producet iniquam.

TRA-

Jacob in reliquiis, quæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt: ſi non ipſe catulus eſt leonis, qui naſcendo parvulus factus eſt; propter hoc additum, de germinatione filius meus. Cauſſa quippe reddita eſt, quare catulus, in cujus laude alibi ſcriptum eſt; Catulus leonis fortior jumentis, hoc eſt, etiam parvulus fortior majoribus: ſi non aſcendit in cruce recumbens, cùm inclinato capite reddidit ſpiritum: ſi non dormivit ut leo, quia & in ipſa morte non eſt victus, ſed vicit; & ut catulus leonis, inde enim mortuus, unde & natus: ſi non ille eum ſuſcitavit à mortuis, quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. Eo enim, quod dictum eſt, Quis ſuſcitabit eum? ſatis expreſſa eſt tanquam ignoti ſignificatio. &c. (r) *ſup. 22. 27, 28. VIII, 15. r.* (s) *conf. XII, 28.* (t) *ſup. 23. d.* (u) *XXI, 27. t. XXIV, 8, 9.* (x) *Antanaclaſis, ut XXIV, 10. Eccl. VII, 7. conf. VI, 34. z. XII, 16. f.* (y) *III, 30. z ſeq.*

TRACTATIONIS GENERALIORIS ET SPECIALIORIS CONCLUSIO:

MONUMENTUM MATERNÆ INSTITUTIONIS, RELATUM IN LITTERAS PER FILIUM SALOMONEM.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Materna institutio, semper recolenda. 1. Matris cura, justissima. 2. Mulierum amor, quàm maximè obest adolescentibus & principibus. 3. Pariter noxius, vini & siceræ abusus: à quo, tanquam corrumpente ipsos judices, temperandum ita, ut utriusque usus cedatur potiùs afflictis; qui obliviscantur, non officii sui, sed miseriæ. 4.-- 7. Temperantia utraque vehementer juvat justitiam, ut hæc restituatur oppressis, ac vindicetur. 8, 9. PARS capitis ultimi POSTERIOR: commendatio unius legitimæ fidæque conjugis. Hæc, incomparabilis thesaurus. 10. Marito, adjutorium utile, industrium, vigilantissimum, indefessum, assiduum, experientissimum, benignum, securum, providum, decorum, solertissimum, constantissimumque: materfamilias, impigra ad Verbum Dei & laborem urgendum; liberis exemplar, hero gaudium. 11.--28. Encomium, quo vir eam prosequitur: testimonium præstantiæ, oriundæ ex timore DEI; mercedisque ac gloriæ consecuturæ. 29.--31.

DEniq; Rex Lamuel, sua prima elementa ministrat:
Doctrinam [z], erudiit [a] natum [b] quâ provida mater.
2. Nate [c], quid, ô? uterique mei, quid, nate? piorum
Spes mea votorum [d]! quid [e], si qua peritia, donem
Consilii, fato regni ut potiare beatus?

PARALLELISMUS CAPITIS XXXI.

(z) *XXX, 1.* (a) *IX, 7. 8.* (b) *IV, 3, 4.* (c) *conf. Psal. II, 12.* (d) *VII, 14. 15.*
(e) Ad interrogationum emphasin *conf. XXIII, 29. XXX, 4.*

3. Primum, crede, malum tibi jam minitantur amores
Fœminei. misereſce tui, miſereſce parentis!
Ne des *f*, oro, tuas vires *g* (optata viarum *h*
Sic reges perdunt) facibus muliebribus eſcam!
4. Nec tibi (nam pergam, quæ cauſſa arcenda malorum
Altera) nobilium quisquam perſuadeat autor;
Quà libeat, vini *i* conceſſum illuſtribus uſum.
Ne verò, ne te ſententia pertrahat illuc!
Non *k* regum, ô Lamuel! non regum; pocula *l* dulci
Amplecti ſtudio. permagnum eſt dedecus, ullo
Terrarum dominos *l* inflari corda liquore *m*,
Uvarum, aut frugum, qui ſuccis *m* ebria mergat.
5. Nec metus eſt fictus, verùm manifeſtior omni
Fraude fides; talis fera conſuetudo bibendi
Quòd penitus ſoleat paulatim abolere *n* ſtatuta *o*,
Divina atque humana: mero delente timores
Numinibus ſacros, & ſurripiente benignam
Cauſſam *p*, immutatam plerisque, miſerrima paſſis *q*.
6. Ferte citi laticem *r* fortem pereuntibus *s* arctis!

Pecto-

(f) *V*, 9. (g) *XIII*, 22. *l*. (h) *I*, 15. *e*. (i) *IV*, 17. *f*. (k) *III*, 3. 25. *XII*, 28. *XXVIII*, 17. (l) *VIII*, 15. *t*. (m) *conf*. 6. *XX*, 1. (n) *inf*. 7. *II*, 17. (o) *VIII*, 15. (p) *XXIX*, 7. *e*. (q) *idiotiſmus*, *ut* 8. & *Eccleſ*. *XII*, 4. (r) *ſup*. 4. *i*. *m*. (s) *conf*. *XV*, 11. *XXVII*, 20. *t*. *Eccl*. *VII*, 15. *Matth*. *XXV*, 35.

Pectoribusque aliis, curas si pellere amaras[s]
Addubitent, vinum, generosum expromite vinum;
Suavius in venas, cum spe quod divite manans,
7. Sollicitis animis onus [t] eximat! eia age, mœstus
Dono ita quisque tuo, non multùm, at sæpe, rigetur!
Sed, potare modum supra, nil proderit unquam.
Potet egestatis [t] secura oblivia [u] sensim:
Ne porrò excruciet [x] miserum nudumque cupido,
Semper inops; sese ut potiùs sibi reddat amicum,
Haud, mente ingratâ nequicquam, ingrata revolvens [u]
Ampliùs.
8. O princeps Lamuel, mea maxima cura!
Prætereà os aperi constans pro supplice muto.
Esto hominum juris [y] vindex, quoscunque miscellos [z]
Judicium transit [z]: verbis quanquam omnia contrà
Ire vides. contrà, tu tantò audentior insta,
9. Osque reclude tuum; ac justus decerne, quod æquum est,
Justitiæ fidens: ne quis, sibi debita, pauper [a]
Oppressúsve [b] cliens, frustrà miserandus [b] anhelet.

(s) *conf. XIV, 10. XXV, 20.* (t) *Eccl. IV, 8.* (t) *VI, 1. e.* (u) *sup. 5.* (x) *XVI, 26. m. XXIV, 2. n post.* (y) *sup. 5 p. & 9.* (z) *sup. 5. q.* (a) *XIV, 31. i.* (b) *XV, 15. n.* HIERONYMUS, in h. l. *Huc usque verba Lamuel. Hinc sapientissimus regum Salomo, laudes sanctæ Ecclesiæ versibus paucis, sed plenissima veritate, decantat. Constat namque idem carmen*

10. Quod ſupereſt; etiam ille procul, procul error abeſto,
Ne quis fortè neget, cœli venerabile munus
Eſſe piam uxorem, virtutum robore [c] firmam.
Quàm felix fuerit, talem qui invenerit unam [d]!
Quis pretium tali ſtatuet? præſtantia cujus
Rara peregrinas gemmas [e] ſplendoribus anteit [f].
11. Nupta, pudicitiam ſervans, cor ipſa virile
Intus alit; telis, fortunæ triſtis, amatum
Ereptura ſuo niſu caput. ergò nec iſti
Uxori deſunt [g] ſpolia [h] ampla domeſtica, multis

E vi-

verſibus viginti & duobus, juxta ordinem videlicet ac Hebræarum numerum litterarum; ita ut ſinguli verſus à ſingulis litteris incipiant: cujus ordine perfectiſſimo alphabeti typicè innuitur, quòd pleniſſimè hîc vel animæ cujusque fidelis, vel totius ſanctæ Eccleſiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perfititur catholica, [immò utriusque, & Eccleſiæ & animæ fidelis] virtutes ac præmia deſcribantur. (c) *Conf. inf. 29. g poſt. & XII, 4 s. XVIII, 22. conf. Eccl. VII, 29. Ruth. III, 11.* (d) *conf. XVIII, 22. XX, 6.* (e) *III, 15. z.* AMBROSIUS enarrat. in hoc cap. interpretatur etiam myſticè, *Uxorem* de Eccleſiâ; *Unum*, qui invenerit eam, de CHRISTO: *lapides* autem *pretioſos*, quibus illa præſtantior, de Eccleſiæ doctoribus; ex quorum numero *aberraverint quidam, & ab ornamento mulieris iſtius deciderint. Quantum enim pertinet ad doctrinam*, inquit, *unde hæc mulier fulget; lapis pretioſus erat Cyprianus, & manſit in hujus ornamento: lapis pretioſus erat Donatus, & reſilivit à compage ornamenti. Ambroſium* ſequitur AUGUSTINUS, de *Tempore*, *ſerm.* 217, 218. (f) *Conf. 14. XXX, 8. l. Eccl. VII, 23.* (g) *XIII, 25. a prius. Eccl. IX, 8.* (h) *I, 13. XIV, 1. XVI, 19. XXIV, 3.* AMBR. *Undique mundum ſpoliat, rapit undique tropæa Diabolo. Ideò dicit viro ſuo Pſ. 118. Exulto ego in*

E vicibus, palmam quibus occupat: unde viciſſim
Conjugis [i], in ſolâ confidit [k] conjuge, pectus.
12. Grata recognoſcit bona quæque, fluentia ab almo
Conjugii ſocio: cui tota fidelis adhæret;
Omnibus ætatum vitæ, ſortisque diebus,
Reddere [l] quodque bonum gaudens, & tempore nullo
Adverſa. usque adeò varium aut mutabile nunquam
Fœmina, conſcendens thalamum pietatis amore;
Quem labor haud ullus, non ulla injuria frangit!
13. Et lanam, & linum [m], petit ultrò: operamque capeſſit,
14. Pal-

verbis tuis, ſicut qui invenit ſpolia multa. (i) XII, 4. (k) III, 5. l. AMB. Eccleſia ſi non uſque ad finem perſeveraret, in eâ cor Viri ejus non utique confideret. Confidit verò, ut præſcius futuri, & qui falli non poteſt. Non dictum eſt: Confidit in eâ cor filiorum; [poſſunt enim filii parvuli falli] ſed cor Viri, cujus cor nullum mendacium recipit. Planè confidit: &, ut confidamus & nos, docuit. (l) XI, 17. r poſt. AMBR. non ſibi, ſed Viro: ut quæ jam non ſibi vivat, ſed, qui pro omnibus mortuus eſt & reſurrexit. Viro ergò operatur bonum: illi ſervit, illi devota eſt, illum diligit, illi placere ſemper ſtudet. Non ſe ornat, nec propter ſuos, nec propter alienos oculos: non quærit, hominibus placere, non quærit, quæ ſua ſunt: operatur omnia Viro ſuo. (m) Coloſſ. II, 23. mentem Apoſtolicam accommodat huc AMB. Lanam, carnale quid puto; linum, ſpirituale. Veſtimentorum interiora ſunt linea, exteriora lanea. Quicquid carne operamur, in propatulo eſt: quicquid ſpiritu, in ſecreto. — Invenis hominem, porrigentem manu eleemoſynam pauperi, de Deo tamen ibi nec cogitantem, ſed hominibus placere cupientem: lanea veſtis eſt, quæ videri poteſt, interiorem lineam non habet. Invenis alium, dicentem tibi: Sufficit mihi,

14. Palmarum [n] auſpiciis, ardens [o]. Ut in æquore naves [p]
Mercatoris eunt longo [q] ad diſtantia curſu,
Votaque circuitu aſſiduo quæſita reportant:
Hoc matrona modo circumvolat impigra curis,
15. Ut ſibi nacta cibos [r] adducat. Et excitat, ecce!
Sacra Deo, ſurgens de nocte [s]: dat apta miniſtris
Officia, atque alimenta [t]; ſuis & penſa puellis [u].
16. Nec requies; quin tum ſensûs extendat [x] in agrum [y],
Com-

in conſcientiâ meâ DEUM colere, Deo ſervire: quid mihi opus eſt, in Eccleſiam ire, aut viſibiliter miſceri Chriſtianis? lineam hic vult habere, ſine lanâ tunicâ. Non novit, non commendat talia opera [Eccleſia] *mulier. Docenda quidem ſunt hæc ſpiritualia: ſed doceri ſine carnalibus non poſſunt. Illi tamen, qui recipiunt, debent tenere ſpiritualia; &, carnalia ſpiritualia operari.* (n) Oppoſitum, *XXI, 25.* (o) cum deſiderio, ardore. *conf. III, 15. VIII, 11. Eccl. III, 1. 17. VIII, 6.* (p) *conf. XXX, 19.* (q) *conf. ſup 10. f.* AMBR. *Divitiæ, laudes ſunt Viri ejus: Videte, quàm de longè congerat ſibi divitias! Dicit enim Pſ. 112. A Solis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen DOMINI.* (r) *XXX, 25.* (s) *Pſ. XXII, 3. XLII, 9. LXXVII, 3. 7. XCII, 3. CXIX, 55. 62.* AMB. *Noctes, tribulationes ſunt. Hæc ergò de noctibus exſurgit; quia in tribulationibus proficit.* (t) *XXX, 8.* (u) *XXVII, 27.* AMB. *Ipſa eſt ancilla, dans opera ancillis; & ejus eſt mater filii, qui dicit: Ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.* (x) *XXX 32. u.* AMB. *Inde eſt, quod de noctibus exſurgit. Quod enim non videmus, ſperamus & per patientiam exſpectamus. Et multis tribulationibus mercatur agrum, quem proſpicit. Hinc enim mulier fortis dicitur. Sed, quid ſunt noctes illæ pro agro illo? Reſpondit Apoſtolus: Lene & momentaneum tribulationis noſtræ in ſublime æternum gloriæ pondus operatur in nobis; non proſpicientibus, quæ videntur, ſed quæ non videntur.* (y) *XXIV, 27. 0. 30.* AMB. *Verùm qualis eſt ager ille? quæ pulchritudo ejus? Non eſt ille, de quo Adæ dictum eſt: Comedes herbam agri in triſtitiis cunctis diebus vitæ*

Commodus ac justè qui sit venalis habendus,
Merceturque [z] isthunc pretio; tum ex parte reservet,
Plantandis ultrà vinetis [a], parta quotannis.
17. Est lumbos accincta [b] suos munimine stricto:
Brachiaque alternis corroborat [c]. Optima sentit [d],
Crescere res teneras, mercaturamque [e] secundam
Augeri, precibus benè cum moderamine junctis.

Dd No-

tuæ. Sed est ager benedictionis, quem sentiens Isaac patriarcha dixit: Ecce, odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ejus pulchritudo est, de quâ dixit per Prophetam Dominus: Et species agri mecum est. (z) *inf.* 24. II, *i. b.* AMB. *Hic ager non coactum, sed spontaneum requirit mercatorem. Ideò commendatur ille, qui vendit omnia sua, & emit agrum illum. Requirit cor, dicente Apostolo: Unusquisque, prout destinavit in corde suo; & quia, ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Requirit non segnem, sed industrium mercatorem.* (a) *XXIV, 30. y.* (b) AMB *Vide, si est ancilla: quàm devotè servit, quàm accuratè; ne quà parte influant concupiscentiarum sinus, & operantem impediant. Accingit lumbos, ut nihil superfluum calcet, dum festinat in opus; &, ut castitatem custodiat. Castitas enim hujus mulieris, Zona præcepti constricta, ad omne bonum opus semper est parata. Hoc docet Christus Dominus in Evangelio, dum dicit: Sint lumbi vestri præcincti!* (c) *VIII, 28. p.* AMB. *brachia, quasi non defectum: quia, qui aspicit retrò, jam non est habilis regno Dei.* (d) *XI, 22. XXVI, 16. Eccl.* II, *24. V, 17. Ps. XXXIV, 9.* AMB. *Gustavit, quia bonum est operari. Sed ubi est palatum, quo gustatur hoc? Fugiunt homines laborem, & quasi amarum timent gustare. Et quid facit, laborem amare? conscientia bona. Conscientia bona dulce opus facit: nam conscientia mala pungit, & omnia reddit amara. Gusta ergò opus Dei; & videbis, quantum sapiat: &, te ita delectabit, ut non desinas, sed totum consummes. Gustate, inquit Propheta: quia suavis est Dominus. Gustavit ergò mulier, quia bonum est operari.* (e) III, *14. x.*

Nocturnas tenebras flammis funalia vincunt,
19. Non extinguendis *f.* præit ipsa, atque ipsa prehendit *g*
(Haud lusum, aut speculum; sed) agrestia licia, telæ
Addita: utrâque manu tractans pulcherrima fusum *h*.
20 Nec cunctata, simul pavidis expandere dextram:
Sueta, manus largas cupido transmittere egeno *i*.
21. Hinc pia tutò habitat, trabibusque imbellibus audet
Fidere; nec metuit, pluviæ ne his, néve procellæ,
Néve nives *k* noceant: nam, quicquid in ædibus auræ
Expositum, miserans duplici vestivit *l* amictu.

Non

(f) XIII, 9. p. AMB. *Lucerna ejus, spes ejus: quæ ardet in nocte. Quod enim speramus, non videmus; ideò nox est. Si autem non videmus, nec speramus; nox est, & lucerna non ardet. Quid tenebris hujusmodi infelicius? Ut autem in tenebris non deficiamus, sed per patientiam expectemus: quod non videmus, speremus. Totâ ergò nocte ardeat lucerna nostra. Et quia, qui nobis quotidie loquitur verbum, oleum infundit, ne lucerna extinguatur: ideò quotidie audiamus verbum, suscipiamus oleum, sustentemus lucernas ardentes; ut docet DOMINUS: & lucernæ ardentes in manibus vestris!* (g) III, 13. g. (h) AMB. *Attendite in lanificio duo instrumenta, colum & fusum: in colo lana involuta est, ut filo trahenda & nenda transeat in fusum. Quod in colo est involutum, est futurum: quod in fuso collectum, jam præteritum est. Opus ergò tuum, in fuso, non in colo est. In colo est, quod facturus es: in fuso, quod feciſti. Vide ergò, si aliquid habes in fuso; ibi firmentur digiti tui: ibi sit fortis conscientia tua! ibi securus eris. Matth. VI, 33. 34. Rom. XIV, 17, 18. 1. Joh. III, 21, 22.* (i) III, 27, 28. XI, 24. l. (k) XXVI, 1. y. (l) XXIII, 21.

Non tabulata modò, quòd, ſumma & culmina, ſubſunt
Tegminibus geminis, hyemem avertentibus udam:
Nec tam, quòd gemina humanis velamina dantur [m]
Corporibus, ſatis ut defendi à frigore poſſint;
Quàm, quòd cura DEI longè pars maxima tecti eſt.
22. Tum verò ſibi nec cultum circumdare neſcit,
Quem decet. arte parat, non emta aulæa, tapetas [n],
Ingenii documenta ſui, pretioſaque texta.
Obtegitur byſſo, nitidiſſima: veſtis honore [o]
Purpureo ſeſe cingit, ſanctiſſima conjux.
23. Intereà inſignem [p] veneratur celſa maritum [q]
Curia [r]: quem, terræ ſeniorum ſede ſedentem [s],

(m) AMB. *Optimè veſtiti ſunt. Quàm optimè; vultis nôſſe? Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, CHRISTUM induiſtis.* (n) *VII, 16. a.* (o) AMB. *De byſſo, propter candidam confeſſionem: de purpurâ, propter glorioſam paſſionem. Hujus byſſum, cùm oramus, agnoſcimus: hujus purpuram in martyribus collaudamus.* (p) *Pſ. XLVIII, 4.* (q) *ſup. II. i.* (r) *inf. 31. I, 21. m.* (s) *XX, 8.* AMB. *Ille, qui alicubi moratur, qui ob talem conjugem de domo ſuâ ſolicitus non eſt; ille, quem, alicubi morantem, nunc nemo videt, conſpicuus fiet in portis. Attende, quando: audi, quod ſequitur: Quando utique ſederit in concilio cum ſenioribus terræ. Nihil evidentius. Lege etiam Prophetiam: Veniet ad judicium cum ſenioribus populi, & principibus ſuis. In illo concilio, hoc eſt, in univerſali judicio, judicantibus ſecum ſanctis, quibus dictum eſt: Sedebitis ſuper ſedes, judicantes duodecim tribus Iſrael; conſpicuus erit. — Quod donec fiat, interim operetur quis: non ceſſet. Expectet illum, futurum conſpicuum in portis; non contremiſcat ſanctum concilium judicii Dei: cum bonâ conſcientiâ ve-*

Patria miratur, meritorum luce coruſcum.
24. Quid ſibi, quidque viro huic non deſtinet? obvia tentat
Omnia. vendendam procurat ſindona, cujus
Vix ſimilem vicina Tyros promittit: & auro
A ſe intertextam chlamydem, ſeu ſplendida bullis
Et picturato ſubtegmine cingula facta,
Facta ſuis digitis, Cananæo tradit ementi[t];
Transportanda aliò, caſus viſura marinos.
25. Pluribus internis igitur munita virago eſt
Induviis. animo materna negotia curat,
Cætera ſubjiciens pedibus; ſemperque bilicem
Loricam, *Robur* [u], nec non *Decus* [u], induit alto

Pe-

niat, lætanter veniat; quia ipſius membra ſunt, ipſius filii ſunt, qui ſunt cum ejus Viro judicaturi. (t) *ſup. 16.* AMB. *Quare vendidit? niſi, quia non quærit datum, ſed requirit fructum. Venditionem iſtam, fratres! intelligite gratuitam. Ergò, inquies, aliquis emit gratis? Nam, ſi gratis tollit, non emit: ſi emit, pretium emit, non gratis tollit. Sed ubi eſt? Qui ſititis, ite ad aquam: & quotquot non habetis argentum, euntes emite, & emite abſque argento & pretio! Quando emis: non argentum das, & tamen emis. Si emis, aliquid da: non tamen argentum da: te ipſum da. Sindones autem referte ad illa linea ſpiritualia, quæ facit & prædicat iſta mulier per omnes terras. — Cananæa ad menſam filiorum accedere non audebat, ſed tanquam canis micas requirebat. Vide, quemadmodum præcinxerit ſe ad opus. Præcinctorium ejus fides. Hoc Dominus laudat: O mulier, magna eſt fides tua!* (u) *XXIV, 5.* (u) *XX, 29.* AMB. *Honeſta-*

Pectore, divinas dotes: quibus ardua victrix
Præsentes annos superat, creditque futuros
Illibata DEO. neque enim confidit iniquo
Præsidio; illecebris inimica: nec inscia sancti
Æternique boni, præcordia & ora serenat;
Pulchrè docta, probo risu[u] decorare molestos,
Devictosque dies[x]; simul & præludere fini
26. Extremo. os pariter, referans[y] sapiente loquelâ[z],
Implet ita, ut legis[a] dulcedine[b] lingua redundet.
27. Sæpe domûs tacitos circumspicit[c] alma recessûs
Atque vias, lustratque ac temperat ordine cuncta:
Nescia, pane[d] suo deserta per otia vesci.

tem, quæ internè byssò: fortitudinem, quæ respondeat purpuræ; quia fortis lætatur, in passione: quia honesta, specioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. (u) XIV, 13. a. (x) AMB. In diebus ultimis lætatur; quia in mundo hoc jugiter tribulatur. Quare pulchrè scriptum est: Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et Dominus ad discipulos: in mundo pressuram habebitis! at, tristitia vestra convertetur in gaudium. (y) sup. 8, 9. XXIV, 7. (z) X, 13. 31, 32. (a) I, 8. 5. (b) I, 9. 5. V, 19. XVII, 8. AMBR. Præstet nobis DOMINUS, in illius mulieris domo constitutis, illam laudantibus, illi cohærentibus, cum illa & in illa Virum ejus expectantibus, ut & nos sapienter os nostrum aperiamus. — Gratia in ejus linguâ: quia nihil perturbatum, nihil inordinatum docuit. (c) VII, 11. XV, 3. (d) IV, 17. IX, 17. XX, 17. XXIII, 3.

28. Surgit[e] ei ſoboles, pia, grata; vocatque beatam[f]:
Vir ſurgit, meritæque his ſe cum vocibus offert[f].
29. Natarum[g] innumeræ valido[g] ſunt ære potentes:
Tu ſola aſcendis ſupra omnes vertice toto[h],
Conſpicuas rutilis opibus, pietatis egentes[h].
30. Gratia[h] formarum, fallax[i]: res vana[k], venuſtas!

Fœmi-

(e) AMBROS. de reſurrectione. *Dicebat Apoſtolus: Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloriâ.* (f) *XI, 16.* AMBROS. *Nos eam laudamus: ſed modò, quia præſentia nos delectant: ipſe vir laudat eam, ſed quando ſurrexerunt filii ejus ditati. Tunc attendit eam, tunc inſpexit, tunc laudavit. — Cùm reſurgemus, tunc audiemus. At & modò non tacuit laudem ipſius. Hæc eſt laus, quo eam modò proſequitur.* (g) AMBROS. *Filiæ, quæ divitias acquiſîêre, quæ potentiam fecêre, ſunt hæreſes. — Dicebat Johannes Apoſtolus: Exierunt ex nobis. Sunt ergò filiæ: ſed, filiæ malæ: filiæ, non integritate morum, ſed ſimilitudine ſacramentorum.* (g) *conf. ſup. 10. c.* Præſidio *apparenti*, opulentiæ atque elegantiæ; maritus opponit *verum*, ſanctimoniam v. 30. (h) *V, 19. XXII, 1. 9.* AMBROS. *ſupergreſſa eſt univerſas: quia non florem ſolùm, ſed & fructum habet. 1. Corinth. 12. Excellentiorem viam vobis demonſtro. quare? quia inde iſta excellit. — Multæ fecerunt potentias, multæ loquutæ ſunt linguis, ſcierunt myſteria, dæmonia excluſerunt, res ſuas pauperibus diſtribuerunt, corpora ſua ignibus cremanda tradiderunt: tamen, quia charitatem non habuerunt, inflatæ ſunt, & laude & præmio defraudatæ remanſerunt.* (h) *XI, 16. n.* (i) *XIII, 5. g.* AMBR. *Quia ſine charitate ſunt, ſicut æramentum reſonans, & ſicut cymbalum tinniens: nihil ſunt, nihil virtutes proſunt.* (k) Vanitas, ut *XXI, 6. d.*

Fœmina, quæ JOVAM verè timet[l], una vehenda
Laudibus insolitis; summæ virtutis amorum
31. Lumine clara micans. huic, huic date munera[m] plenis,
Ceu fructum[n], manibus; quem fortunata laborum
Antè suis peperit! Quæ te tam læta tulerunt
Sidera? Non cessent matris molimina pulchra,
Non benefacta, ipsam portis[o] celebrare sub altis!
Scilicet haud celat[p] VERBUM cœleste, MARITUS,
Quantum annitatur[q] Conjux Ecclesia, fidis

Ut

(l) *I, 7. 29. &c.* (m) AMBROS. *Tandem, postquam in tot operibus laboriosa fuit, inter tot discrimina fortis, tot noctibus vigilans, provida ad expectandum, patiens ad tolerandum, constans ad perseverandum; quid erit illi? Date ei de fructibus manuum ejus!* (n) *conf. XII, 14. XIII, 2. XVIII, 20.* (o) *sup. 23. r.* optimè GEIERUS, & accommodatè ad AMBROSII mentem: *in quibus portis maritus ejus celebratur.* (p) Admisso igitur [conf. sup. not. ad 9. b.] *sensu mystico*; nihil detrahendum tamen *sensui litterali*, de ipsius conjugii laudatis rationibus: præeunte Apostolo *Ephes. V, 29.-- 33. in Gen. II, 23, 24.* quem sequens *AMBROSIUS*, magnum illud mysterium, Christi atque Ecclesiæ, hactenus patefecit. (q) APOLOG. A. C. p. 95. *Bona opera quanquam fiunt in carne nondum prorsus renovatâ, quæ retardat motus Spiritus Sancti, & aspergit aliquid de suâ immunditie: tamen propter fidem sunt opera sancta, divina, sacrificia, & politia Christi, regnum suum ostendentis coram hoc mundo. In his enim sanctificat corda, & reprimit Diabolum; &, ut retineat Evangelium inter homines, foris opponit regno diaboli confessionem sanctorum; & in nostrâ imbecillitate declarat potentiam suam. Pauli Apostoli, Athanasii, Augustini, & similium, qui docuerunt Ecclesias, pericula, labores, conciones, sunt sancta opera, sunt vera sacrificia, DEO accepta, sunt certamina*

Ut membris redeat primævi ardoris imago:
Quâ prædâ exsuperans, Sapientia, viva triumphat[r].

CHRISTI, per quæ repressit Diabolum, & depulit ab his, qui crediderunt. Labores David, in gerendis bellis, & in administratione domesticâ, sunt opera sancta, sunt vera sacrificia, sunt certamina DEI, defendentis illum populum, qui habebat verbum DEI, adversus diabolum, ne penitus extingueretur notitia DEI in terris. Sic sentimus etiam de singulis bonis operibus in infimis vocationibus, & in privatis. (r) Ibidem. *Per hæc opera triumphat CHRISTUS adversus Diabolum; ut, quòd Corinthii conferebant eleemosynam, sanctum opus erat, & sacrificium, & certamen Christi adversus Diabolum, qui laborat, ne quid fiat ad laudem Dei. Talia opera vituperare, confessionem doctrinæ, afflictiones, officia caritatis, mortificationes carnis; profectò esset, vituperare externam regni Christi inter homines politiam.*

VA-

VANITAS,
SEU
STULTITIA,
PER
SALOMONIS
ECCLESIASTEN
(KOHELETH)
TRIUMPHATA.

Franckesche Stiftungen zu Halle

Harmoniæ Evangeliſtarum Cap. LI. ſeptimam pericopam ſtatuens, in MATTHÆI VI, 24. &c.

HAnc quæſtionem *Salomo* in *Eccleſiaſte* prolixè explicat. Totus mundus perſonat querelis, de difficultatibus & miſeriis hujus vitæ. Et verum eſt: propter peccatum hæc vita ſubjecta eſt ſpinis, tribulis & ſudori vultûs. Sed, quaſi hæ communes difficultates & miſeriæ non ſufficerent, mortales ſibi ipſis plures & graviores accerſunt & cumulant; & ipſam felicitatem, qua Deus exilii hujus difficultates temperatas eſſe voluit, perturbant. *Hoc inveni*, inquit Eccleſiaſtes cap. 7. v. 30. *quòd Deus fecerit hominem* ישר *rectum, planum:* hoc eſt, certam & planam viam laborandi, & ferendi communes difficultates, quæ objiciuntur, præſcripſit: ſed ipſi, ab hac via declinantes, multas & varias calamitates ſibi accerſunt; idque tunc, cùm maximè volunt ingenioſi, prudentes & induſtrii eſſe.

Hoc enim ſignificat proprietas vocabulorum: *Quid*, inquit, *habet homo de univerſo labore ſuo & afflictione ſpiritûs, qua ſub ſole cruciatur? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem requieſcit; comedit in tenebris, in curis, ærumnâ & triſtitiâ. Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, ut comedat quis, & bibat, & fruatur lætitiâ ex labore ſuo. Hæc enim eſt pars illius. Sed & hoc video datum de manu Dei eſſe.* &c.

Quia igitur ſoli pii hoc poſſunt: ergò non ſpiritu tantùm in cœleſtibus beati ſunt, ſed & in externa hac vita felices eſſe poſſunt, niſi ſibi ipſis felicitatem hanc perturbent. ſicut inquit *Pſalmus* 127. vers. 2. *Manè ſurgunt, ſerò quieſcunt, & comedunt panem laboris. Dilectis verò ſuis Deus concedit neceſſaria, quaſi in ſomno.* &c.

Ex illis verò, quæ hactenus dicta ſunt, colligi poteſt, quomodo homines partem felicitatis ſuæ in hac vita, ſicut Salomon

lomon loquitur, plerumque perturbent, & accersant sibi infinitas ærumnas. Et ex antithesi ostenditur doctrina, quomodo pii vitam ita possint instituere, ut in communibus vitæ hujus difficultatibus aliquam mitigationem, & in tenui etiam fortuna aliquid tranquillitatis, gaudii & lætitiæ, in hac vita habere possint.

Præcipua autem capita hæc sunt. I. Verbum Dei cuique in sua vocatione præscribit laborem & diligentiam; & communes difficultates, quæ in hoc cursu objiciuntur, mitigat, ac jubet tolerari. Homines verò, vel in ipsis necessariis negotiis, multas, varias & mirabiles practicas (ut uno verbo dicam) excogitant, vel πολυπραγμοσύνη peregrina & non necessaria negotia sibi accersunt. Et hinc difficultates multò plures & graviores oriuntur, quàm ex justis & necessariis laboribus.

Secundum. Anxiâ solicitudine de eventu & successu animum maceramus, & spiritum affligimus: cùm tamen staturæ suæ, quam Deus cuique definivit, nemo vel unam palmam, omnibus suis maximè anxiis solicitudinibus, adjicere possit. Huc pulcherrima sententia Pauli 1. Tim. 6. v. 9. referatur.

Tertium. Illa sorte, quam Deus cuique dispensat, nolumus esse contenti, & eâ placidè frui: sed tumultuamur πολυπραγμοσύνη, susципientes πάρεργα non necessaria & periculosa, ingerimus nos alienis vocationibus, curis nos conficimus, ut præsenti felicitate non possimus frui; & tamen ultra mensuram fortunæ, quam Deus nobis determinavit, progredi non possumus.

Quartum. Non tantùm occupamur præsentibus, ut illa rectè disponamus, sed de futuris & procul absentibus soliciti sumus: non, quoad laborem & providentiam; hoc enim rectè fit, quando in præsenti curamus ea, quæ in futurum sunt necessaria: (sicut Joseph futuris septem annis sterilitatis providet. Ita Christus habuit loculos, ad crastinam sui & suorum

necesſitatem. Ita & Apoſtoli Actor. 11. v. 29. propter imminentem famem procurant in futurum neceſſaria) ſed, quoad eventus futuri temporis, & propter illam imaginariam phantaſiam de futuris eventibus, præſentia negotia non rectè disponimus. Et ſi qua ſe offert felicitas, illam turbamus, ut eâ tranquillè non poſſimus frui.

Contrà verò Scriptura, quæ non vult, ut extra vocationis metas, per infinitas ambages, ſolicitudine de futuro evagemur, & nos excruciemus, tradit regulam pulcherrimam: *Quicquid manus tua invenerit, hoc facito.* (Coh. IX, 10.) Vel, ſicut veteres dicunt: *Tu præſens cura, Domino committe futura!* Et ſatis ſe offeret difficultatum & miſeriarum; ut non opus ſit, ex futuris petere ærumnas. Craſtinus enim dies, quando venerit, afferet ſecum, cuique in ſuâ vocatione, ſuas curas & difficultates. Et ſanè ſatis onerata eſt miſeriis hæc vita, ex maledictione propter peccatum: ut non opus ſit, alias plures accerſere. Nobis igitur hoc imputemus, non de inhumanitate Dei conqueramur. Et Chriſtus eleganter, per proſopopœiam, facit ipſum diem quaſi queritantem; cùm ſatis aliàs oneris habeat, quòd præterea à nobis ſuperfluis ſolicitudinibus oneretur & affligatur. *Craſtinum* more Scripturæ non tantùm ſignificat diem, qui mox inſequitur præſentem; ſed tempus futurum etiam remotius. Κακία hoc loco ſignificat, non malum culpæ, ſed malum pœnæ: hoc eſt, afflictionem, ſeu quod durum, aſperum, adverſum, triſte eſt. רעה enim utrumque ſignificat, & malùm culpæ, & malum pœnæ. Et Scriptura ideò uno vocabulo utrumque notat, ut ſit commonefactio, quòd afflictiones propter peccatum ingreſſæ ſint in mundum. Græci etiam interpretes hoc imitati ſunt; & malum non tantùm culpæ, verùm etiam malum pœnæ, reddiderunt κακίαν, 1. Reg. 6. 2. Reg. 24. 3. Reg. 11. 2. Par. 3. & quidem Nehem. 1. πονηρίαν in hac ſignificatione reddiderunt.

Ec-

ECCLESIASTÆ EPICA METAPHRASIS,

CUM

ARGUMENTO ET PARALLELISMO CAPITUM.

CAPUT PRIMUM.

INTROITUS. *Autor est* Salomo, *tanquam* Ecclesiastes; *per quem Sapientia* evocat *unumquemque ex universâ mundi* vanitate, *ad* finem, *seu statum Creationis recuperandum, situm in* rectitudine, *seu* veritate *imaginis DEI, h. e. unione cum Creatore intimâ: ut centrum libri indicat VII, 30. ubi & usus doctrinæ ostenditur in eo versari, ut hujus rei interpretatio teneatur, exerceatur; VIII, 1. accipienda ab ipso CHRISTO. Joh. I, 18. Intentissima querela, de vanitate* universali, *designat* thematis judicialem moralitatem; *2. expositam interrogatione: 3. quâ negatur, in humanis laboribus verum præmium posse inveniri; ac contenditur* implicitè, *permanens summumq; bonum quærendum esse aliter.* TRACTATIO PRIOR: *atque hæc magis* remotiva. *Caput I. incipit demonstrare, quomodo vanitatis* moralis, *stultitiæ, peccati,* [*vid. VII, 30. Eph. IV, 17, 18.*] effectus pœnalis, physicus, [*tanquam consequens* judiciale] *non modò in hominibus, sed quoque* [materialiter] *in rebus omnibus, humano generi* subordinatis, *sit corruptio, vicissitudo, calamitas; h. e.* vanitati subjecta creatura. *Rom. VIII, 20. Quâ conditione Sol, Ventus, Mare, durant diutiùs, quàm Homo: 3.--7. qui, ut* caussa meritoria, *experitur damna; laborans inquietâ sensuum appetitione, arrogantiæ, & ambitionis, & tædii pleniss imâ. 8.--11. Experientia Salomonis. 12, 13. Hic enim, omnibus abundans, nihil denique in depravatæ naturæ usu communi invenire potuit, nisi vanitatem ærumnosissimam, atque impotentissimam. 14, 15. Etiamsi verò incomparabilem acquisiverit sapientiæ ac scientiæ apparatum, nec labori pepercerit: eò certior factus est tamen, quòd eventus quoque, vel optimus, hîc versetur in*

molestiâ, conjunctâ cum doloribus infinitis; 16, 17, 18. nisi remedium accesserit Evangelicum, reducens ad pristinum finem.

INTROITUS.

NUnc age, nunc etiam, quæ *Rex* [a], idemque *Sacerdos*;
Quæ Salomo, rex ille satus Davide; Sacerdos [b]
Fratribus è multis unus, solusque paterni
Imperii Solymorum hæres; verissima dicta [c]
De *Vano* cecinit, Latii cantabimus ore.
2. Sat rebus studiisque datum. Vanum omnia inane
Sunt, heu! Mysta infit [d]: vana, heu! vanum omnia inane [e]!
3. Quid

PARALLELISMUS CAPITIS I.

(a) *Inf. 12. Prov. I, 1. XXV, 1. XXXI, 1.* (b) *vid. 2. 12. XII, 8, 9, 10. ubi* Koheleth *est Concionator*, Ecclesiastes, *nomen proprium viri; terminationis* fœmininæ *significationem non usurpans: quam tamen aperto constructionis usu retinet VII, 27. ut sit convocatrix seu prædicatrix Sapientia, tanquam innuens, se ipsam in hoc libro per Salomonem interpretem docere. conf. Prov. VIII, 1. Matth. XXIII, 37. Luc. XI, 49.* (c) *XII, 11. Pr. I, 6.* (d) *VI, 3.* (e) *inf. 14. III, 19. V, 6. VII, 6. XII, 8. Pr. XIII, 11. XXI, 6. XXXI, 30.* AUGUSTINUS, in Ps. IV. illa: Quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Ut quid vultis beati esse de infimis? Sola* veritas *facit beatos, ex quâ vera sunt omnia. Nam* vanitas est vanitatum, & omnia vanitas. *Ut quid ergò temporalium rerum amore detinemini? ut quid, tanquam prima, extrema sectamini? quod est vanitas & mendacium. Cupitis enim permanere vobiscum, quæ omnia transeunt, velut umbra. De* fine *hujus querelæ, conf. inf. 18. y.*

3. Quid tandem ſupereſt homini? quæ commoda *f* perſtant?
Quodque bonum ex omni, quem quis ſub ſole *g* laborem
Exercere diu, res ſi mortalibus ulla
Eſtque manetque diu, miro certavit amore?

TRA-

(f) *II, 11. 13. III, 9. V, 8. 10. 15. VI, 11. VII, 12. conf. Matth. V, 47.* (g) *inf. 9. 14. II, 11. 17, 18, 19, 20. 22. III, 16. IV, 1. 3. 7. 15. V, 12. 17. VI, 1. 5. VII, 1. VIII, 9. 15. 17. IX, 3. 6. 9. 11. 13. X, 5. conf. Pſ. CIV, 22, 23.* GEIERUS, in h. l. *Crebra hæc phraſis; ad denotandam, totius hujus mundi aſpectabilis, univerſalitatem, itemq; vitam ſub ſole mundanam: ubi tanquam in exilio, non ſupra ſolem in cœlo, ſed ſub ſole degimus, planè mutabiliter, ad morem cæterorum ſublunarium. Nec malè ABEN-ESRA: Corpus, & corporeus labor, eſt ſub ſole: animus, ſive ſpiritus, ejusq; labor* [ſpiritualis] *eſt ſupra ſolem; quia à DEO originem habet; & ad Eum redit. c. XII, 7.* conf. BASILIUS Hexaem. *c. VI.* ARNDTIUS, *de Vero* Chriſtianiſmo l. *IV, c. I. & IV.* l. *II,* c. *LVIII.* quomodo intelligendum, quod dicitur; *Sapiens dominabitur aſtris*: nempe, quia & quatenus hic ſub Chriſto eſt, ſole juſtitiæ, Malach. IV, 2. Quo reſpectu AMBROSIUS, in Pſ. CXVIII. ſeu CXIX, 90. ipſa hæc verba & ſequentia, transferens à vanitate ad veritatem, explicat ſpiritualiter: *Quæ abundantia ſpirituali homini, laboranti ſub ſole juſtitiæ? Et ſubjecit* Eccleſiaſtes: Generatio vadit, & generatio venit. *Vadit generatio: quia divites eguerunt & eſurierunt. Qui anteà abundabant gratiâ, poſteà tamen propter perfidiam ſuam egere cœperunt. Qui autem pauperes erant populi nationum, jam per fidem Chriſti ſatiantur & abundant; ſicut ſcriptum eſt: Edent pauperes, & ſaturabuntur. Audierunt enim dicentem 1. Cor. I, 5. Abundantes in omni verbo; non in pecuniis utique, non in auro & argento; ſed in omni verbo, inquit, & cognitione. Et 2. Cor. VIII, 2. ait: in divitiis ſimplicitatis. Hæ divitiæ ſunt ſalubres: nam copiæ ſeculares ſalutem afferre non poſſunt. Qui autem habuerit abundantiam ſpiritualem,*

TRACTATIO PRIOR,

VII. CAPITA COMPREHENDENS.

4. ÆTas ætati ſuccedit: truditur ipſa
Lux hodierna horis inſtantibus. Interit, ecce!
Atque abit[b] è vivis gens[i] una; atque altera, naſcens,
Im-

hujus terra fructifera ſtat in ſeculum, benè fundatæ radice virtutum: vel anima, bonos utique germinans fructus; vel caro, nullis cupiditatibus mobilis ad prolapſionem. Hanc terram circuit ſol juſtitiæ ſalutaris, de quo ſcriptum eſt: Et oritur ſol, & occidit, & in locum ſuum trahit. E quibus omnibus intelligitur: quoties querelam acuit Eccleſiaſtes dictione hâc, *ſub ſole*; ipſum revocare animos ad ſpiritualia atque æterna, quæ ſupra ſolem hujus mundi, ac ſub ſole juſtitiæ verſantur. (h) *XII, 5.* (i) *Pr. XXVII, 24.* HIERONYMUS, in h. l. *Aliis morientibus, naſcuntur alii: & quos videras, non vides; incipis videre, quos non videras. Quid hac vanius vanitate, quàm, terram manere, quæ hominum cauſsâ facta eſt; &, ipſum hominem, terræ dominum, in pulverem repentè diſſolvi? id quod fit propter abuſum, telluri illatum ab Adamo. conf. inf. 13.* CHRYSOSTOMUS, in Matth. c. XXIV. hom. 78. *Oſtende mihi ſecularis ſtudii finem: ſed, non potes. Vanitas enim vanitatum, & cuncta vanitas ſunt. Proficiſcamur ad ſepulchra: Oſtende mihi patrem; oſtende uxorem tuam! Ubi eſt, qui purpurâ induebatur, qui vehiculo ferebatur, qui exercitus ducitabat, qui coronâ militum cingebatur, qui lictoribus muniebatur, qui alios cædebat, alios in carcerem detrudebat, qui, quos volebat, interimebat, & liberabat ſimiliter, quos volebat? Nihil video, niſi putrida oſſa, & vermes, & araneam: omnia illa pulvis, omnia fabula, omnia ſomnium, umbra, narratio nuda, & imago: immò verò nec imago; imaginis quippe effigiem videmus, hîc autem nullam effigiem perſpicere poſſumus. Atque utinam hîc omnia mala terminarentur! &c.*

Improvisa venit: tellus at[k], mater ut alma,
Stat [l], stetit, ac stabit, sua plura in secula[m] durans.
5. Mundi oculus splendens oritur, splendensque videtur
Occidere; & repetit, sua per vestigia, anhelans,
Natales rapido igne suos: quâ is sorte, dierum
Annorumque, etiam præstat viventibus ægris;
Extremæque spei accelerantia lucra figurat.
6. Nam curru ut rediit surgente, reversus ad Austrum,
Circuit ad Boream: mora nec tenet ulla volantem.
Hic cursus Phœbi. sequitur quem flatibus acer
Æolus, huc illuc vadens: gyrumque frequentat,
Æquora & arva simul verrens, simul, omnia circum,
Circuitûs [n] iterans; ventoque revisit [n] eosdem.

Ff 7. Ten-

(k) II, 14. V, 11. VII, 23. VIII, 5. IX, 15. (l) II, 9. VIII, 3. (m) Prov. VIII, 23 XXII, 28. (n) II, 20. conf. VII, 24, 25. IX, 14. (n) conf. 8. IV, 6. XI, 5. (n) AMBROSIUS, suprà cit. loc. pergit. *Ipse Oriens illuc vadit ad Austrum, & gyrat ad Aquilonem: gyrando gyrat spiritus, & in gyros ejus convertitur spiritus. Oritur sol justis; occidit autem injustis: oritur tranquillitati piæ mentis, occidit iracundiæ. Unde ait: Sol non occidat super iracundiam vestram! Hinc potest colligi, quia* [& sol justitiæ] *iisdem oritur & occidit, quorum & vitia sepeliat, & illuminet gratiam. Mortuus est enim peccato, ut Deo viveret: hoc est, peccato sumus in illo mortui, ut Deo in perpetuum viveremus. Vide ipsum mysterium prænunciatum. Et oritur, inquit, sol & occidit, & in locum suum trahit. hoc est, quod ait Dominus: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum. Traxit enim ad se omnium studia, ut vel peccata nostra crucifigeret, vel bonum ingenium ad justitiam provocaret. Adverte, quemadmodum trahat ad se: Pater, volo, ut, ubi ego sum, & iste*

7. Tendit ad Oceanum, patrem rerum, omnis & amnis,
Torrentesque omnes: quanquam haud explebitur [n] iſte.
Flumina ſponte locum [o] recolunt, volventibus [p] undis,
Unde ortûs habuêre ſuos; redeuntia in orbem.
8. Atque ita perpetuâ vertigine cuncta [q] fatigans
Urget ubique labor, non enarrabilis unquam.
Supplicium tantum, proprium ſibi, ſentit Adamus!
Inſatiata [r] acies visûs, quò plura tuetur [s],
Ardet eò magis, hæc luſtrare, & plura: nec auris
Eſt

ſint mecum. Et ad latronem ait: Hodie mecum eris in Paradiſo. Adverte, quomodo omnia trahat. Exaltatus eſt in cruce, & totus credidit mundus. Ipſe Oriens, inquit, vadit ad Auſtrum, & gyrat ad Aquilonem. Ille utique Oriens, qui ait, Oriens nomen eſt mihi, qui ſemper oritur piis, nunquam occidit. Ipſe oriens populo Hebræorum ad Auſtrum ivit, ad molliorem populum, luxuriâ magis ferventis corporis lubricum, quàm impietatis immanitate prædurum: aut certè ad nobiliorem plebem, quæ erat genus electum, vendicans ſibi patriarcharum proſapiam. Sed, quia perſeverabat in vitiis, nec emendabat errorem: ideò ſol juſtitiæ gyravit ad gentes, quæ antè eloquiis cœleſtibus defraudatæ, immanes & ignobiles habebantur. Aquilo enim gravis ventus, & populi nationum. Sed, qui erant graves antè perfidiâ, nunc ſuper aquilas leviores facti ſunt fide atque pietate; poſtquam venit, qui diceret: Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni, adduc; & Africo, ne prohibeas. Et in Evangelio: Venient ab Oriente & Occidente, ab Aquilone & Auſtro; & recumbent in regno DEI. Et ecce ſunt noviſſimi, qui erant primi: & ſunt primi, qui erant noviſſimi. (o) *conf. XI, 3.* (p) *conf. Pr. VIII, 28. XXX, 29.* (q) *conf. 10. VI, 11. VII, 8. XII, 14. Prov. XXV, 2. f.* (r) *V, 9. Pr. V, 10. q. XXVII, 20. XXX, 15, b.* (s) *V, 10. VI, 10. conf. Pſ. XLII, 3.*

Est super auditis placidâ contenta quiete.
9. Quod [s] fuit, illud idem est [t] iterumque iterumque futurum.
Nam quid [s] gestum usquam, quod non ausura sit olim
Posteritas itidem? Nova res [q], haud ulla sub astris.
10. Fortè aliquid fiat, de quo quis dixerit [r]: ecce!
Ecce, novum! sed enim certè id jam [u] prisca tulerunt
11. Secula. Multum adeò casus mutabilis ævi
Rettulit in tenebras, memor [x] ut mens nulla supersit:
Multa & præsentes peragunt, quæ fortè minores [y]
Celabit nox atra silens, quasi nulla fuissent.
12. Mysta equidem Solymus, rex [z] Israelis ab alto
Numine firmabar; cùm mox sapiente [a] locavi
13. Cor [b] totum in studio, ut disquirens [c] singula recto
Ordine [c] digerere, aut investigare [d] valerem,
Quicquid versatur radiante sub ætheris aulâ.

(s) III, 15, 22. VI, 10. VII, 24. VIII, 7. X, 14. (t) II, 23. III, 15. (t) conf. IX, 9. 15. c. GLASSIUS Philol. S. lib. III. tr. 3. can. 23. Pr. X, 24. XII, 12. (u) II, 12, 16. III, 15. IV, 2. VI, 10. IX, 6. (x) II, 16. n. IX, 5. 15. XI, 8. XII, 1. Pr. X, 7. (y) V, 3. Pr. V, 4. i. (z) sup. 1. a. (a) adverbialiter: ut II, 21. IV, 12. VI, 4. VII, 23. IX, 17. Pr. XXIII, 31. XXXI, 26. (b) inf. 17. VIII, 9. 16. Pr. XIV, 33. m. XXIV, 32. (c) conf. VII, 25. Pr. XI, 27. y. (c) II, 21. c. IV, 4. V, 10. IX, 17. XI, 6. Pr. II, 9. m. XXIII, 31. XXXI, 19. n. (d) II, 3. VII, 25.

Nempe, mali [e] hanc molem [f] Nemesis Divina repen-
dens
Imposuit lapsis, quâ sollicitentur abundè [f].

14. Viderat omne genus factorum operumque, creati
Quæ mundi in terris monstrantur luce diurnâ;
Viderat [f] omne palam mea mens: verùm, ecce [g]! quid
ima
Perspexit? didicit, quòd sint vanum omnia inane;
Quæque videbantur spondere insignia nostro
Pabula spiritui, tantùm labor improbus illa
Existant, nimiis animum absumentia curis [h].
Talia sunt, homines quæcunque, sine auspice Verbo,
(Quippe salus tuta hôc nativo è fonte resurgit)

15. Con-

(e) II, 21. V, 12. VI, 1. VII, 14. VIII, 6. IX, 3. 12. XII, 1. (f) II, 23. 26. III, 10. IV, 8. V, 2. 13. VIII, 16. Pr. III, 34. g. conf. sup. not. ad 4. i. (f) HIERONYMUS. *Pulchrè, caussâ præmissâ, à Deo data distentio est. Quomodo etiam in epist. ad Rom. I. scribitur: Propter quod tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Et iterum: Propter quod tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant, quæ non oportet. Ac deinde: Propterea tradidit eos Deus in desideria cordis sui, in immunditiam. Et 2. ad Thessalonicenses II. Propterea mittet eis Deus operationem erroris. Et primò caussæ ostenduntur, quare vel passionibus ignominiæ, vel sensui reprobo, vel cordis sui desideriis concedantur, aut quid fecerint, ut operationem erroris accipiant. Ita & in præsentiarum idcircò Deus distentionem malam dedit hominibus, ut distendantur in eâ: quia priùs sponte suâ & propriâ voluntate hæc vel illa fecerant. — Non est caussa distentionis in DEO: sed in illo, qui sponte suâ antè peccavit.* Ibid. ad c. II. v. ult. (f) II, 24. III, 10. 16. IV, 15. V, 12. 17. VII, 1. 15. 27. (g) sup. 2. respicitur. (h) inf. 17. II, 11. 17. 26. IV, 4. 16. VI, 9. conf. II, 22.

15. Conſectantur humi. Sine Eo nil denique pravum,
Perverſum [i], aut lævum, in rectum dextrumque refertur [k]:
Defectum [l] ſors nulla poteſt ſupplere putando [m].
16. Tandem ego, corde [n] avido meditans, mecum ipſe loquebar:
Hem! mihi quid reſtat, quò non ſolertia, magnis
Conſpicuisque meis pridem ſucceſſibus aucta,
Creverit [o]? ante alios quærens attentior omnes,
Ante meos faſces Solymis qui jura dedêre;
Non paucas [p] penetro, recolendas atque ſciendas,
17. Cognitionis opes. Neque enim requievit ab orſis
Mens mihi: ſed, totam aſſuetus defigere in unâ
Indagandi operâ, ſtudui cognoſcere paſſim,
Quod ſapientis opus; contraque & devia [q] ſtulti,
Qualibus & fatuis cœptis [r] deliret ineptus.
Aſt meus, aſſiduâ quævis indagine ſcrutans,
Spiritus agnovit, ſibi & inde areſcere paſtum [s].
18. Multa [t] ærumna [u] ſubeſt, ſi cui ſapientia multa:

(i) *XII, 3.* (k) *VII 13. XII, 9.* (l) *IV, 8. t prim. VI, 2. x. IX, 8. l. Pr. VI, 32. x. X, 21. XXVIII, 16. 22.* (m) *V, 9.* (n) *ſup. 13. b.* (o) *II, 4. Pr. XXV, 27.* (p) *II, 7. V, 6. 16. VI, 11. VII, 16. IX, 18.* (q) *II, 2. 12. VII, 25. IX, 3. X, 13.* (r) *II, 3. 12, 13. VII, 25. X, 1. 13.* (s) *ſup. 14. b. IV, 16.* (t) *Pr. XIII, 23. n.* (u) *II, 23. VII, 3. XI, 10. Pr. XII, 16. XVII, 25. XXI, 19.*

Doctrinæ varios quisquis cumulare laborat
Thesauros; queritur, varios se augere dolores[x],
Se nisi munierit cœli medicamine largo[y].

CAPUT SECUNDUM.

Idem Salomo, constitutus inter res vanissimas, periculum olim fecerat tranquillitatis acquirendæ, saltem sibi, ut possessori; neque id uno, sed diversis modis. Et quidem lætitiâ primùm, magis effusâ: quam quieti adversam esse, agnovit illicò. 1, 2. Tum moderato vini usu, conjuncto cum agnitâ differentiâ humanæ sapientiæ & stultitiæ, sedulò scrutandâ: unde tot opera artificialia consequuta sunt. 3.--10. Veruntamen hæc omnia, reperta sterilia: quoniam post se nihil relinquunt, tantis laboribus dignum. 11. Etiamsi idcircò facilè manifestum fieret, sapientiam stultitiâ multò præstantiorem existere: nihilominus videbatur, eventus ultimus in hâc vitâ, post conatus præstantissimos, sapienti obtingere nullus alius, quàm qui stulto accidit; præsertim in eo, quòd heroum filii plerumque sunt degeneres. 12.--23. Quas ob causas confectum iterum est, neque hilaritatem per se, neque sedulitatem per se, neque utramque unà, sic consideratam, hominem reddere felicem posse; nisi DEI O. M. beneficio accesserit gratia Spiritûs sanctissimi: utpote qua demum instauratur animus ita, ut hic coram DOMINO integer, atque idoneus habeatur, in quo pax verè

(x) *II, 22, 23.* HILARIUS Episc. in Ps. CXXVI. §. 13. ad verba: Qui apponit scientiam, apponit dolorem. *Quum enim veritatis cognitio voluntatem nostram ad profectum consequendæ utilitatis instiget; naturæ autem consuetudo voluntatem, scientem, se proficere oportere, detineat: profectus scientiæ, profectus doloris est. In tantum enim se per naturam detineri dolet, in quantum naturam sibi per cognitionem intelligit relinquendam.* (y) ATHANASIUS, synops. Script. S. lib. 15. *Per id, quòd omnia vanitatem dicit, futurorum bonorum æternitatem significat. Quapropter & omnia transscendens, hortatur, ut æternorum memoriam servemus, & sciamus, futurum aliquando, ut mundus hic præsens finiatur.* Add. notata ex eodem ad IX, 1. a. XII, 3. 14. atque ex AUGUSTINO, ad VIII, 14.

verè divina resideat; quique, anxii & profani in locum, tanquam melior, non immeritò surrogetur. 24.-- 26.

INstiti [y] ego; ambiguus scissâ dum mente, volutans
Fortunæ morumque vias, fausta obvia tento [y]:
Eja age [z], lætitiæ suavissima gaudia carpas
O cor dulce meum! sic te explorare, juvabit.
Experiare bonum in vitâ, videasque [a] fruendo!
Ecce autem! quid multa? etiam vanum illud inane [b].
2. Extemplò dixi, de risu [c]: insanus [d] aberras,
Optima perturbans! &, de dulcedine sensûs:
En, quid agis [d]?
3. Rursum in melius mea sensa reflecto [e],
Cer-

PARALLELISMUS CAPITIS II.

(y) *Conf. I, 16.* (y) *VII, 23.* (z) *IX, 7. c. Pr. VI, 6.* (a) *inf. 14. i. III, 12, 13, 14. 22. VII, 14. IX, 9. Pr. I, 4. h.* (b) *inf. 11. 15. 17. 19. 21, 23, 26. I, 2. e.* (c) *VII, 4. 6, 7. X, 19. oppos. VII, 3. conf. Pr. XIV, 13. a. XX, 1.* (d) *inf. 12, 13. I, 17.* (d) BERNHARDUS, de modo benè vivendi. *Audi sapientissimi Salomonis verba:* Risum, deputavi errorem; & gaudio dixi: quid frustrà deciperis? *Error dicitur, quando aliud debet fieri, & aliud fit. Tunc ergò fit error, quando ille, qui debet plorare, ridet. Ideò risus dicitur error, quia, dum quisque ridet, diem mortis suæ ipse in mente suâ non habet. Verè frustrà decipitur, qui in temporalibus gaudiis gaudet & lætatur. Decipiuntur, qui gaudent in prosperitatibus hujus seculi: quoniam, si diem mortis suæ ad memoriam reducerent, priùs peccata sua plorarent, quàm de rebus vanis riderent. Qui de rebus vanis rident, si mala, quæ passuri sunt, in mente haberent, non riderent, sed lugerent. Unde etiam Salomon ait Pr. 14.* Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupabit. (e) *conf. I, 13. c. d.*

Certus, amare jugum haud fallax: & carnis honorem
Sustentare quidem vini [f] tolerabilis usu;
Attamen, ut superem vitium virtute, nec hujus
Addubitem formam discernere ab indole turpi.
Hinc prendo magis atque magis, quo denique pacto
Seria stultitiæ [g] fuga sit sapientia prima;
Quidque sub axe [h] bonum, non vanescentibus ausis,
Humanæ soboli [i], quâcunque in parte dierum [k].
4. Auxi hinc regalis fortunæ dona per artem:
Splendida facta operum [k] magnum ac memorabile nomen
Mox pepêrere mihi. Construxi augusta domorum [l]
Culmina. plantatur quàm plurima vinea [m] regi;
5. Flos, olus, herba tenax hortorum: atque arbor amœna
In Paradisorum [n] septis, lignique feracis
6. Omne genus. nec non piscinas [o] condere jussi,
Irri-

(f) *IX, 7. X, 19. Pr. IV, 17. f. VI, 32. x. XXXI, 4.* (g) *conf. 2. d. I, 17. r.* (h) *I, 13. III, 1. conf. I, 3. g.* (i) *inf. 8. I, 13. VIII, 11. Pr. VIII, 31. u.* (k) *V, 17. VI, 12.* (k) *conf. I, 16. o.* (l) *VII, 4. Pr. IX, 2. 14.* (m) *Pr. XXIV, 30. XXXI, 16. Cant. II, 15. VIII, 11.* (n) *Cant. IV, 13.* (o) AMBROSIUS, lib. de Isaac & animâ. *De naturalibus habes in Ecclesiaste dictum:* Feci mihi piscinas aquarum, ad irrigandum ex his saltum germinantem. *Neque te moveat, quòd pro puteo piscinas posuit: quia & Moyses puteum latitudinis dixit, eò quòd à solicitudine omni & angustiis solvitur, qui mundum hunc piâ mente transcenderit. Non immeritò ergò*

Irriguum ut biberent arbusti germina fontem.
7. Ancillas servosque, domûs & pignora, vernas,
Nutrivi; plures[n] pecudes, pecudumque magistros,
Atque armenta boum, quàm quisquam aluisse refertur
Illorum, me, qui Solymam coluêre, priores.
8. Prætereà argenti pretiosum pondus & auri
Congesi[o]: nec non, si esset regalibus aulis
Thesaurorum aliquid rarum, terrisque remotis.
Cantores itidem, modulatricesque paravi,
(Delicias[p] hominum gentis[q]) diversaque mixti
Instrumenta soni, ad concentum armata ciendum[r].
9. Quid plura? eminui, magnis splendoribus[r] omnes
Unus ego vincens; Solymæa ut mœnia nullum
Præteritis annis sint æquè experta potentem[s]:
Et tanto, & tali, solers sapientia mansit[t].
10. Rem nullam subtraxi oculis[u]: cupientibus, ultrò
Quæque optata dedi petere, atque capessere prorsum;
Gaudia nulla vetans mihi pertentare medullas.
Namque laborandum sic duxi, ut pectus ovaret

piscinas habet Ecclesiastes, qui vidit, nullam abundantiam esse sub sole: sed, si quis abundare velit, in Christo abundet. (n) *I, 16. p.* (o) *III, 5.* (p) *Pr. XIX, 10. o. Cant. VII, 7.* (q) *sup. 3. i.* (r) Hieronymi interpretatio mystica, de vasibus sapientiæ Christianæ, vid. sup. Pr. IX, 2. i. (r) *sup. 4. k.* (s) *sup. 7. I, 16.* (t) *I, 4. l.* (u) *I, 8. Pr. IV, 25.*

De quovis ſudore ſuo; ceu portio[x] nulla
Inde redundaret potior, quàm dicta voluptas,
Quâ cor exſiliens abſtergit tædia rerum.

11. Cùm deinde ad legis normam revocata retorſi
Lumina; &, intuitus manuumque opus[x] omne mearum,
Exhauſtamque operam, & tacitum molimen agendi;
Eventumque vagum, ac plenas dulcedinis horas,
Exigua ingentis molis ſolamina, vidi:
Quis mihi tum miſero ſenſus? niſi, ut omnia falſis[y]
Ludere imaginibus, vitamque affligere[z], nôſſem;
Nec ſub ſole[a] dari lucrum[b]: ſi cuncta profanis
Metitus modulis, nullo discrimine haberem
Dulcia, dum mihi lex foret inconſulta libido.

12. Rurſus eo in curas: quibus una Sophia colenda
Se facilem monſtret; quibus, Inſipientia, vulgò
Poſthabitis, prodat ſeſe, ac Dementia ſedem[c]
Obfirmet. Mediis tunc in conatibus amplis,
Exteriore ſitu ſenſa incurrentibus, æger
Hæreo, quid proſint mihi: quid mereatur amores
Iſte homo tam multos, jam qui à plerisque creatus,
Poſt

(x) *inf. 21. I, 3. III, 22. V, 18. VII, 13. IX. 6. 9. XI, 2.* (x) *V, 5. h. VIII, 14.* (y) *I, 2. e.* (z) *I, 14. h.* (a) *I, 3. g.* (b) *13. I, 3. f.* (c) *I, 17. q. r.*

Post patrem solio venturus in omnia parta *d*.
13. Intereà, meliùs patefacto corde, recepta est,
Quæ nunquam mutata loco, sententia, possit
Cedere: præ tenebris luci præstantia *e* quanta,
Omnia cernenti discernentique viarum;
Tanto à Stultitiâ quòd discrepet intervallo,
Discutiens animo rerum, Sapientia, turbas.
14. Sunt oculi solùm capiti sapientis *f* aperti:
At contrà stolidus *g* cœca in caligine oberrat *h*.

(d) *conf. 18.* (e) *conf. 11. b.* (f) *16, 19. IV, 13. VI, 8. VII, 5, 6. 8. 17. 20. 24. 31. VIII, 5, 14. 17. IX, 1. 11. 15. 17. conf. X, 2. 12. XII, 9. 11. Pr. III, 7. p. IX, 9. a.* (g) *15, 16. IV, 5. 13. 17. V, 2, 3. VI, 8. VII, 5, 6, 7. 10. 25. IX, 17. X, 2, 3. 6. 12. 14. 15. Pr. I, 22. 6. VIII, 5. IX, 13. X, 23. XVII, 10. 16. XXIII, 9. XXVI, 4. XXIX, 11.* (h) *Pr. XVII, 24.* GEIERUS. *Impius, non habet oculos in capite: sed, vel in manibus, temerè quidvis amplectens; vel in pedibus, quocunque fert impetus, ruens.* Ita is, cum AMBROSIO, *in Luc. XI.* commentante: *Sapientia, in capite; actus, in manibus.* Oculi *enim* sapientis, in capite ejus. *Quia ille verè sapit, cujus animus in Christo est, & cujus interior oculus erigitur ad superna. Et ideò, sapientis oculi, in capite ipsius: stulti autem, in calcaneo, seu pedibus.* Idem, *in Hexaëm.* l. VI, c. 9. *In arce hâc, regalis habitat sapientia: ex illâ omnibus membris vigor cum providentiâ defertur. Propter oculos, ferunt medendi periti, cerebrum hominis in capite locatum; alios autem nostri corporis sensus, propter cerebrum, finitimo quodam esse domicilio constitutos. Initium autem arteriarum & insiti caloris, quo animantur & tepefiunt vitalia, cor esse, plerique arbitrantur. Sensuum autem singulorum velut organum nervi sunt. Ideoq; mollius est cæteris cerebrum, quia omnes suscipit sensus: eò enim nervi referunt universa, quæ vel oculus viderit, vel auris audierit, vel odor inhalaverit, vel lingua increpuerit, vel os saporis acceperit. Erigit bucula ad cœlum oculos; sed, quid spectet, ignorat. Erigunt feræ, erigunt aves; omni-*

15. Et verò admirans [i], quâ ſorte, quod accidit illi,
Huic contingat idem; fatumque unum omnibus æquè
Eveniat [k]: cecidi altè animis, & pectore dixi.
Non mihi, non aliud, quàm quale obtingit inerti,
Accreviſſe genus vivendi, horreſco. quid ergò
Contendi ſapere, &, variâ artis, opumque datarum
Vi ſummâ, anniſus, noctesque dieſque laborem
Perſequor; ad finem ut certum, vel & ampliùs [l] ultrà,
Senſibus excurram? Sed, me compono; coërcens
Dicta, & ſubjiciens: Etiam hoc eſt vanum & inane [m],
Si quis in hâc vitâ ſectatur præmia pulchri.

16. Ipſa

bus eſt liber aſpectus: ſed, ſolus ineſt homini, eorum, quæ aſpicit, affectus interpres. Idem, *de Noë & Arca*, c. 7. *Mens, in capite locata* [*ſecundum plurimorum ſententiam, & maximè Salomonis; qui Eccl. 2. ait:* Oculi ſapientis, in capite ejus] *quaſi in aulâ imperiali, virtutum concilium ſibi contrahit.* Idem in Pſ. Dav. I. *Senſus ſapientis, in capite ejus: quod referri poteſt etiam ad Eccleſiæ præeminentes.* Quantò magis ad ipſum CHRISTUM! ut ſuprà, in Luc. XI. Et AUGUSTINUS, de Diſciplinâ Chriſti, c. 4. *Chriſtus Jeſus eſt, qui docet. Cathedram in cœlo habet; ſchola ipſius in terra eſt: & ſchola ipſius eſt corpus ipſius. Caput igitur docet membra ſua. Conf. Pr. IV, 23. q. VI, 32. x. &c.* Pertinentia ad facultates animæ rationalis, & cerebro, & cordi adſcribuntur: cerebro magis, quæ ſenſuum, mentis & intellectûs ſunt; cordi magis, quæ intimi affectûs ac voluntatis ſunt. (i) *ſup. l. a.* (k) *III, 19. IX, 2, 3. 11. VI, 8. 11. VII, 11. 16. XII, 9. 12. Pr. XII, 26. XVII, 7.* (m) *ſup. l. b.* HIERONYMUS. *Rurſus cogitans, & diligenter mecum mente pertractans, ſententiam meam vanam deprehendi. Non enim ſimiliter ſapiens & inſipiens habebunt in futuro memoriam, quando conſummatio veniet univerſitatis, nequaquam pari exitu tenebuntur: quia hic ad refrigeria,*

16. Ipsa hîc fama[n] viri, studiis usuque subacti,
Non minùs, ac stulti, pernicibus avolat alis;
Nescia, in æternum consistere. quicquid in ore
Cœtibus hæsit heri[o], cedroque & marmore dignum,
Venturis abdunt oblivia longa diebus.
Unde stupens, gemui[p]: ô! quæ tanta it noxa parentum
Primævorum in nos; sapiens ac stipes ut uno
Funere, ut uno ambo, ut mergantur funere eodem!
17. Sic odi[q] ætatem: sic me malus abstulit error!
Atqui equidem, talem fortunam, visus, amore
Protenus indignam, meritò censere: nec isthoc
Cordis in affectu sat tum rationis habebam.
Oderam ego nimiùm: rebar quia mente superbâ,
Quæ me cunque operum tenuissent sole sub[r] omni,
Esse mala[s]; haud aliter, quàm, quòd dolor anxius idem,
Quo constructa fuêre, ea conservanda sequatur;
Nec tamen aut stabile & constans, aut majus inepto
Seu vano[t], valeant quidquam præstare futurum.

ille perget ad pœnam. (n) I, ii. x. *conf.* XI, 8. XII, 1. (o) I, 10. u. (p) *Pr.* V, 12. x. (q) *Pr.* V, 12. VIII, 36. XIII, 24. s. (r) I, 3. g. (s) I, 13. e. *Pr.* XX, 14. (t) *sup.* 1, b.

Quale aliquando quidem regnum cœleſte reſurget:
Verùm hoc impatiens (u) non quærit imagine fictâ.
18. Atque ideò infelix, quam me excuſſiſſe decebat,
Flamma nocebat ita, ut, quæ teſte & judice Phœbo
Antè laborâram ſcitè, exſecranda putarem.
Cauſſa accedebat prægnita, ſicut acerbus
Nuncius, ingeminans: proprium mihi ſorte vel arte,
Ceſſurum omne homini, poſt me cui ſceptra relinquo.
19. Quis ſcit (x) enim; arbitrii morum præſtantis, an excors (y),
Extiterit poſthàc, quando iſte laboribus unus
Eſt dominaturus (y), mea quot ſibi dextra peregit,
Quæque relictura eſt ſolertia noſtra ſub axe
Ingenii monumenta mei? Quàm vanum & inane (z)
Hoc omninò etiam, niſi plus æterna petuntur!
20. Ventum ad ſupremum fuerat (a): traxiſſe moleſtas
Per tot cœpta moras, ſine fine & fœnore, tædet:
Præcipitant curæ, manibus dare tempus, amandi
Otia, quæ rupta haud unquam Sol viſat ab alto;
Otia, quæ ſeſe in truculenta negotia vertunt:
21. Donec erat tandem promtum, prædiſcere crimen Inte-

(u) *I, 14. b.* (x) *I, 14. II, 24. III, 10. 16. 21. IV, 15. V, 12. 17. VI, 12. VIII, 1. XXIV, 22.* (y) *14. g. VII, 17. Pr. V, 18. VIII, 9.* (z) *ſup. 1. b.* (a) *Verti me. conf. I, 6. n. VII, 25.*

Interius; quo mens, adeò confusa, repentè
Excidat inceptis vastis, cùm externa vacillat
Spes, migratque datam faciem. Nimium arrogat armis
Nempe suis animi vis effera, si quid ab hausto
Rerum habitu [b], ac nexu caussarum [b], atque ordine justo [c],
Productum in lucem fuerit: quasi fors sit iniqua,
Quando superveniens, quem non optaveris, hæres
In constructorum, quæ non sua, parte [d] locatur.
Quod certè vani [e] specimen quoque; magnaque [f] plaga [g] est,
Multa reluctanti: multò at fallacior ausus,
Desidiam suadens propter fastidia vitæ;
Antiquum ob lapsum nobis superanda ferendo.

22. Aut quid mortali remanebit denique firmum
Omnibus ex illis, crebro quæ corporis æstu,
Ac sævis animæ cum angoribus [g], acta fuerunt?
Ni tu post obitum promissa paterna reportes.

23. Optima quæque dies, totumque timoribus [h] ævum
Transigitur: quos & subvexit ad æthera virtus,
Offi-

(b) I, 16, 17. Pr. II, 6. h. (c) I, 13. c post. IV, 4. V, 10. XI, 6. Pr. XXXI, 19. b. (d) sup. 10. x. Prov. XVII, 2. o. (e) I, 2. e. (f) VI, 3. VIII, 6. X, 6. (g) I, 13 c. (g) I, 17. s. (h) I, 18. x.

Officiis ardens [i], immensa molestia [i] demum
Tollit humo fessos [k]; patitur nec jure ferarum
Uti, ut nocte satis reddant sua corda quieti [l].
O vanum! quid enim pro sedulitate reponit
Terminus annorum, abrumpens rerum ultima fila?
Quid? nisi *Spes*, galeâ necis umbram ac vincula vincens,
Remigio alarum *Fidei* supra astra volare,
Et Lunæ, Solisque vias transcendere gaudet [m].

24. Ergò nihil veri invenies, terrena pererrans,
Præterquam unam hominis pacem, quâ Spiritus ipsum
Ipse Dei Sanctus secum unit; ut orbe caduco
Celsior is comedatque bibatque [m], & læta laborum
Mem-

(i) *I, 18. u.* (k) *I, 13. f.* (l) *VIII, 16. Prov. III, 24. r. Cant. V, 2.* (m) *conf. I, 2. e. 18. y. XII, 14.* (m) *sup. 1, 2. inf. 25, 26. III, 12, 13, 22. V, 17, 18. VII, 15. VIII, 15. IX, 7, 8. XI, 9, 10. Prov. XI, 17. XIII, 9. 12. 19. 25. XV, 13. 15. XVII, 22.* GEIERUS, in h. l. *Per hoc* Edere *&* Bibere *non intelligas epicuream corporis oppletionem aut helluationes: sed opponitur hoc tenaci hominis esuriei, curisq; illis vanis, quas & Salvator redarguit Matth. VI, 25. 34. præcipiens, ut fiduciâ in paternum Dei affectum habitâ, tranquillè fruamur præsentibus, de crastino non ethnicè soliciti.* Idem, in Prolegomenis: *Audito gaudii, cibi potûsq; encomio, c. II, 24. III, 12. VIII, 15. &c. in conspectu semper habe insignes illas de sanctâ Dei reverentiâ, c. IV, 17. V, 1. seq. VIII, 12, 13. XII, 1. 13. de judicio extremo, c. III, 17. XI, 9. XII, 14. de eleemosynæ charitatisq; studio, c. XI, 1. seq. de gaudii carnalis detestatione, c. II, 2. VII, 2. seq. aliosq; plures locos.* Et in c. III, 13. *Ne homo, cognito hoc vanitatis remedio, denuò de vanitate propriis viribus superatâ incipiat gloriari,*

Membra gerens, animum doceat, quàm ſuavia mella
E ſudorifero derivet Gratia niſu[m],

ecce iterum hominis demonſtrat nullitatem: nam hilaris illa bonorum fruitio non eſt ex naturæ viribus, ſed ſolius Dei liberale donum. Item, in c. VIII, 15. *Pia hilaritas, optimum contra fortunæ imparitatem remedium.* Ubi addit: *Hilaritatem hîc non intelligi Epicuræam, oſtendit inter cæteros etiam B. Auguſtinus lib. XVII. de Civit. Dei c. 20. AUGUSTINI* verba ſunt: *Eccleſiaſten in hac ſententiâ, manducandi & bibendi, quam ſæpe repetit plurimumq; commendat, non ſapere carnales epulas voluptatis, ſatis illud oſtendit, ubi ait:* Melius eſt, ire in domum luctûs, quàm ire in domum potûs. *Et paulò pòſt:* Cor, *inquit*, ſapientium in domo luctûs, & cor inſipientium in domo epularum. VII, 3, 4, 5. *item*, II, 2. Riſui dixi, inſanis! & lætitiæ, quid facis? HIERONYMUS, in h. l. *Quid boni eſt, aut quale Dei munus; vel ſuis opibus inhiare, & quaſi ſcientem præſentem carpere voluptatem? vel, alienum laborem in propriis delicias vertere, & hoc putare donum eſſe Dei, ſi alienis miſeriis & laboribus perfruamur? Bonum eſt itaque, veros cibos & veram ſumere potionem; quos de agni carne & ſanguine in Divinis voluminibus invenimus.* Conferatur idem ad loca reliqua: unde cum GEIERO ſaltem hoc diſcere eſt, quòd hilaritas, quæ non hominis, ſed Dei donum prædicatur, haud aliter ſit talis, quàm quatenus omnem ſuam veritatem accipit è ſpirituali ſeu Evangelico *principio*; gaudio videlicet, oriundo ex DOMINI gratiâ. Nehem. VIII, 10. 1. Cor. X, 30, 31. Col. III, 17. Philpp. IV, 4. Neque enim tantùm de gratiâ *generali*, ut Act. XIV, 16, 17. hîc agitur, Eccleſ. II, 24, 25, 26. verùm etiam de *ſpeciali*, ſecundum quam homo eſt bonus coram Deo, præ peccatore, ita, ut DEUS opera ejus approbet. IX, 7. Ex quo fundamento, & reſpectu primario, *Hieronymus*, poſterioris hujus loci antecedens illud: *Veni, comede in lætitiâ panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum!* rectè affirmat, vocem eſſe illius Eccleſiaſtæ, qui in Evangelio loquitur: Joh. VII, 37. *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat!* Et in Proverbiis: IX, 5. *Venite, comedite panes meos, & bibite vinum meum!* Conferantur & infrà *Geieriana* ad IX, 8. m. (m) *Pr. X, 22. XXXI, 18.*

Gratia viva poli. nam vidi ego, temporis usu,
Immortale bonum non unquam è viribus ortum
Humanis, auctúmve: datumque, ex Numinis altâ
25. Æterni manare manu [n]. Prosperrima testor
Fata mea: ecquis enim est, præ me cui dona benigna
Fortuna obtulerit; tam, maturare suorum
Expediendam operam, mensæ quàm munere vesci?
26. De ratione boni mens vera hæc denique constat:
Quem pietate gravem clementia justa JEHOVÆ
Conspicit, huic addit prudentis sensa recessûs
Conscia; quæque sciant, res indagare latentes [o],
Lætitiamque malis divinam adhibere levandis [p].
Sin homo non curat [p] vitium lethale veneni
Eradicandi; nugis quia gaudia ineptis
Polluit, ac plagas, medicaminis instar amari,
Abjicit effrenus: tali, ceu turbidus Atlas,
Solliciti squaloris onus [q] cœlo imminet atrum;
Impositumque, incumbit: ut aggreget, asper, avarus,
Accumuletque invisus opes; quas deinde bonorum
Non nulli det habere [r] DEUS, proprioribus Ipsum

Qui

(n) IX, 1. Pr. VI, 5. Es. I, 12. (o) sup. 21. (p) 24. m. (p) V, 5. d. VII, 17. 26. VIII, 12. IX, 2. 18. Pr. V, 22. XI, 31. XIII, 22. XIV, 21. Ps. CIV, 34. (q) I, 13. f. Pr. X, 22. XXIII, 4. XXVIII, 8. (r) XXVIII, 8.

Qui ſpatiis dudum ſequitur [s]. Quàm turpis imago
Iſta etiam vani! quàm indignis angitur umbris [s]
Spiritus, in tenebris ſua qui bona negligit amens!

CAPUT TERTIUM.

E temporis præteriti, præſentis, futuri, incertis opportunitatibus etiam agnoſcenda vanitas occurrebat: tum quòd, ne tempeſtivè quidem facta, per ſe afferunt aut relinquunt bonum permanens; tum, quòd hæc eſt ipſius lapsûs pœna 1.--9, 10. *Contrà, in DEO ut eſt omnis perfectio, ita hujus idea quædam, naturæ ductu inſita eſſe humano generi, obſervabatur; ipſa autem Numinis decretorum perveſtigatio, non dari, ob peccati interventum. Unde ſciendum utrumque:* 1. *hominem lapſum nihil reliqui feciſſe ſibi ad vulnus ſanandum; Deum tamen, ex merâ miſericordiâ, donum inenarrabile,* [2. Cor. IX, 15.] *CHRISTUM, &, propter hunc DOMINUM, eam* benedictionem *nobis deſtinâſſe, ut, deploratâ culpâ, liceat in Ipſo lætari, & benè agere, non ſine fructu ſempiterno: in quibus partibus poſitum bonum hujus vitæ* intermedium. 2. *Decreta & facta Dei tam eſſe immutabilia, inter omnes viciſſitudines, quàm juſta & fida: atque hujus myſterii notitiam, pertinere ad deprimendam in agendo carnis arrogantiam, & erigendam in patiendo ſpiritûs fidem.* 11.--15. *Quocircà fides ſpiritûs confirmatur in primis adverſus mœrorem, oriundum ex magiſtratuum injuſtitiâ; mentione extremi judicii* pantocritici. 16, 17. *Carnis arrogantia reſecatur in herbâ ipſius* ἀπιστίας, incredulitatis, *reſpuentis prima religionis principia: qui oppoſitus ſtatus, ex Salomonis mente, vocatur meritò* beſtialitas. 18.--21. *Contra utrumque malum, præſertim anxiam de futuro ſolicitudinem, pullulantem ex radice utrâque; uſus commendatur boni, ſuprà dicti,* intermedii, *Evangelicæ & lætitiæ & induſtriæ.* 22.

(s) *Eadem, Pr. XIII, 22. XXVIII, 8.* (s) *Vid. not. ad I, 13. f.*

REs omnis ſibi tempus [s] habet: quæcunque per annos
Propoſita [t] exiſtunt, ſua digerit hora ſub aſtris.
2. Tempora naſcendi, moriendi [u] tempora, dantur.
Tempus, plantare: &, plantas [x] evellere, tempus.
3. Horam occidendi, ſequitur, quæ vulnera curat.
Deſtruit [x] una domos: melioribus altera ſurgit.
4. Triſtis, amat fletum [y]: riſum [z], mox læta reducet.
Plangere, jam par eſt: aliâ ſaltabitur horâ.
5. Nunc diſperguntur lapides: nunc ſaxa leguntur [a].
Hora dat amplexûs [b]: jubet hora, recedere ab illis.
6. Tempus, quærendi [c]; tempusque eſt, perdere [d] parta:
Seu dominum invitum fugiant, ſeu ſpreta fugentur.
Nam ſua, cuſtodit [e]; ſua rem quoque projicit [f] hora:
7. Scin-

PARALLELISMUS CAPITIS III.

(s) *Conf. I, 4, 5. &c. VIII, 6. IX, 11. Pr. X, 5. XXIV, 27. XXXI, 13. -- 27.* TERTULLIANUS, de virginibus velandis. *Eccleſiaſtes, tempus, inquit, omni rei. Aſpice, ipſam creaturam paulatim ad fructum promoveri. Granum eſt primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcula enititur. Deinde rami & frontes invaleſcunt, & totum arboris nomen expanditur: inde germinis tumor, & flos de germine ſolvitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis aliquamdiu & informis, paulatim ætatem ſuam dirigens, eruditur in manſuetudinem ſaporis. conf. Marc. IV, 28, 29.* (t) *17. V, 3. 7. VIII, 6. XII, 1. 10. Pr. III, 15. z.* (u) *I, 4.* (x) *Conf.* Tertull. *ſup. ad 1.* (x) *Pr. XXV, 28.* (y) *II, 4.* (y) *oppoſ. Pr. XXV, 20.* (z) *II, 2. c.* (a) *II, 8. o.* (b) *IV, 5. Pr. V, 20. g.* (c) *VII, 25. XII, 10. Pr. II, 4. f. X, 5.* (d) *V, 13. VII, 15. Pr. XXXI, 6.* (e) *V, 7. 12. VIII, 5. Pr. X, 17. o.* (f) *Pſ. LXXI, 9.*

7. Scindunturque hodiè; quæ lux aut craſtina rurſus
Conſuet, aut heſterna recens conflavit in unum.
Et fandi veniet tempus, tempusque ſilendi.
8. Atque amor, atque odium [g], è momentis pendet, utrinque.
Annales audire, vacat; tam bella [h] cruenta,
Quàm bellæ pacis, memorantes, commoda, mixtim.
Sic natura ſuis; & ſic humana voluntas,
Articulis, ut fas decernit, clauditur arctis.
9. Hinc onus! hinc labor eſt quisque irritus! utile [h] quidnam
Mortali è factis, animum quibus ipſe fatigat [i],
Numinis immemorem miſer, ut temerarius autor?
10. Horret ubique oculus, cernens, molimina [k] quanta
Sint ea, quæ Divûm juſta inclementia noſtris
Mentibus inflixit, circum diſcrimina fati
Perſcrutanda; ſuo ut quivis errore prematur.
11. Pulchra [l] DEUS ſolus pulcherrimus omnia [m] fecit,

(g) *conf. Luc. XIV, 26. Joh. XII, 25.* HIERONYMUS, in h. l. *Tempus, amandi poſt Deum liberos, uxorem, propinquos; & tempus, odiendi eos, in martyrio, cùm pro Chriſti confeſſione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certè tempus, amandi legem, & ea, quæ à lege fuerant imperata, circumciſionem, hoſtias, ſabbatum, neomenias; & tempus, odiendi* [ſano reſpectu] *ea, Evangelii gratiâ ſuccedente.* (h) *VIII, 8. IX, 11. Pr. XX, 18. XXI, 31. XXIV, 6.* (h) *I, 3. f.* (i) *I, 3.* (k) *conf. 10, 11. I, 13. f.* (l) *V, 17.* (m) *conf. ſup. 1. & I, 2.*

Et facit, & faciet: propriis ut quæque diebus
Signa venuſtatis, legisque ac ordinis, edant[m].
Nec minùs, omni ævo[n] quæ ſunt veſtigia dia,
Indidit humano cordi: hoc ſi fortè Datoris
Virtutes ſentire velit. Modò cura, regendi
Secula, non ulli ſatis explorata pateſcit;
Tanquam opus abſtruſum: cujus tam finis[o] ab ægro
Senſu alienus erit, quàm priſca refugit origo[o].
12. Quas animi ambages, nec non ſecreta JEHOVÆ,
Reſpiciens equidem, novi; telluris alumnis
Haud verum ſupereſſe bonum: ſed, tendere cœli
Pignora, ut in DOMINO lætentur[p], & optima quæque
13. Luce[q] ſuâ peragant[r]. neque enim ſine munere[s] ſummi
Præſidis obtingit, ſi quis ſic veſcitur aurâ
Ætheriâ, atque cibis, potuque; videtque, ſuarum

Præ-

(m) *Pr. XV, 23. XXV 11. Gal. IV, 4. Eph. V, 16.* (n) *I, 4. XII, 14. Prov. VIII, 23. Pſ. CVI, 48.* (o) *I, 13. 17. VII, 1. 12. 30. VIII, 16, 17. IX, 1. 11, 12. XI, 5. Act. I, 7.* ATHANASIUS, Synopſ. Scrip. S. lib. 15. *Salomo, fatalium rerum inquiſitionem prætergreſſus, & in contemplandâ mortalium politiâ conſtitutus, cùm multos & varios videret hominum caſûs; rectè conſtituit, quòd providentiâ adminiſtrentur omnia; dicens Eccl. IX, 11.* Curſus non eſt velocium &c. (p) *inf. 22. II, 10, 24, 25. V, 18. VII, 12. VIII, 15. IX, 7, 8, 9. XI, 8, 9. oppoſ. II, 2. VII, 1. Prov. III, 22. n poſt. XI, 17. 19. XVI, 15. XIX, 23. XXI, 15. Nehem. VIII, 10. Philipp. IV, 4.* (q) *Matth. V, 16. Ebr. III, 13.* (r) *VII, 19, 20. XII, 13. Pr. XI, 27. XIV, 22. XXI, 15. Rom. XII, 21.* (s) *ſup. 9. V, 18. Prov. XXV, 14.*

Præmia curarum augeri ſucceſſibus almis [t].

14. Deinde, ſcio pariter; quicquid Deus unus agendum
Efficit, æternum perſiſtere: poſſe nec addi [u],
Auferríve aliquid, cœptis cœleſtibus, unquam.
Quippe ita Divino placitum ſtat fœdus utrumque
Conſilio; faciem, præſentis ubique, Tonantis
Ut ſuſpenſi homines humili vereantur [x] amore.

15. Jamque nihil præſtò eſt, quod non præſumſerit Autor
Primus inexhauſto complexu mentis, & olim
Quod nondum in terris fuerit. quodq; inde paratur,
Id fuit antè [x] etiam. Retrò ſublapſa requirit [y]
Ipſe Deus; rerum ſpecies ſine fine reſurgit,
Seminibus renovata ſuis: [z] tum, ſi quid ab illo
Proviſum eſt, licet hoc videatur ad ima redactum,
Emerget tamen, ut tandem bona vera triumphent;
Perpeſſosque fugam revocabit maximus ultor [a].

16. Inde ubi rurſum oculos longè lateque levavi
Sub ſolis [a] facibus, vidi ſublime tribunal,
Quod tenet Impietas [b]; ſedem, quâ dicere jura
Juſtitiam decuit conſtanter: at, ecce! ſub hujus
Laudibus

(t) II, 24. Huc pertinentia, notata ſunt ad II, 24. (u) VIII, 8. Pr. XIX, 8. (x) V, 6. VII, 18. VIII, 12, 13. IX, 2. XII, 5. 13. Prov. I, 7. p. I, 10. n. VI, 10. c. (y) ſup. 6. XII, 10. Pr. I, 4 f. (z) I, 9. 5, 1. 9. (a) Pr. XI, 19. (a) I, 5. g. (b) Pr. II, 22. g.

Laudibus effulget fictis Injuria acerba.
17. Vidi: ac corde meo, mecum indignatus, idem unum
Solamen recolens; Certè, instaurabitur, ajo[c],
Judicium quoque. Rex Superûm sedet arbiter orbis,
Injustum & justum dirimet qui ad legis amussim[d].
Nam si humana diu rabies[e] discrimina sancta
Diruit; haud ignota, poli sed in arce notata,
Fanda, nefanda, manent: donec tandem, ordine certo,
Cuique voluntati, gestis super omnibus, illinc
Digna rependantur.
18. Dehinc verò, pectore tristi
Ardebam porrò, scitari, & quærere sortem[f],
Cujus Adamigenas diversa pericula turbant.
Contendi, meditans: Æterni est judicis, ipsos
Exquirendo animos secernere[g]; quique medentur
Spontè suæ labi dociles, dignoscere ab illis,
Qui prætermissis opibus, quas, viribus aptis
Ad resipiscendum, Divinus Spiritus offert,
Sunt quasi bruta[h] sibi, degentes more ferarum[i].

Unde

(c) *18. I, 16. II, 1, 2, 3. 15. IV, 2. VI, 3. VII, 23. VIII, 14.* (d) *V, 7. VII, 5. XII, 14. Pr. I, 3. f. XXII, 22, 23.* (e) *sup. 3. V, 7. VIII, 6. XII, 1. 10. Pr. III, 15. 2.* (f) *VII, 14. VIII, 2.* (g) *IX, 1. 7. Ezech. XX, 38.* (h) *19. Pr. V, 19. Ps. LXVIII, 11. 31. LXXIII, 22. LXXIV, 19. LXXX, 14.*

Unde, piæ mentis ſanis rationibus orbi,
Commentis Satanæ cedunt creduntque, putantes
19. Hoc ſimilíve modo: Nonne accidit [i] unus & idem
Eventus gnatis hominum, qui eventus habetur
Jumenti proprius? veluti id defungitur annis,
Talis homo exſpirans; eademque eſt omnibus aura [k]:
Hactenus & nihil eſt rerum, quo præſtet hic iſti!
Nusquam adeò quidquam, quod non ſit vanum & inane.
20. Omnia eunt unà, ſenſimque trahuntur, ad unum
Communemque locum. ut ſunt orta ex pulvere cuncta [m];
Cuncta revertuntur primos ad pulveris ortus.
21. Sic cenſent temerè. ecquis enim cognoſcit [n] eorum,
Sicut oportebat, quanti ſit prolis Adami
Spiritus [o]? omninò ille, ille ipſe [p], ad Numina ſurſum
Judicii reus aſcendit [q]: verùm aëris hauſtus,
Beſtia quem exhalat, terram deſcendit in imam.
22. Vidi igitur, reputans; ſi quisquam ad ſana reverſus,

(i) *II, 14, 15. conf. IX, 11. X, 18.* (k) *ſpiritus* animalis: *de* rationali. *21.* (l) *conf. I, 3. f. Pr. XIV, 23. XXI, 5.* (m) *Pr. XXII, 2.* (n) *II, 19. VI, 12. Pr. XXIV, 22.* (o) *ſpiritus* rationalis, *ut XII, 7. conf. Eſa. II, 22.* (p) SCHMIDIUS, cum Aben-Eſra: *qui aſcendit ſurſum. Præfixum* He *demonſtrat hîc emphaticè, non interrogat. conf. IV, 10. XII, 7.* (p) *Pr. XV, 24.*

Haud potius reſtare bonum [q] durante ſub ævo:
Quàm, DOMINO ut fidens ſanctè unusquisque, tremendi
Poſtremi arbitrii benè conſcius, abneget, atris
Morderi curis; lætusque laboret, in ipſo
Officio ſtudioque ſuo [q]. quæ dulcior hujus
Afflictæ miſeris vitæ pars ſola relicta [r].
Et dubitamus adhuc, ventura relinquere JOVÆ?
Aut quis erit, quenquam noſtrûm qui duxerit illuc,
Unde videns guſtet [s], quod poſt ſua fata futurum eſt?

CA-

(q) *I, 3. II, 10. x. XI, 2.* (q) *ſup. 12. II, 24, 25, 26. V, 17, 18, 19. VII, 15. VIII, 15. IX, 6, 7, 8. XI, 9, 10. Pr. XV, 15, 16, 17. 19. XVI, 3. XVIII, 14, 15.* (r) *II, 10. x.* (s) *ſup. 13. II, 1. a.* (t) *Pr. V, 4. i. XXIII, 18. n. 32. y.* BERNHARDUS, in Pentecoſt. ſerm. 3. *Fuiſſe, novimus, ab initio, & adhuc multos eſſe videmus in filiis hominum, qui in bonis inferioribus ſenſibilis mundi hujus, totâ ſenſualitate depreſſi, totos ſe dederunt his, quæ facta ſunt; quonam modo, vel ad quid facta ſint, negligentes. Quid iſtos, niſi* Carnales, *dicamus? Pauciſſimos eſſe jam arbitror, legimus tamen nonnullos quandoque fuiſſe; quibus ſummum ſtudium fuit, atque unica ſolicitudo, modum & ordinem inveſtigare factorum, adeò, ut plerique non modò utilitatem rerum perquirere diſſimulaverint, ſed & ipſas magnanimiter ſpreverint, cibo parviſſimo viliſſimoq; contenti. Ipſi quidem ſeſe* Philoſophos *vocant; ſed à nobis,* curioſi & vani, *rectiùs appellantur. Utrisque igitur ſucceſſerunt viri, prudentiores utrisque; qui nimirum, & quæ facta ſunt, & quomodo facta ſunt, tranſilientes, intenderunt aciem mentis, ut, ad quid facta ſint, viderent. — Hi ſunt, Spirituales; ſic utentes hoc mundo, tanquam non utentes, ſed in ſimplicitate cordis ſui quærentes Deum; ne illud quidem magnopere veſtigantes, quonam modo mundialis hæc machina volveretur. Primi fuerunt* voluptate; *ſecundi,* vanitate; *tertii,* veritate *impleti,*

CAPUT QUARTUM.

Unde porrò animadvertitur: ne spiritualis *amor lætitiæ & induſtriæ impediatur, aut degeneret in* carnalem; *neceſſe eſſe, ut conſervetur recordatio ærumnarum mundi hujus, quæſiti boni expertium: quippe quæ, licet propendeat interdum ad extrema, ſpiritui tamen dat anſam, emergendi per auditum Evangelium. Ejusmodi extremorum adducitur exemplum: viventibus præferre mortuos, vel ipſos haud exiſtentes. 1, 2, 3. Atque huic pædagogiæ inſervire etiam, oſtenditur, conſideratio illorum extremorum, quæ virtuti utrique oppoſita ſunt; qualia, æmulatio negotioſorum, & otioſorum livor: ut nempe tranquilla veritas eligatur. 4, 5, 6. Agnitio item, intra ſe ipſum,* experimentalis, *non diſſimulanda. 7. Superioribus accedit, avari cœlibatûs vanitas, comparata cum ſocietatis digno uſu. 8. -- 12. Nec perſonas ſolummodò* privatas, *verùm &* publicas, *privatio veri boni tangere notatur. Rex ſtultus, quantumvis ſenex, haud beatus; minor rege puero, ſapiente: neque rex, vel origine ſuâ, vel reliquis rationibus, felix per ſe dicendus. Salomo ipſe, ſuo & filii exemplo, vanitatis experientiam confirmat: licet ipſe fuerit ſapiens, iſte autem minùs talis futurus. 13. -- 16. Quæ omnia meditans, nihil reperit ſuadendum aliud, quàm ut unusquisque patiatur ſe adduci, ad bonum unicè ponendum in cultu DEI, excolendo verâ ſanctimoniâ & ſapientiâ: quandoquidem ita ſpiritualis hilaritas, cum ſedulitate, in animo rectè fundatur atque firmatur; modò vanitas, ſeu abuſus, evitetur quoque in ſacris externis. 17.*

ATque iterum [u] torſi in verbo mea lumina [u], ad omnes
Sub ſole [x] oppreſſos [y], patientes [y] ſortis iniquæ.
Ecce! ibi quot fletus, gemitus! ſolatia nulla.
Quæritur adjutor: lacrymæ volvuntur inanes.

PARALLELISMUS CAPITIS IV.

(u) *III, 16. conf. XXIII, 35.* (x) *3. 7. 15. I, 3. 9.* (y) *V, 7. VII, 7. Prov. XIV, 31. XXII, 16. XXVIII, 17.*

Nec curas, datur, horrendas sat promere, coram
Judicibus: tantùm hi vim [z] duram, & jura maligna
Exercent; fraudem palmis dum ac vincula nectunt,
More tyrannorum. at, solans haud suppetit ullus,
Quique velit justas audire & reddere voces [a].

2. Hinc statui [a]; extinctos, quibus ævi flore sub ipso [b]
Contigit oppetere, heu! fatis melioribus uti [c],
Quàm qui inter vivos injusta extrema sequuntur.

3. Quin, ita pergebam: sed, utrisque beatior istis,
(Eloquar, an sileam?) nondum qui ducitur aurâ
Vitali [d]; neque enim perversa pericula vidit,
Quæ quovis jubare exorto mortalibus instant.

4. Pòst hinc attonitus, membrorum ac mentis in omnem
Introspexi operam; nec non, quibus artibus omne
Perficiatur [e] opus. quidnam hîc; nisi, ut unus & alter
Invidiæ [f] stimulis inter se agitentur amaris?
Hoc nimirum etiam vanum: miser undique motus;
Spi-

(z) IX, 10. Pr. XX, 29. XXIV, 10. p. (a) GEIERUS optimè. *Hæc omnia tractantur ita à Salomone, ut summa inde* Mundi *ac* Mundanorum *pateſcat vanitas & injuſtitia; ut proinde homo, ab amore vel ſectatione illorum abſtractus, unicè adhærere diſcat Creatori: quippe qui ſatis ſolari poteſt, ac ſolet, omnes injuſtè oppreſſos pios, citra cujus opem nil niſi injuriæ ac tribulationes perpetuæ.* (a) III, 17. c. (b) I, 10. u. (c) VII, 1, 2. VIII, 15. (d) VI, 3. Matth. XXVI, 24. (e) I, 13. c. poſt. (f) IX, 6. x. Pr. III, 31. a. VI, 34. XIV, 30.

Spirituumque[g] angor, subigendus robore Verbi!
5. Deteriore modo quanquam sua complicat[h] amens
Brachia, & absumit tetro sibi vulnere carnem[i].
6. Est satius[t], manus una domum si plena[k] redibit
Cum requie[k]; ac, si tu pugnorum onerabis utrumque
Cum nimio nixu, gemitus spirante[l] molestos.
7. Nec mihi justa quies ipsi, dum captus amore
A fine ad finem redeo sine fine, sub æthrâ[m]
Ludicra disquirens[n]: nil non fugit ocyus Euro!
8. Ecce autem! unus[o] homo; neque[p] ei de gente secundus
In vitâ superat, fratérve, aut gnatus: & iste
Unus secum habitat, sese nec possidet unum.
Namque ærumnosis ejus sudoribus[q] ecquis
Terminus atque modus; rutilâ dum messe metalli
Explerique oculum[r] nequit, ardescitque tuendo?
Cui verò infelix egomet, tot adire labores,
Sustineam[s]; sensûs, prohibens[t], noviisse dierum

(g) *conf. 6. & 16. I, 14. b.* (h) *III, 5. Pr. V, 20. g. VI, 10. b. XXIV, 33.* (i) *3. 9. 13. II, 24. III, 12. 22. V, 4. VI, 3. 9. &c. Prov. XI, 17. XIV, 30.* (i) *sup. 3. 9. 13. VII, 1. IX, 16. Pr. XXV, 7.* (k) *IX, 3. XI, 5.* (k) *VI, 4. IX, 17. Pr. XV, 16. r. XVI, 8. XVII, 1.* (l) *vid. 4. g. Pr. XXXI, 7.* (m) *sup. I. x.* (n) *sup. 1. u.* (o) *inf. 12.* (p) *sup. 1. Pr. XXIX, 19.* (q) *Pr. XXXI, 7.* (r) *I. 8. II, 10. Pr. XXVII, 20.* (s) *Mimesis, ut Pr. VI, 9, 10. VIII, 4. XXIII, 35.* (t) *I, 15. VI, 2.*

Dulce bonum [t]; & fruſtrà pergens, inſumere vires?
Futilis eſt hæc ſors, miſerabilis; abditaque intus
Spiramenta animæ corrumpit ſemine ſenſim
Lethifero [u]: niſi quis ſpectat meliora petenda
Lumina, in æternos mentem intendentia fructûs.
9. Proinde viro unigenâ potiores fœdere certo
Sunt duo, qui pulchrâ juncti mercede [u] fruuntur [x]
10. E virtute ſuâ. quòd ſi procumbit [x] utervis,
Alter in alterius caſu graviore levando
Suggerit auxilium. ſin manſerit unicus extra
Fortis amicitiæ nexum; ſecus [y] evenit illi.
Si ruat is [z]; non eſt ſocius, qui ſubrigat ipſum.
11. Plus etiam ignis erit membris, cùm bina cubabunt
Corpora

(t) II, 24. III, 13. V, 10. 17. VI, 6. (u) *ſup.* 4. 6. (u) IX, 5. (x) X, 10. XI, 3. Pr. XVIII, 1. XXVII, 9, 10. 17. XXIX, 17. XXX, 27. (x) *conf.* VI, 4. IX, 12. XI, 3. Pr. XI, 5. 9. (y) X, 16. Pr. XXIII, 29. (z) Præfixum, relativè emphaticum, *ut* III, 21. *p.* AMBROSIUS, exhortatione ad Clericos *ſuper hoc cap. myſterium Chriſti & fidelium, uti Pr.* XXXI, *in matrimonio, ſic in qualibet bonæ ſocietatis communione, pulchrè figuratum hìc monſtrat. Ubi ſunt* duo, optimi ſuper unum? *niſi, ubi Chriſtus eſt, & is, quem Chriſtus tuetur. Quoniam, ſi ceciderit, qui cum Domino eſt Jeſu, erigit eum Jeſus. Sed, quâ ratione dixit:* in labore ipſorum? *Ergò & Chriſtus laborat? Utique laborat, qui ait:* Laboravi clamans. *Laborat, ſed in nobis. Denique ad puteum fatigatus ſedebat. Sed quomodo laboret, docuit nos Apoſtolus minore exemplo, dicens:* Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Docuit & ipſe Dominus ſuâ voce:* Æger eram, & non viſitâſtis me: nudus eram, & non operuiſtis me. *Laborat, ut me jacentem erigat. Unde & in Eliſæo figura Domini præceſſit; qui projecit ſe, ut mortuum erigeret: in quo ſym-*

Corpora communi in ſtrato. quis ſit calor [a] uni?
12. Solus & imbellem ſeſe tanquam objicit hoſti:
Incomitatum etenim ſi quis præſtantior armis
Oppugnat [b]; gemini, invicto munimine firmi,
Conſiſtent [c] adverſus eum. ſic rumpere fila,
Difficile, intexto quæ ſunt conſerta trilici [d].

13. Pau-

bolum eſt, quod nobis Chriſtus commortuus ſit, ut nobis reſurgeret. Projecit itaque ſe uſque ad noſtram Chriſtus fragilitatem, ut nos erigeret. Projecit ſe: non cecidit, ſed erexit conſortem. Ipſe enim conſortes nos ſibi fecit, ut ſcriptum eſt: Quia unctus eſt oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. *Undè puchrè ait Eccleſiaſtes:* Quoniam ſi ceciderit, unus eriget ſocium ſuum; *non ipſe erigitur. Chriſtus enim non alterius auxilio atque ope erectus eſt, ſed ipſe ſe reſuſcitavit. Denique,* ſolvite, *inquit,* hoc templum; & in triduo illud reſuſcitabo. Hoc autem dixit de templo corporis ſui. *Nec immeritò erectus non eſt ab alio, qui non cecidit. Nam & ille, qui à ſecundo erigitur, cecidit: &, qui cecidit, indiget auxilio, ut erigatur. Quod & ſubjecta docent, dicente ſcripturâ:* Væ illi, cui, cùm ceciderit, non eſt ſecundus, qui eum erigat! (a) *Conf. Pr. VI, 31.* AMBR. *Si dormierint duo, eſt calor illis. Commortui enim ſumus Chriſto: & ideò convivimus. Chriſtus nobis commortuus eſt, ut nos calefaceret, qui ait:* Ignem veni mittere in terram. *Mortuus eram: ſed, quia in baptiſmate commortuus Chriſto ſum, accepi lumen vitæ à Chriſto. Et, qui in Chriſto moritur, per Chriſtum calefactus, vitæ & reſurrectionis vaporem accipit. Frigidus erat puer: calefecit eum Eliſæus ſpiritu ſuo, dedit ei vitæ calorem. Condormivit ei, ut eum calor quietis ejus, qui in ſymbolo conſepultus ei fuerat, excitaret. Frigidus itaque eſt, qui non moritur in Chriſto. Calefieri non poteſt, cui ignis ardens non appropinquat. Incalefcere non poteſt alteri, qui ſecum non habet Chriſtum.* (b) *conf. VI, 10. e.* (c) *I, 4. II, 9.* (d) *ſup. 9. x.* AMB. *Ut cognoſcas, ſecundum myſterium dictum, non ſecundum numerum, quia optimi duo, quàm unus; ſubjecit myſticum:* Et ſpartum triplex non citò rumpetur. *Tria enim, quæ non ſunt com-*

13. Pauper [e] inopsque puer [f], sua quem sapientia ditat,
Rege prior stulto est sene [g]; cui mens nulla, referre
Consilia in melius [h]: qualis monitoribus asper
14. Redditur, ut fuerat. Vinctorum ex sede profundâ
Egreditur, scandens solium: aut, sub fascibus istis
Natus erat. sicut pariter, quem purpura fovit

Hære-

posita, non rumpuntur. Trinitas itaque incompositæ naturæ rumpi non potest, quia Deus unum & simplex & incompositum est, quicquid est. Quod autem est, permanet, non subjicitur. Bonum est itaque, adhærere alteri, & inserere collum in torques ejus, & subjicere humerum, & portare illum; nec tædiare ad vincula, quia de domo alligatorum [id quod sequitur] *exibit, qui regnet, puer ille, qui super regem seniorem & stultum est. Ideoque, qui eum sequuntur, alligati vinculis sunt. Denique Paulus vinctus Jesu Christi. Unde & ipse Jesus captivam duxit. Non satis visum est ei, solvere captivitatem, quam Diabolus imposuerat, ne iterum liberos vacantesq; invaderet: sed perfecta absolutio existimata est, sub Christo degere, & injicere pedes in compedes sapientiæ ipsius; captivum esse, ut sis liber ab adversario.* (e) IX, 15. 17. (f) *conf.* VII, 1. r. X, 16. XI, 9. *Pr.* I, 4. AMBROS. *Rectè*, puer: *quoniam puer natus est nobis; & verè optimus puer, cui dictum est à patre DEO:* Magnum tibi est, vocari puerum meum. Sapiens *quoque, ut Evangelium docet: quia* proficiebat ætate & sapientiâ. *Convenienter etiam*, pauper: *quia, quum dives esset, pauper factus est, ut nos inopiâ ditaret. Et ideò non fastidit in regno suo pauperem; sed exaudit eum, & liberat ex omnibus angustiis & molestiis. Sub hoc ergò vivamus, ut Rex ille senior & stultus, qui non novit præcavere ultrà, nullam habeat potestatem supra nos. qui dum vult regnare, quasi voluntatis suæ dominus, nec sub vinculis esse Domini Jesu, inveteratus in peccatis; stultitiæ incidit deformitatem. quid enim stultius, quàm, relictis cœlestibus, ad terrena intendisse, &, posthabitis perpetuis, elegisse ea, quæ caduca sunt & fragilia? Nemo ergò dicat: Non est nobis portio in David, neque hæreditas in filio Jessæ.* (g) *inf.* 17. II, 14. *opp. Pr.* XXVIII, 6. (h) XII, 12.

Hæredem in cunis, primam lucem hauſit egenus[i].
15. Viventum innumeros[k] vidi, capita alta ferentes,
Principe cum tenero[i] (fatorum lege ſecundo,
Quique loco effœti ſtabit) ſub lampade mundi[k]
16. Vadere[l]. non finis[l] populo, qui hinc inde vagatur
Cominus ante ora illorum: neque, terga ſequentes,
Lætabuntur eo. Nam certè, hoc quicquid, inane
Eſt quoque, & humanæ miſerandâ moleſtia lucis[m].
17. Procedens ad tecta, DEO ſacrata; memento,
Cuſtodire[n] pedum veſtigia quæque tuorum.
Huc ades[o], auditum[p] figens in voce JEHÒVÆ,
Nec te aliò flectens; ne[q] ſenſum avertat abuſus,
Extra animi cordisque vias: ut ſacra per orbem
Multi inter ſanctos ſtolidi[q], ſolennibus aris,
Concelebrant fruſtrà. neque enim[r] novêre profani,
Quid quantumque mali patrent[s]; quæque ingruat ira.

CAPUT QUINTUM.

Quando ergò ſic demum dignè agnoſcitur ſummum bonum, ut pendeat ex uſu religionis veræ integro: hujus cura in univerſum cautè obeunda, & verbis & factis; ne loco benedictionis *attrahatur* maledictio, *ſi quid committa-*

(i) *V, 7. Pr. X, 4. g.* (k) *conf. Pr. XX, 8. XXIX, 12.* (i) *ſup. 13. f.* (k) *ſup. 1. x.* (l) *conf. Pr. VI, 11.* (l) *XII, 12.* (m) *ſup. 4. g.* (n) *conf. V, 7. VIII, 5. hîc enall. ut Pr. XXV, 4.* (o) *conf. IX, 18.* (p) *Prov. I, 33. XXVIII, 9. 1. Sam. XV, 22.* (q) *conf. Pr. XVII, 10. XXV, 7.* (q) *ſup. 13. g.* (r) *II, 24.* (s) *VIII, 11. Pr. II, 14. X, 23. XVI, 12, 19.*

mittatur, à timore Dei alienum, coram Ipso judice humani generis omniscio. 1.--6. Cæterùm, homine, tanquam microcosmo, per lapsûs indolem abhorrente ab officiis spiritualibus *strenuè observandis; multò minus mirari oportet, œconomiam hujus mundi, ceu macrocosmi, adeò turbulentam reperiri, ut superiores atque inferiores sibi invicem malè respondeant: sed, loco remedii monstratur, consulenda* subordinationis relatio, *ascendens ad Dominum dominorum Opt. Maximum, ubique terrarum orbi prospicientem. 7, 8. Huc refugiendum esse ab omnibus, ex infinitis vanitatibus confirmatur. In primis vana docetur esse appetitio divitiarum, quoniam sedari nequit; tam vana, ut, quò major accessio, eò plures sint alii ejus compotes, nihil relinquentes domino, nisi aspectum; ut servus etiam, propter quietem integram, divite existat felicior. 9, 10, 11. Quantum malum, quòd & thesaurus custodiri soleat in detrimentum possessoris, vel casu perire; ut iste laborârit in ventum, assiduâ cum molestiâ, & nihil supersit denique sibi & filio! 12.--16. Quò magis Divina misericordia agnoscenda, quæ offert summum bonum, Messiam pulcherrimum, corpore & sanguine suo pascentem homines, omnisq; cibi & laboris genus sic verâ lætitiâ imbuentem, ne portio ulli optima deesse queat. Quanquam enim donum etiam Dei est, si quis conjunctas cum sudore suo habeat opes, facultatemq;, iis dextrè & hilariter utendi: tamen & hæc gratia evanescit, nisi animus agnoscat, quomodo ipse Deus sub eo affectu suspiriis humanis respondeat; vocans ad Evangelium, quod solum desiderio omni satisfacit. 17, 18, 19.*

PRæproperum haud stimules, acri formidine captus,
Os, linguamque tuam: nec cor, educere ab imo
Ante

PARALLELISMUS CAPITIS V.

(t) *VII, 9. Pr. XX, 21. XXVIII, 22.* (u) *Pr. XXIX, 11.* GREGORIUS Nazianz. Apologet. Orat. 1. *Videndum est, ne lubrica celeritas, præceps q; studium seminibus illis non absimile sit, quæ in petras ceciderunt; &, quia terræ altitudinem non habebant, statim exorta, ne primum quidem solis calorem ferre potuerunt: aut etiam, fundamento in terrâ jacto, quod pluviæ*

Ante Deum, acceleret [w], dicti obrepentis honorem.
In cœlis DOMINUS certo omnia pondere librat:
At tellure super miserâ tu labe laboras.
Ergò tibi pro re sint pauca [x]; eaque integra verba!
2. Somnia, cùm veniunt, quàm crebro turbine cœcum
Anxia sollicitant [y] cerebrum; sic improba gestit
Vox fatui [z], sanctam precibus se fingere multis.
3. Oblatum, neque tu, JOVÆ persolvere [a] votum,
Tarderis [b]: nec enim pactorum pristina stultis [c]
Gratia [c] salva manet; quos tanta amentia cepit,
Quæ pepigêre pii, ut malint migrare per horas.
Redde [d], quod ingressus pietate receperis ultrò!
4. Haud spondere, malum est minus; ac, promittere sacra
Munera, quæ posthàc nullus, tanquam immemor, edas.
5. Neve ori dederis, quod secum effundat habenas
Carnis, ut hæc facili motu in peccata [d] feratur:
Neu, præsente Dei legato [e], dicere pergas;

ac ventis ne tantillum quidem restitit. **Ne sis celer in verbis!** *ait Salomo: minorem scilicet rem esse, asserens, celeritatem in verbis, quàm ferventem in actione festinationem.* (x) *Pr. X, 19.* (y) *inf. 13. I, 13. f.* (z) *II, 14. IV, 5. 13. 17.* (a) *Pr. VII, 14. XI, 31.* (b) *Ps. CXXVII, 2.* (c) *inf. 7. III, 1. t. conf. Pr. XVII, 20.* (d) *II, 26. p post. conf. Pr. I, 10. XIII, 21.* (e) *Pr. XIII, 17. n.*

Esse levem culpam, similemque erroris[f] habendam[f].
Quid furis? aut quonam JOVÆ tibi cura recessit,
Ejus|ut irrites iram[g], Nemesinque lacessas
Voce tuâ? quid[g], si te, & opus[h] manuum omne tuarum,
6. Propterea evertat[i]? Visorum copia vulgò
In somnis[i] animos deludit inanibus ausis:
Non aliter, si cui solitum est, quàm plurima fando
Spargere; signorum ac rerum simulacra volabunt
Pleraque vana nimis[k]. Sed tu reverere[l] Tonantem!
7. Fortè, peragratâ regionis[m] parte, notâsti
Pauperiem oppressam[n], præreptaque juris & æqui
Judicia[o]. hîc tibi non veniat transversa cupido,
Mirandi fatum, cur hæc permissa voluntas[p]!
Quem mala res offert, qui vertitur ordo, stuporem
Leniet: excelso[q] custos[r] excelsior alter

Præ-

(f) X, 5. b. Pr. XXVIII, 10. (f) res eadem, Pr. X, 23. XIII, 13. XIX, 28. XXVI, 19. (g) inf. 16. (g) conf. Pr. XXII, 27. (h) II, 11. x. (i) conf. Pr. XVII, 5. XXIV, 17, 18. (i) sup. 2. (k) inf. 9. I, 2. e. (l) IX, 10. b. (m) II, 8. III, 16. (n) IV, 1. y. (o) III, 16, 17. d. (p) sup. 3. c. (q) VII, 8. ATHANASIUS, Apolog. ad Constant. *Ecclesiastes, non ignarus insidiarum adversus pios, ita loquitur:* Si calumniam pauperis, & judicii & justitiæ deprædationem videris in provinciâ, ne tibi ea res sit admirationi; quoniam excelsus super excelsum custodiet, & est adhuc sublimior supra eos, & præstantia terræ. *Neque id mirum: habebat enim patrem Davidem, qui in suis persequutionibus hoc experimentis*

Præfectus ſupereſt. atque his Alti [q] inſuper inſtant,
Cuncta ſupercilio, divina, humana, moventes.
8. Unde ſimul terræ datur exſuperantia [r], rebus
Omnibus auxilio: culto rex gloria ruri.
9. Argenti cupiens, ſibi non ſatiabit [r] amorem:
Et, qui ardebit opes amplas [s], proventus [t] eundem
Explebit nunquam. nonne hæc quoque vana [u] libido?
Sunt variæ ſimiles: paucas è pluribus addam.
10. Sicubi adaugentur bona [x], conglomerantur ibidem
Veſcentes illis. quid poſſeſſoribus autem
Hinc tandem remanet, liceat quo pleniùs uti [y]?
Nam, niſi de cunctis verâ pietate litatur
Cœlicolûm regno; vix quidquam hærere tenenti
Prætereà, aut prodeſſe poteſt, quàm ut lumine caſſa
Corda modò atque oculos adſpectus [z] paſcat inanis.
11. Dulce [a] ſopor feſſo [a], poſt exantlata laborum

cognoverat; ac propterea eos, qui affliguntur, his verbis confirmat: Viriliter agite, & corroboretur cor veſtrum, omnes, qui ſperatis in Dominum! Hujusmodi enim ſuſtinentibus, non homo, ſed DOMINUS [ut ipſe ait] opitulabitur: Siquidem ego, inquit, ſuſtinens ſuſtinui Dominum; & intendit mihi, & audivit deprecationem meam, & eduxit me de lacu infimo, & ex luto fæcis (q) *XII, 1. Dan. VII, 18. 22. 25. 27.* (r) *12. I, 3. f. VIII, 5. l. XII, 3.* (r) *III, 6. e.* (r) *inf. II. c. VI, 3. Pr. XIII, 25. XIV, 14. XVIII, 20. XIX, 23. XXX, 9. q.* (s) *I, 15. m.* (t) *Pr. III, 9. 14. y poſt. XVI, 8.* (u) *ſup. 9. k.* (x) *VI, 3. IX, 18.* (y) *inf. 15. q. II, 21. c. IV, 4. e. conf. IV, 8.* (z) *I, 8. s.* (a) *ſup. 8. XI, 7. e. Pr. III, 24. XII, 11. l. 9. r.*

Servitia; escarum seu multum absorpsit onustus,
Sive [b] parum: stomachum ac venas quæ divitis inflat
Luxuries [c], hominem vetat [d] indulgere quieti.
12. Sic ego dum vigiles oculos per singula volvi,
Cerno ingens sub luce [d] malum [e]; quòd & æris acervi
Asser-

(b) *Conf. XI, 3. XII, 14.* CHRYSOSTOMUS, homil. II. ad pop. Antioch. *Cur addit:* sive parum, sive multum comedat? *Ambo hæc vigiliam inducere solent; indigentia, & crapula: illa quidem, spiritum arefaciens, & palpebras, corneas reddens, nec claudi permittens: hæc verò, anhelitum angens, & elidens, & multos inferens dolores. Sed tanta est laborum medicina, ut, etiamsi ambo adsint, servus dormire possit.* (c) *sup. 9. r. Pr. III, 10.* (d) *non permittit: Ps. CV, 14.* (d) *inf. 17. I, 3. g.* (e) *conf. inf. 15, 16, I, 13. e. VI, 2.* AMBROSIUS, in Psalm. I. *Est malus languor, erroris languor, inexplebilis cupiditatis languor. Iste, divitiæ sunt; ut dicit Ecclesiastes:* Est languor malus, quem vidi sub sole; divitias custodiri, in malum possidentis eas. *Dic mihi, ò Ecclesiastes, quâ causâ malus hic languor sit. Respondebit: quia multos avara spes devorat. Insatiabilis edacitas cupiditatis est. Nescit satiari argento, qui concupiscit argentum. Distendunt divitiæ, non explent.* Et si quis satiatus fuerit divitiis, non est, *inquit*, qui sinat eum dormire. *Et quidem* omnes dies ejus in tenebris, & luctu, & iracundia multa, & languore & irâ. *Quomodo enim potest dormire, qui solicitam auri exercet custodiam, qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui usuras computat, qui apothecas numerat? Malus ergò languor, qui bonam aufert mentis quietem. Est languor malus, luxuria, libido, concupiscentia, delectatio, secularis ambitio, quæ citò corrumpit salutem sobrietatis. Omnis postremò mundi hujus corruptela, pestilentia est. Ne ergò tetigeritis, ne attrectaveritis eam. Lues est, contaminat; morbus est, polluit. Ne gustaveritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu, ut Apostolus dixit: qui & alibi clamat;* Radix omnium malorum est, avaritia. *Morbos excitat: dolores inserit. Denique,* qui eam appetierunt, inseruerunt se multis doloribus.

Asserventur *f*, heris *g* avidis ut damna *h* parentur.
13. Quin etiam adverso *i* quondam ipsa opulentia casu *i*
Interit *k*: intereà prolem generavit avarus,
Cui nihil *m* in palmis sua spes captata relinquit.
14. Editus ex utero materno nudus ad auras:
Nudus inopsque (via est eadem) remeabit, ut olim,
Telluris gremium repetens; neque dextera partem *m*
De cumulis operum *n* portabit frigida letho.
15. Hæc verò quàm infesta lues *o*, communis in orbe!
Usque adeò talis ditem manet exitus *p* æquè
Atque alium, ingressus *l* qualis fuit omine tristi!
Jamque suas curas, viresque, viasque, laborans *q*,
Qui dederit vento *p*; quid ei superabit amorum *q*,
Si Dominum astrorum supra omnia nescit amare?
16. Quâque sub aurorâ miscens alimenta querelis,
Sic caligantem *r*, noctis sub imagine, vitam
Exigit, indignans *s* temerè, ægrotansq; *t* fremensque *u*.

17. Ecce,

(f) *sup. 7. III, 6. c. IV, 17. VIII, 5.* (g) *sup. 10. VII, 12. VIII, 8. X, 11. 20. XII, 11. Pr. I, 17. f sec. XVI, 22.* (h) *VII, 15.* (i) *I, 13. c. f.* (k) *III, 6. d.* (l) *VI, 4. l.* (l) *XII, 7.* (m) *conf. 13. 1. Tim. VI, 7.* (n) *I, 3. II, 18. 21, 22. 26.* (o) *sup. 12. d. e.* (o) *XXIII, 4.* (p) *VI, 4. m.* (p) *Pr. XI, 29. b. XXVII, 16. 1. Cor. IX, 26.* (q) *sup. 10. y. I, 3. II, 11. 13. 22. III, 9.* (r) *VI, 4, 5. XI, 8. XII, 2, 3. Pr. XXIII, 6, 7. oppos. 17, 18. II, 25. III, 13. VIII, 15. IX, 7. conf. Pr. II, 13. XV, 13. 15.* (s) *I, 18. VII, 9. Pr. XII, 16.* (t) *sup. 12. d, e, & 15. o.* (u) *sup. 5.*

17. Ecce, ego quid vidi[x]! quod non radiantis Olympi
Lumina, sed nobis oracula sancta recludunt.
Unum homini venit, ecce! bonum: pulcherrimus[y] Ille,
Pascua qui sese nobis dat edenda, bibenda[z];
Venturus, veniensque bonum in præcordia summum.
Pastor hic est, tibi quem promitto sæpius unum[a]:
Tam formosum[y] equidem, ut, si quis convivia tanta
Hauserit, his solis demum vini atque ciborum
Exhilaret justos usus, reddatque placentes[b]
Æterno Patri atque sibi. Quo denique pacto
Delicias veras sensu interiore videbit[b],
Quemcunque, arbitrio frenato, quilibet ævi
Exercet sub sole[c] labor: nec tædia longi
Temporis obstabunt; verùm omnem ex ordine ductum,
Perpetuosque dies lætos numerare[d] licebit,
Quos Deus adjiciet. namque est hæc una beata
Pars[e] hominis, de quâ semper gaudere juvabit.

18. Fortunatus & iste quidem, cui Numina donant
Divitias[f] & opes[g], libertatemque gerendi
Ha-

(x) I, 16, 17. (y) III, 11. Pf. XLV, 3. (z) II, 24. III, 22. conf. Joh. VI, 52, 53. (a) sup. 7, 8. IV, 8. (b) VII, 20, 29. Pr. XI, 17. XII, 11. conf. Rom. V, 15. &c. 1. Tim. II, 5. Ioh. I, 18. 29, 30. III, 13. X, 30. XIV, 9. 1. Ioh. V, 7. (b) II, 24. 26. (c) sup. 12. c. 16. (d) II, 3. k. (d) II, 3. (e) II, 10. x. (f) sup. 18. g. (g) VI, 2. u.

Harum se dominum [h]: quibus & saturetur [i], & unus
Utatur; ne absit capiendi [k] plena potestas,
Quod sibi, quodque suis dispenset; neu quid acerbi
Lætitiam curæ minuat [l]. Donum illud JOVÆ [m]!
19. Namque ita, quæ pariunt viventi incommoda [n] soles
Continui, ac nimiis renovat cruciatibus impos;
Munere cœlesti non crebrò [o] ingrata revolvit,
Felix sorte suâ [p]. at, tenuis fortuna! refecto
Ni sub corde DEUM is sibi respondere [q], per ipsa
Gaudia, dignoscat; seque ad potiora vocare
Dona, atque ætherias epulas [r]. Tantùm ergò beatus
Integer, in DOMINO fruitur [s] qui melle perenni!

(h) *II, 19. y.* (i) *conf. 17. z. b. oppos. sup. 16.* (k) *VI, 9. Pr. XI, 17. XII, 10. oppos. ibid. & IV, 8. VI, 2, 3. Pr. XI, 17. 24. XV, 27. XXVI, 15.* (l) *III, 12.* (m) *II, 24.* (n) *sup. 15, 16. II, 23.* (o) *I, 16.* (p) *Ps. CXLV, 16.* (q) *X, 19. Pr. XV, 1. u. XVI, 1. e. XXVI, 5. XXIX, 19. Conf. interpretatio Apostolica Act. XIV, 17. XVII, 27.* (r) *sup. 17. conf. Rom. XIV, 17, 18.* HIERONYMUS, in h. l. *Melius est, juxta Apostolum, spirituale escam & spiritualem potum à DEO datum intelligi, & videre bonitatem in omni labore suo; quia ingenti labore & studio vera possumus contemplari bona. Et hæc pars nostra, ut in nostro studio & labore lætemur. conf. sup. 17. Quod licet bonum sit; tamen, donec Christus manifestetur vita nostra, necdum plenè bonum est. Et ideò non multum recordabitur Deus dierum vitæ nostræ. Notandum quoque, quòd hic* περισπασμὸς *in meliori parte accipitur pro occupatione spiritualis veræq; lætitiæ. Vid. inf. ad c. VII, 2, 3, 4.* AUGUSTINUS, de Civitate DEI. (s) *Pr. XV, 15. Ps. IV, 8. V, 12, 13. Deut. XXVIII, 47. Neh. VIII, 10. Joh. X, 10. XVI, 22, 24. Act. VIII, 39. Phil. IV, 4.*

CAPUT SEXTUM.

Pathetica *detestandi affectûs avaritiæ, & omnis* inordinati *appetitûs, ceu vanissimi,* amplificatio; *tendens eò* pædagogicè, *ut tantò magis* terminus à quo *abdicetur, & tantò ardentiùs expetatur patefactus ipse* terminus ad quem. *Malo illi, indicato c. V, 12., quo quis laborans, sui exitii soleat autor fieri; additur nova species, quæ transferat in alienum possessorem fortunas, quibus avarus non piè utatur: 1, 2. cujusmodi patre familias, cætera felicissimo, felicior judicandus sit partus immaturus, propter quietem. 3.-- 6.* Ab hypothesi ad thesin *regressus ita fit, ut vanitatis malum porrò ostendatur in appetitu prorsus corrupto; & quidem ex* fine *animi humani post lapsum, non tam pro animâ, quàm pro corpore laborantis. Quo naturæ morbo penes hominem dominante, par redditur conditio sapientis ac stulti; virtutisq; agnitæ exercitium enervatur: quoniam indulgetur vagis* αὐθαιρεσίαις [*Matth. XX, 15. 23. 2. Corinth. IX, 8. 1. Tim. VI, 6.*] *impedimentis, 7, 8, 9. Generalioris atque communis hujus* vanitatis, *nimium omnibus insitæ, inhibitio, secundum legem additur, cietur q; affectus* metûs: *quòd irritetur ira DEI; 10. desideria merè humana sint irrita; 11. à scopo* necessario *aberrantia; præsertim etiam ob futurum latens. 12.*

IDque bonum admirabar ego; cùm fax mihi summâ
Detexit, præter reliqua infortunia, rursum
Perniciem, cujus vastæ succumbere cladi [t]
2. Passim homo conspicitur. Namque est, cui copia rerum
Affluit, argenti, pecorumque; & fama, per orbem
Dita, crebrescit [u]; nec quidquam defit [x] eorum,
Quæ

PARALLELISMUS CAPITIS VI.

(t) *I, 13. c. II, 21. VIII, 6. Pr. XI, 18, 19.* (u) *V, 18. f. g. Pr. XX, 3. XXII, 2. XXX, 8.* (x) *IV, 8. 1 prim.*

Quæ ſibi cunque optare *y* ſolet terreſtria ſenſus *z*:
Cui tamen ex illis comedendi ſana facultas *a*
Non datur; ipſa *Fides* poſtquam intemerata JEHOVÆ,
Crimen avaritiæ, tali damnavit amoris
Indomiti pœnâ, nulla ut ſibi proſpera carpat
Lucra domûs dominus, ſed deinceps devoret hoſpes *b*.
Tam vanum eſt vitium, mala cum mœrore cupido *c*;
Sacra fames, jam dicta!

3. Viro ſint pignora centum *d*
Nata, & natorum nati, ſpes tanta nepotum;
Vixerit annorum multos, ætatis abundet,
Innumeros cursûs annorum vicerit exſors:
Si tamen *e* infelix animam *f* haud dignetur in ævo
Æternis ſanare *g* bonis *h*; placidiſque ſepulchri
Jacturam patiatur iners: melioribus, inquam *i*,
Auſpiciis atavum cœcus prævertit abortus *k*.

4. Venit *l* enim hic ſine ſpe, ſine ſenſu, informis ad auras:

(y) *Pr. XIII, 4. XXI, 26. XXIII, 3.* (z) *3. 7. Pr. VI, 30. 5. X, 3. XI, 17. XXIII, 2.* (a) *V, 18. b.* (b) *Pr. V, 10. conf. XIII, 22. XV, 6.* (c) *V, 12.* GREGORIUS Naz. Orat. LIII. ſeu metaphr. in Eccleſiaſt. hom. I. *Hoc ſanè argumentum magnum, ſignumq; perſpicuum, extremæ cujusdam improbitatis eſſe, cenſeo.* (d) *Conf. inf. 6. VII, 20. 28. VIII, 12. XI, 2. Pr. XVII, 10.* (e) *II, 19. IV, 8. VI, 3. VIII, 17.* (f) *ſup. 2. z. inf. 7.* (g) *V, 9. r. conf. II, 1. V, 17.* (h) *IV, 8. V, 10. 17.* (i) *III, 17. c.* (k) *IV, 3. d. conf. IV, 10. x.* (l) *V, 15. l med.*

Atque abit[m] in tenebris. tenebris[n] contecta premuntur

5. Nomina, quæ fugitat; Phœbi neque sidus amœnum
Notitiâ, aut oculis, hausit: tamen alta quietis[o]
Otia nactus habet. quæ non, ut cætera, avaro
Æqua seni obtingunt; vitam qui, functus inani
Officio, trahit in turbis, nec quærere cessat,
Quod nunquam inveniet, curas si effuderit omnes[o].
6. Tum verò, binis vicibus per secula dena
Floruerit licet is sospes: sin luce vacârit,
Præmia[p] nec nôrit pia fortunantis JÖVÆ;
Nonne, ut projectus, quisquis tam insanus, ad unum
(Haud mora longa) locum, perverso tramite pergit[q]?
7. Omnis homo arte, sui pro gutturis ore[r], laborat
Omnigenâ: an non & meritò replebitur ipse
8. Spiritus interior[s]? Quid erit, quod major[t] habetur

Insi-

(m) *6. I, 4. V, 15. p prim. V, 16.* (n) *II, 13, 14. XI, 8. Pr. IV, 19. XX, 20.* (o) *IV, 6. k.* (o) *conf. III, 9. VII, 14. 18. XI, 6.* (p) *sup. 3. h.* (q) *sup. 4. m.* (r) *Pr. XVI, 26. 2. Thessal. III, 10.* (s) Seb. SCHMIDIUS: *etiámne ergò anima non implebitur? Joh. IV, 13, 14. VI, 27.* GREGORIUS M. in Evang. hom. XL. *de doctis & negligentibus per Salomonem dicitur. Omnis labor hominis in ore ejus, sed anima ejus non implebitur: quia, quisquis hoc solummodò laborat, ut sciat, quid loqui debeat; ab ipsâ refectione suæ scientiæ mente vacuâ jejunat.* (t) *amplius, inf. II, 15. t.*

Insipiente [u] sciens, doctâ qui mente domari
Nescit [u] ob invidiam? Quidvé indigus [x] acer, & ingens
Ingenio, atque inter vivos incedere callens;
At miser, ac cupidus? quid agit præ divite fungo [y]?
9. Quàm multò est melius, defigere lumina [z] in usu
Propositi certi sancto, nec corde vagari [a]!
Errabunda animi vestigia, mille viarum,
Ire, redire, sequi, totiesque recurrere frustrà;
Quàm sterile hoc studium! tot, tot fomenta dolorum
Irrita, quàm misera! ah, quàm lamentabilis error [b]!
10. Omne adeò, quicquid [b] fueris, fuit antè [c] vocatum
Voce suâ: ac constat, quòd Adami & maxima proles
Ægra [d] sit; agnoscens alium, cui litibus aptis
Majori [e] obniti nequeat, neque tendere contrà [f].

(u) *Judæ, v. 10.* (x) *Pr. XV, 15. XXII, 22. XXXI, 20.* (y) *sup. 2.-- 6. V, 16.* COCCEJUS, ad 8. *Vanitatem, quæ est à naturali infirmitate, exaggerat duobus modis: 1. quòd ea hactenus parem efficiat conditionem sapientis & stulti: 2. quòd impediat exercitium scientiæ & virtutis.* (z) *Prov. IV, 25.* OLYMPIODORUS, in Ecclesiast. *Longè melius est, perspicuos habere oculos animæ ac rationis, luce Spiritûs S. illustratos, quàm pergere juxta voluntatem animalis hominis, qui in tenebris ambulat: juxta illud Matth. VI, 22.* Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; *Hoc est, si rationalis animæ vis luce fuerit illustrata, appetitûs sensitivi licentiam in ordinem suum rediget. Et illud Pr. XIX, 2.* Ubi non est scientia animæ, non est bonum; &, qui est festinus pedibus, offendet. (a) *conf. Pr. VIII, 13. p. q. XII, 6.* COCC. *Ambulare animâ, est, vagis & incertis cupiditatibus indulgere.* (b) *I, 9. e.* (b) *I, 14. b.* (c) *I, 10. u. III, 15. x.* (d) *XII, 7.* (e) *conf. IV, 12. b.* (f) *conf. Pr. III, 30. z. XXII, 10. XXXI, 8, 9.*

11. Plurima quæque cadunt, & dicta, & facta [g], sub orcum,
Nulla quasi; unde magis vanum increbrescit [h] inane:
Quæstibus humanis superans quid [i] fœnoris [k] inde?
Tantæ molis opus, nugarum evadere fraudes [l]!
12. Ecquis enim curat [l], terrenæ sortis amare
Conveniens homini [m] decus, &, quo sospitet horas
Præsidio, ut luces numeret solamine gratas [n]?
Scilicet, umbrarum locus hîc: mendacibus orbes
Volvuntur nebulis: non astra, sed antra petuntur.
Aut, quis erit tandem, nostrûm qui nunciet ulli,
Post obitum quidnam, scenâ sub solis eâdem,
Sperandum restet [o]? nisi, quæ super axe supersunt.

CAPUT SEPTIMUM.

Hoc caput, vanitatem hujus mundi cumulum innumerabilem esse, ostendit, cum tanti mali origine; & comparativè quidem potissimùm. Ita, præstantia famæ, usum odoris pretiosissimi; meditatio calamitatum humanarum fructuosissima, lætitiæ usum, abusui facilè obnoxium declarat. 1.--4. Abusus musicæ, disciplinæ gravioris utilitatem; violentia, & donorum captatio, oppositam commendantes sapientiam, produnt insipientiam suam. 5, 6, 7. Exitus rei patefacit, quanto laboret vanitatis periculo omne initium: exemplum dat iracundia, item impatientia. 8, 9, 10. Sapientia denique, cùm vitam efficit æternam, cætera universa hoc ipso vanitati subjicit. 11, 12. Quæ ut a nobis agnoscantur, Divinæ justi-

(g) I, 8. 10. 9. VII, 8. (h) I, 16. p. (i) II, 22. III, 9. V, 15. (k) I, 3. f. (l) conf. II, 19. x. (m) II, 3. i. (n) II, 3. V, 17. VII, 14. (o) II, 18, 19. III, 21, 22. VII, 14. VIII, 7. X, 14.

justitiæ opus versatur in iis, quæ adversa videntur immutabilia: nec potest fortuna secunda multum loci apud nos habere, ut ne futuræ, propter humanam arrogantiam, malum grandius attrahant, sed homo, miseriarum memor, quærat clementiam. 13, 14. Hoc docet quotidiana experientia, usque adeò, ut nulla usquam sit medela, nisi in timore DEI præscripto, conjuncto cum recordatione judicii hujus: quo tam angusta salutis porta est relicta, ut non modò impii, metu pœnæ; sed etiam justi, haud liberi à castigationibus, cavere debeant, ne quid nimis. 15.--18. Atque ista sapientia, ancipitis solicitudinis plena, fortitudinem vano magis expositam esse, quàm longanimitatem, docet. 19.--22. Utut verò obvium sit ex ipso rerum usu, sapientiam ejusmodi nobis se offerre, tanquam necessariam; tamen notitia hæc quoque ante oculos quasi evanescit. Extitit quidem veritas illa in statu integritatis penes hominem: at, per & post lapsum, *privatio ejus nimium profunda est. Quantacunque adhibeatur investigatio,* corruptæ naturæ lumine *nihil indagari potest, nisi oppositæ* vanitatis *insania: cujus specimen nullum est manifestius, quàm in meretrice & adulterâ. 23.--26. Attamen sapientia Salomonis, quum hos intra terminos consisteret, inveniebat* gratiæ auxiliis *simul, non alienum à veritate esse* mysterium, *notum ipsi ex verbo DEI: etiamsi nempe mulier in omnibus hominibus non reperiretur, pollens integritate pristinâ, fore nihilominus, ut prætot reliquis annis homo nasceretur perfectè sapiens. Quod quidem negari haud posse, contendit, modò consideretur, quæcunque sint cogitationum aberrationes, originem eas ducere ab hominibus ipsis: Creatorem verò non potuisse aliter primum hominem condere, quàm rectum; Divinæque misericordiæ tribuendum, quòd Adamo altero prioris lapsum sarcire velit, tenebrasq; infinitas unius luce exsuperare. 27, 28, 29. Quò magis, vanitatum chaos, deplorandum.*

NOn tam fragrantem latè jactabit odorem
Ambrosiæ succus (p); quàm, nominis aura probati (q).

Nec

PARALLELISMUS CAPITIS VII.

(p) *IX, 8. X, 1. Pr. V, 3. h post. VII, 17. a.* (q) *VI, 4. Prov. XV, 30. XXII, 1. e.*

Nec lux prima, ferens genitum [r], sic pura meretur
Gaudia; mortis uti, felix si cesserit, hora.
2. Inde ubi jam diversa pedem invitârit honestas,
Huc illuc: meritò plantam non attrahat aula [s],
Deliciis redolens [r]; sed enim, quæ funera plangit,
Te retrahat miseranda domus [s]. manifestiùs [t], ater
Finis [u] hic, est hominum proprius, communis & instans
Omnibus: hunc etiam vivens in viscera vertet [x].
3. Atque ideò, risu læto, præstantior ægra
Tristitia [y] esse solet! vultûs quin pessima [z] forma,
Cor, sensu veri meliore, subinde serenat.
Ergò habitat pectus sapientum in limine [a] Luctûs:
Lætitiæ limen [a] præcordia stulta [b] frequentant.

5. Jussa

(r) *conf. IV, 13. f. XI, 9.* (r) *Pr. XV, 15.* (s) *Pr. VII, 14. IX, 1. 14.* (t) *conf. VIII, 4.* (u) *III, 11. XII, 13.* (x) *conf. inf. 21. VIII, 9. 16. IX, 1.* (y) *inf. 9. I, 18. u. 2. Cor. VII, 10.* (z) *oppos. IX, 7. Pr. XV, 13. XXV, 20. I, 13. c.* (a) *sup. 2. 5. Neh. II, 2.* (b) *II, 2. c. 14. Pr. XIV, 13.* AUGUSTINUS, de Civit. D. l. XVII, c. 20. *Ecclesiasten in eâ sententiâ manducandi & bibendi, quam sæpe repetit plurimumq; commendat, non sapere carnales epulas voluptatis, satis illud ostendit, ubi ait:* Melius est ire in domum luctûs, quàm ire in domum potûs. *Et paulò pòst:* Cor, *inquit,* sapientium in domo luctûs; & cor insipientium in domo epularum. *Ad eundem & sequentem vers.* AMBROSIUS, in Ps. I. *Scriptum est quidem; cor sapientium in domo luctûs, & cor stultorum in domo epularum: Melius est, audire increpationem sapientis magis, quàm virum audientem canticum stultorum. Sed pauci hæc audiunt: pauciores sequuntur. Allicit homines magis dulce peccati, quod ad præsens influit & impinguat audientis affectum; quàm triste virtutis, quæ fidei spem velut quodam*

5. Jussa peritorum si quisquam, haud mollia [c], discat
Sublatis audire dolis patienter; amandus
Hic potiùs, quàm qui blandis vult cantibus aures
6. Pascere: nam, sicut spinæ crepitantibus ollam
Ignibus incassum cingunt; ita lusus [d], & omnes
Pravorum illecebræ. Non hæc insania [e] nulla!
7. Haud aliter; prudens, mutatâ mente, refertur
In pejus; quoties ipsam violentia *f* turbat:
Nec non & violat [g] donorum [h] virus eandem.
8. Principium caussæ [i] bella, horrida bella, minatur:
Exitus at meliora feret [k]. Minùs æqua, superbus
Spiritus affectat: mitis, supereminet illum.
9. Neu te præcipites [m] animis, ne fulguris instar
Abripiat te flamma [n]: citus furor [n], ira, quiescit [o]
In gremio [p], cui nil rationis [q] inesse videtur.
10. Impatiens nec tu disquiras: quid fuit olim?
Pristina quæque dies præsentes sorte secundâ

Mm Cur

cortice amari laboris involvit. Beatus ergò atque mirabilis, qui talium viarum positus in electione, non fuerit illecebris voluptatis inflexus, ut gradum suum super vadosa & prava constituat. (c) *Pr. XIII, 1. XVII, 10.* (d) *sup. 3. II, 2. c. Prov. XIV, 24. XV, 21.* (e) *I, 2. e.* (f) *IV, 1. y prius. V, 7.* (g) *inf. 15. III, 6. d.* (h) *Prov. XV, 27. XVII, 23.* (i) *I, 8. q.* (k) *Pr. XXIV, 14. c. oppos. Pr. V, 11. XXIII, 32.* (k) *V, 7. q. Prov. XVI, 4. o. 18. k. m.* (l) *XIV, 17. 29. y. XV, 18. c. XVI, 32.* (m) *V, 1. t.* (n) *sup. 3. y. V, 16. s. XI, 10. Pr. XVI, 16.* (o) *Pr. XIV, 33.* (p) *Pr. V, 20. XVI, 33.* (q) *Pr. XII, 16. XIV, 3. 29.*

Cur ſuperat? neque enim, ſi talibus excidit ore
Quæſtio, te hanc docuit veniens Sapientia cœlo[r].
II. Quanti eſt cœleſtis Sapientia[s]! ſicubi victrix
Poſſidet alta virum, palmam non moverit iſti
Optimus hæredis ſplendor[t]. Regina bonorum
Haud renuit, cum opibus ſimul unâ in ſede morari:
Plus

(r) *Conf. I, 9. III, 15.* Pulchrè HIERONYMUS, in h. l. *Ne vetus ſeculum præſenti præferas: quia unus utriusque eſt conditor, Deus. Virtutes, bonos dies viventi faciunt: vitia, malos. Ne dicas ergò, meliores fuiſſe dies ſub Moyſe, & ſub Chriſto, quàm modò ſunt. Nam & illo tempore pluves fuerunt increduli, & dies eorum mali facti ſunt; & nunc credentes multi reperiuntur: de quibus ait Salvator;* Beatiores ſunt, qui me non viderunt, & crediderunt. *Aliter: ſic debes vivere, ut ſemper præſentes dies meliores tibi ſint, quàm præteriti; ne, quum paulatim decreſcere cœperis, dicatur tibi:* Currebatis benè; quis vos impedivit, veritati non obedire? *Et iterum:* Incipientes ſpiritu, nunc carne conſummamini! *Aliter: ne dicas; meliora tempora olim Moyſis, quàm nunc Chriſti, legis fuiſſe, quàm gratiæ. Si enim hoc volueris quærere, imprudenter facis; non videns, quantum diſtet Evangelium à Veteri Teſtamento.* Sic & BASILIUS M. in Eſa. I. *Ad hunc modum vitam inſtituamus, ut, quæ præterierunt, nunquam præſtantiora eſſe cenſeamus futuris, aut præſentibus. Interdicit Eccleſiaſtes, dicens:* Ne dixeris, quoniam dies priores boni erant præ his: quia non in ſapientiâ interrogâſti de hoc. *Si enim, qui præceſſerunt dies, meliores fuerint; meritò dicetur nobis:* Tanta paſſi eſtis fruſtrà, *bonis veſtris operibus ad nihilum redactis, quòd, quæ ſequuta ſunt, neglexeritis. Ait enim Ezechiel:* Juſtus ſi averterit ſe à juſtitiâ ſuâ, & fecerit iniquitatem, juxta omnes iniquitates, quas fecit iniquus; omnes juſtitiæ ejus non ampliùs erunt in memoriâ. In peccato ſuo, in quod prolapſus eſt, & in peccatis ſuis, quibus peccavit, in ipſis morietur. (s) *I, 16. II, 12. 14. IV, 13. IX, 16. 18.* (t) *conf. Pr. III, 35. VIII, 21. XIV, 18. XIX, 14. XX, 21.*

Plus [u] tamen ipsa juvat vigiles Titanis alumnos [x].
12. Umbram offert Sophie, si argenti protegit umbra [y],
Majorem: quoniam Divina scientia vitam [z]
Morigeris [a] donat, verè excellentius [b] omni
Terreno auxilium, post regna ac fata manentem.
Hinc patet, in rebus reliquis quantum insit inane.
13. Conspice [c] opus Domini! quis [d] scit, tibi reddere rectum [e],
Quod Deus incurvat [e]? si rem meditaris, inhære!
14. Jamque, boni [f] plenam quum fortunaverit horam
Omnipotens, impende bono [g]; nec abutere sensu:
Quamque malam [h] finit esse, nota [c], speculatus acutis
Luminibus; quibus, & precibus vigilantibus, artes
Ac laqueos exire vales. Hanc quippe dierum
Juxta illam [i] inducit, rerum cui summa potestas,
Exercetque hominem: ne [k] quid [l] se cogitet ultrò
Invenisse [m] sibi, post se [n], formidine pulsâ,
Quod sit venturum; sed, inops ut Numen adoret.

(u) *16. II, 15. l.* (x) *VI, 5. XI, 7.* (y) *Pr. III, 14, 15, 16.* (z) *Prov. III, 22. XIV, 24.* (a) *V, 12. g. Pr. XVI, 22. d.* (b) *I, 3. f.* (c) *II, 11. x.* (d) *II, 22. VIII, 1.* (e) *I, 15. k. conf.* ARNDT. de Vero Christ. L. II. c. 33. (e) *I, 15. i. XII, 3. k.* (f) *V, 17.* (g) *II, 1. a. Pr. XXV, 16, 5.* (h) *I, 13. II, 21. V, 12. Matth. VI, 34. Eph. V, 16.* (i) *VI, 5. Pr. XVI, 4.* (k) *III, 18.* (l) *V, 13.* (m) *inf. 24. 29. VIII, 17. IX, 15. XI, 1. XII, 10. Pr. III, 4. k. 13. XVIII, 22.* (n) *VI, 12, o.*

15. Omnia perſpexi[o] memorata, & plura, per ævi
Intervalla mei; vanis oppleta figuris[p].
Sæpe quis exiſtit, nulli virtute ſecundus,
Lege fideque potens; atque hic cadit, interit[q], intra
Juſtitiæ documenta ſuæ: rurſum, alter iniquus,
Impietatis amans, florendo ſecula vincit[r].
16. Litibus, humani juris faſtigia nunquam
Conſectare nimis[s]; tibi nec ſapere ampliùs[t] aude,

Quàm

(o) *I, 14. f.* (p) *II, 3. V, 17. VI, 12.* (q) *ſup. 7. g. Pr. XXXI, 6.* (r) *III, 1. VIII, 13. Pr. XIX, 11.* (s) *I, 16. p.* AUGUSTINUS, in Joh. tract. 95. *In illo, quod legimus divinitus dictum:* Noli effici juſtus multùm! *non eſt notata juſtitia* ſapientis, ſed ſuperbia præſumentis. *Qui ergò fit multùm juſtus, ipſo nimio fit injuſtus.* AMBROSIUS, de pœnit. L. I. c. 1. *Qui ſtudet, humanæ infirmitatis emendare vitia, ipſam infirmitatem debet ſuſtinere, & quodammodo penſare humeris, non abjicere. Nam paſtor ille Evangelicus laſſam ovem vexiſſe legitur, non abjeciſſe. Et Salomon ait:* Noli juſtus eſſe nimiùm! *Debet enim juſtitiam temperare moderatio. Nam, quemadmodum ſe tibi curandum præbeat, quem faſtidio habes, qui contemtui ſe, non compaſſioni, medico ſuo putet futurum? Ideò Dominus JESUS compaſſus nobis eſt, ut ad ſe vocaret, non deterreret. Mitis venit, venit humilis. Denique ait:* Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis; & ego vos reficiam. HIERONYMUS, in h. l. *Si quem rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conſpexeris, ut, nec in ſermone peccanti, nec, propter naturalem interdum pigritiam moranti, det veniam; hunc, ſcito, plus juſtum eſſe, quàm juſtum eſt. Quum enim Salvator præcipiat, dicens:* Nolite judicare, ut non judicemini! *& nullus ſit absque peccato; nec, ſi unius quidem diei fuerit vita ejus: inhumana juſtitia eſt, fragilitati conditionis hominum non ignoſcens. Noli ergò juſtus eſſe multùm: quia* pondus grande, & pondus parvum, abominatio coram Domino, *Pr. XX, 6. 9. 23.* GREGORIUS Nazianz.

Quàm menſura datur: quid, te vaſtare, laboras [u]?
17. Neu peccata auge; nec tu abnue longiùs amens [x],
Deplorare vagum lapſæ rationis abuſum.
Cur moriêre, ſuper neglecto vulnere, ſummum
18. Ante diem [z]? Decet, hoc animo tenuiſſe fideli [a]
Præceptum; pariterque, prius non mittere [b] dextrâ.
Namque, Deum venerans, evadit quæque malorum.

Orat. 26. *Æquè inutiles ſunt, iners ac ſupina ſegnities, & imperitus fervor: illa, ad bonum minimè accedens; hic autem, ulterius cadens, ac dextro dexterius aliquid efficiens. Atque id probè cognitum & exploratum habens Salomo;* Ne declines, *inquit Pr. IV, 27.* ad dexteram, neque ad ſiniſtram; *ne per contraria in æquale malum, h. e. in peccatum, incidas. Quanquam alioqui, quod naturâ dextrum eſt, his verbis laudat:* Vias dextras novit Deus; perverſæ autem ſunt ſiniſtræ. *Qui fit igitur, ut, qui dextrum laudat, idem rurſus à dextro nos abducat? Intelligit profectò, quod dextri ſpeciem habet, quum reverâ tale non ſit. Quod etiam ſpectans, alio loco inquit:* Ne magnopere juſtus ſis; nec, ſupra modum ſapiens. *Par etenim juſtitiæ atque ſapientiæ detrimentum affert acris, tam in actione, quàm in ſermone, animi impetus, à bono nempe, & à virtute, propter exceſſum excidens. Hanc enim defectus, & exceſſus, peræquè labefactant; non ſecus ac regulam additio aliqua, aut ſubtractio. Nemo igitur ſapientior ſit, quàm conveniat; nec, lege exactior; nec, luce ſplendidior; nec, normâ rectior; nec, præcepto divino ſublimior.* (t) *ſup. n. u. VI, 8. Rom. XII, 3.* HIERONYMUS pergit: *Quod ait:* Noli quærere ampliùs, ne turberis, ſive, ne obſtupeſcas! *mentem noſtram ſcit, perfectam comprehendere non poſſe ſapientiam: &, menſuram fragilitatis noſtræ, jubet, nos ſcire debere, &c. Idem ad v. 17. Quod dicit, tale eſt: Noli peccatis addere peccata; ne provoces DEUM, etiam hic tibi inferre judicium.*
(u) *inf. 26. II, 26. p poſt.* (x) *inf. 25, 26. Prov. II, 22. IV, 14. IX, 7. X, 3. XXVIII, 1.* (y) *II, 14. 19. Prov. I, 22. XVIII, 2. 1. Corinth. II, 14.*
(z) *Pr. X, 27.* (a) *Pr. XI, 13.* (b) *X, 4. XI, 6.*

Una salus certa est: Te formidare [c], JEHOVA!
19. Hæc, sibi prospiciens, his undique, & undique ab illis
Partibus, ut pelagi, non ullâ aspergine, cautes,
Læditur; hæc demum, sapientia, munit [d] alumnum
Provida subsidiis, & ei plus roboris addit,
Quàm deni heroës, præfecti [e] mœnibus urbis.
20. Nam, si hominem spectes, nihil est, quod visere tendas
In terrâ justum *f*, benè agens [g] qui nullus aberret [h]:
Dum veniat tandem, qui ipsus Sapientia, & insons [i];
Cujus ope exsuperat pravum pius omne triumphans.
21. Si sapis altè igitur, facilis misereſce; nec imâ Mente

(c) *III, 14. x.* (d) *Pr. VIII, 28.* (e) *VIII, 8. IX, 14. 17. X, 4, 5.* (f) *Pr. XX, 7.* (g) *III, 12. r. XII, 13.* (h) *1. Reg. VIII, 46.* Quibus in verbis fundamentum *privativum* ostendit ATHANASIUS, de incarnat. Verbi Dei. *Alioqui impossibile est, puritatem & innocentiam in naturâ humanâ exhiberi, nisi DEUS credatur in carne fuisse, qui justitiam, omni peccato liberam, in mundum introduxit: cujus quia participes redditi sumus, vivemus & salvabimur. Illud enim:* Non est justus in terrâ, qui bonum faciat, & non peccet! *in commune ad omnes homines pertinet. Unde* ex cœlo descendit, [*ut ipse inquit*] *qui immaculatam justitiam ex se daturus erat; idq; expressis verbis:* Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui è cœlo descendit. *Idemq; rursum aliis verbis:* Si videritis filium hominis, eò ascendentem, ubi priùs erat. *Et:* ego sum panis, qui è cœlo descendi, vivus [*inquam*] ille, qui vitam dat mundo; *clarè per ista nos docens suam ipsius Deitatem.* (i) *Prov. XX, 9. 1. Reg. VIII, 46.*

Mente repone adeò verborum quoslibet ictûs [k]
Illorum, quæ sunt aliorum è faucibus hausta:
Ne simul audieris, tibi servum dira precari [l];
22. Inde indignantem, quòd te jam fingere possis
Immemorem, (cujus penitus benè conscia testis
Tecum habitat) de aliis mala te quoque multa loquutum [l].
23. Cuncta hæc tentavi [m], digna atque indigna, Sophorum
Præsidis augustæ præsenti numine fretus [n].
Dixi [o] tum: Sophie mihi erit dux sola: sed [p], eheu,
Ecce! repentè istam sensi procul esse remotam [q],
Quæsivi quoties mundi inter somnia Divam.
24. Quod [r] rerum in cunis quondam fuit, abdita longè [q]
Ignotà nobis rapuit sub nube vetustas;
Estque profunda ejus sedes, nimiumque profunda [s]:
25. Quod quis [t] ibi inveniet? Tamen haud ego parcere cœptis [u];
Sed

(k) *Pr. XXVI, 25.* (l) *X, 20. Pr. XX, 20. XXX, 10.* (m) *II, 1.* (n) *I, 12. a.* (o) *III, 17. c. VI, 3.* (p) *I, 4. k.* (q) *III, 5. XII, 6. Pr. IV, 24. XIX, 7. XXII, 5. XXX, 8. XXXI, 10.* (r) *conf. I, 9. III, 15. 22. VI, 10.* (s) *conf. I, 6. n. Pr. XVIII, 4. XX, 5. Ps. LI, 8. 1. Cor. II, 7.* (t) *interrog. emph. ut I, 9. s.* (u) *inf. 27, 28. Pr. III, 4. k.* ATHANASIUS, epist. ad solitar. *Quæ mihi adversus Arianorum hæresin venêre in mentem, vestræ pietati intimanda, opinor; ut inde discatis, quàm verè dictum sit*

Sed vertens me corde meo, ferri omnia circum [x],
Assiduo: si fortè aliquâ, si fortè daretur
Notitiâ penetrare [y], quibus sapientia vera
Exploranda [z] modis, arsque indaganda [a] putandi [b].
Institi. & agnovi, pedibus vestigia rectis
Prima docere; malum [c] quantum Insipientia [d], Verbi
Igna-

à B. Apostolo: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! *Quantò enim magis scribere volebam, & rem urgebam instantiùs, ut Divinitatem Verbi intelligerem, tantò longiùs ejus rei cognitio à me subterfugiebat: & sentiebam, me tantùm à tergo relictum esse, quantùm me promovisse & assequutum esse arbitrabar. Nam hoc ipsum, quod animo comprehendere videbar, scribere non potui: &, quod scribebam, minus erat, quàm concepta in animo veritatis umbra, licet ea ipsa perquàm pusilla esset. Dixi ergò, ut in Ecclesiaste scriptum:* Sapiam! & sapientia elongata est à me magis, quàm erat. *Et*, profunda profunditas! quis inveniet illam? *Et illud in Psalmo:* Admirabilis habita est sapientia tua à me: invalui, & non potero ad eam. *Et, ut Salomo dicit:* [Prov. XXV, 2. f.] Gloria Dei abscondit sermonem. *Sæpe igitur volui subsistere, & desinere à scribendo, credite mihi: tamen, ne aut vobis difficiliùs viderer, aut illis, qui à vobis postulârunt, & quibus periculum est, ne silentio meo pertinaciùs in impietate versentur; vim mihi ipsè feci, ut pauca ista, quæ jam vestræ pietati mitto, conscribercm. Nam, quanquam procul à nobis est, ut reverà est, veritatis comprehensio, ob carnis imbecillitatem; interim tamen, ut idem dixit Ecclesiastes, VII, 26. cognoscere poterimus* impiorum amentiam, *eamq; ubi deprehenderimus, dicere licebit,* morte amariorem esse. *Hujus rei figurâ, quum certum haberem, eatenus à nobis scientiam comparari posse, ista meditatus sum: non ignarus, impietatis refutationem fidelibus sufficere ad eruditionem pietatis. Nam, tametsi impossibile sit deprehendere, quid sit DEUS; tamen dicere possumus, quid non sit Deus.* (x) I, 6 n. II, 20. x. (y) I, 16. (z) I, 13. d. (a) *inf.* 28. VIII, 17. XII, 10. *conf.* I, 13. c. *Prov.* II, 4. XV, 14. (b) *inf.* 27. IX, 10. (c) *sup.* 17. x. (d) II, 12. 14. g.

Ignara æterni, pariat caligine cœcâ:
Unde viæ ſtolidæ, veſanaque facta [e] ſequuntur.
26. Talia ſcrutanti, ſeſe tulit obvia monſtri
Immanis ſpecies, cedit cui mortis amaror [f];
Fœmina dira, ſuis, quæ blanda, ut retia [g] multa,
Se gerit inſidiis: tantus dolus enitet ore
Cominus, atque oculis, venantibus ora virorum!
Tota agitans fraudes, prodit, (mirabile dictu)
Ipſius eſſe plagas cor ipſum, & vincula [h] palmas.
Heu, manicas, heu, turpe nefas, invictaque vulgo
Damna, quis effugiet [i]? niſi, quem Pater almus amatum [k]
Præripit, atque ardens pietas evexit ad aſtra:
Contemptor verò legum [l] capietur [m] ab iſtâ.
27. Cerne, id adinveni [n] certum: vox Præſulis [o] inquit:
Alterum ab alterius derivans indole, & uſu
Exoptans æquè, ac ratione, capeſſere firmum
28. Judicii ductum [p]. Quæſivit [q] & intima porrò

(e) *I, 17. q. r. Pr. IX, 13.* (f) *Pr. V, 3, 4. VI, 24. XIV, 10. XVII, 25. conf. ſup. ad v. 24.* notatum ex Athanaſio. (g) *IX, 12. Pr. XXIX, 5.* (h) *conf. Pr. VII, 22.* Periculum: *II, 16, 17, 18, 19. V, 3. 6. VI, 24. VII, 5, 6. IX, 13. XXIII, 27. 33. XXXI, 3.* (i) *IX, 15. Prov. XI, 21. i. XIX, 5.* (k) *II, 26. Rom. XIV, 18.* (l) *ſup. 17. x.* (m) *Pr. VI, 26. VII, 23. XI, 6. r. XXII, 14.* (n) *ſup. 14. m.* (o) *I, 1. b. Pr. VIII, 1. o.* (p) *ſup. 25. b.* (q) *ſup. 25. a.*

Cura, relicta sibi: sed alit molimina cassa
Spiritus humanus, cœli nec culmina tangit.
Idcircò deprensa, locum sententia fixit
Hæc mecum: venit *alter Adam*, præ mille [r], repertus
Solus homo: sed enim è cunctis haud nascitur [s] illis
Sancta [t] virago unquam, Divinæ lucis imago.
29. Caussa mali, facta ansa boni. Tantùm aspice, qualis
Cognita origo mihi! Terræque polique Creator
Erectum primum, rectumque [u] paravit Adamum,
Viribus internis, externis, recta petentem:
At *protoplasti* resides, mendacibus ipsi
Cessêre insidiis; de multis maxima rebus
Fingentes simulacra Dei. quo Dæmonis astu
Mens, sine luce vagans; medicum desiderat unum [x],
Plurima [y] semper adhuc, proh! vana inventa [z], ciendo.
Hoc

(r) *VI, 3. d. Cant. V, 10.* (s) *Pr. XX, 6.* (t) *Prov. XVIII, 22. XXXI, 10.* (u) *conf. Pr. II, 7. b. XV, 21.* AUGUSTINUS, de Civit. Dei, l. XIV, c. 11. Fecit DEUS hominem rectum, *ac per hoc voluntatis bonæ. Non enim rectus esset, bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus est Dei: cum cà quippe ab Illo factus est homo. Mala verò voluntas prima, quoniam omnia mala opera, præcessit in homine,* defectus *potiùs quidam ab opere Dei, ad sua opera, quàm* opus *ullum.* — Arbitrium *igitur voluntatis tunc est verè* liberum, *cùm vitiis peccatisq; non servit. Tale datum est à DEO: quod, amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit, reddi non potest.* (x) *XII, 11. Rom. V, 17. 1. Tim. II, 5.* (y) *VI, 1. 3. conf. Luc. X, 41, 42. Gen. III, 6.* (z) *conf. sup. 14. m. 25. b. 28. Pr. XVI, 9. f. XIX, 21.* ATHANASIUS, orat. contra Gentes. *Homines, per pri-*

Hoc scio: tum, nusquam sincerum lumen haberi
Posse, nisi armatis precibus repetamus ab alto,
Abstrusum in venis Verbi cœlestibus, ignem.

TRACTATIO POSTERIOR,

ADDENS V. CAPITA.

CAPUT OCTAVUM.

Post vanitatis varia specimina, remotivè magis *proposita; fit progressus ad veritatem, illi opponendam* magis positivè. *Quod uti jam suprà factum, præsertim c. II, 12, 13. 26. III, 13. V, 17, 18. VII, 30. VIII, 15. ita ei ex instituto nunc* TRACTATIO POSTERIOR, *altera pars scripti, impenditur. Fundamentum ponitur in Verbo Dei, &* hypostatico, *&* prophorico, *tanquam* illuminationis principio; *quatenus priori, ut* principali, *posterius, ut* instrumentale, *subordinatum est. 1. Exinde*

com-

vationem imaginandi cogitandiq; boni, sibi illud, quod malum est, comminisci cœperunt, effinxeruntq; ea, quæ non erant, pro libidine. Ut enim, si quis, sole præsente, & suo jubare universa terrarum illustrante, connivcat suis oculis, ac inde tenebras, quæ nullæ sunt, animo fingat; ac postmodum, quasi in tenebris ambulans, oberret, ut nunc lapsante gradu procidat, nunc ad præcipitia sese incitet; arbitratur interim, non lucem, sed tenebras esse, seq; intueri, quum nihil videat: ita quoque mens humana, clausis oculis, quibus Deum contemplari poterat, efficlis suâ imaginatione malis, in iis sese agitat ac movet; ignorans interim, se nihil agere, dum se maximè negotiosam putat, &, quæ naturâ non subsistunt, animo comminiscitur. Non enim, qualis à principio condita fuit, talis permanet; sed, qualem se ipsam contaminando reddit, talis etiam apparet. Condita enim est, ut Deum spectet, & ab eo illustretur: ipsa verò Dei loco mortalitatis caliginem exquisivit, ut Spiritus scripturâ prodit: Deus hominem rectum fecit; ipsi autem exquisiverunt multiplicia commenta. *Malitiæ igitur inventio & excogitatio, ab hominibus ita exorta & conficta est: unde porrò ad idolorum vesaniam descenderunt.*

commendatur obsequium, erga primam & secundam legis tabulam; *quod ex utriusque* meditatione *divinitus impetretur, si digna simul habeatur ratio* circumstantiarum *in tot casibus. 2.--7. Obsequii necessitas firmatur affectu metûs, obvio ex mortalitate considerandâ; 8. tum vanitate, eidem undiquaque innexâ, malos inter & bonos; 9, 10. item, è pernicioso abusu Divinæ longanimitatis: nec non, interposito affectu fiduciæ, ex promissionibus Evangelicis. 11, 12, 13. Eadem necessitas urgetur iterum affectu metûs, ad evitandum gravius occultum judicium, unà cum hypocrisi. 14. Doctrinæ usus,* pædagogicus, *compellit ad usum Evangelii: quo omne Dei donum, quod sub sole est, annunciatur; non abutendum, sed radiis solis justitiæ,* CHRISTI, ut doni ineffabilis, [2. Cor. IX, 15.] *collustrandum. Ad quam Evangelicam hilaritatem, viis pœnitentiæ & fidei consequendam, hoc est, veritatem, vanitati contrariam, adducimur eò magis; quò magis admirando assequimur, reservare sibi soli DEUM opera sua, frustraq; hominem scrutari eorum mysteria, & difficultates apparentes. 15, 16, 17.*

Dicta querela super vano; cui nomina mille,
Mille modi: contra id, canimus tutamina porrò.
Quæso, quis ut sapiens [x] unus? quis sicut JÖVÆ
Interpres [x], sanctos ausus recludere fontes
Scriptorum rerumque [y]; novum ut lucescere solem
Luminum amatores stupeant? *Sapientia*, is Ipse,
Mortales vultûs radiis collustrat [z], abactis
Nubibus infestis; facies instaurat, amandi
Roboris [a] afflatu, lætosque reducit honores [b].

2. Au-

PARALLELISMUS CAPITIS VIII.

(x) *VII, 28. conf. II, 14. 17. Pr. XVII, 24. 2.* (x) *IX, 11. m.* (y) *I, 8. q.* (z) *XI, 7. Joh. I, 9. 1. Cor. I, 30.* (a) *VII, 19. Pr. VII, 13. XVIII, 23. XXI, 14. 29.* (b) AUGUSTINUS, de Doct. Christ. l. I. c. 10. *Quum illâ veritate perfruendum sit, quæ incommutabiliter vivit, & in eâ Trinitas,*

2. Autor [c] ego: Regis Superûmque, hominumque, verendum
Os venerare [d] tui! nec apum de fœdere tantùm,
Sed firmati etiam propter [e] sanctissima pacti
3. Vincula, teste DEO *f*. Tibi ne fiducia rerum,
Principis ante oculos, cedat; cede impiger ultrò,
Nec tu insiste *f* malis: nam, quod volet, omne faceſſet.
4. Scilicet [g] invicto majestas regia latè

Deus autor & conditor universitatis, rebus, quas condidit, consulat; purgandus est animus, ut perspicere illam lucem valeat, & inhærere. c. 11. Quod non possemus, nisi ipsa Sapientia tantæ etiam nostræ infirmitati congruere dignaretur, & vivendi nobis præberet exemplum: non aliter, quàm in homine, quoniam & nos homines sumus. Sed, quia nos, cùm ad illam venimus, sapienter facimus: ipsa, cùm ad nos venit, ab hominibus superbis, quasi stultè feciſſe putata est. Et quoniam nos, cùm ad illam venimus, convalescimus: ipsa, cum ad nos venit, quasi infirma, existimata est. Sed, quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: &, quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Quum ergò ipsa sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam. c. 14. Sapientia Dei, homines curans, se ipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. — Nos immortalitate malè usi sumus, ut moreremur: Christus mortalitate benè usus est, ut viveremus. — per fœminam deceptos, per fœminam natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberavit. (c) *inf. 12. conf. I, 12. 16. II, 1. 11, 12. 14, 15. 18. 20, 24. V, 18.* (d) *X, 20. Pr. XXIV, 21.* (e) *III, 18. f. VII, 14. k.* (f) *IX, 2. h.* (f) *I, 4. l.* AMBROSIUS, in Ps. I. *Ecclesiastes docet:* Noli stare in sermone malo! *hoc est, noli persistere in sermonibus malis; similiter & operibus improbandis. Quomodo in bonis sit standum, sanctus Propheta præcipit, dicens:* Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Hierusalem! *In Hierusalem, standum est: de Babylone, fugiendum. Et Moysi dicitur:* tu autem hîc sta mecum! *qui de Ægypto fugit; & cum Domino stans, perseverabat.* (g) *VII, 2.*

Fulminat imperio [h]; semper secura, minarum
Affore vim [h] verbis subitò. quis [i] dixerit [i] illi:
5. Quid facis? At [k], si quis legem custodiat [l]; iste
Et culpam & pœnam fugiet [m]. Tempusque [n] modumque,
Judicii [o] plenum, nôrit mens inde, necesse est.
6. Omni quippe rei curandæ [p] (testor, & insto)
Hora sua, atque sua est ratio [o]; quâ singula dextrè
Confieri possint: nec non extrema dierum
Festi-

(h) 8. II, 19. VI, 2. VII, 19. Pr. XIX, 12. XX, 2. 26. (i) sup. 1. Pr. XX, 9. (k) I, 4. k (l) IV, 17. n. V, 7. 12. XI, 4. y. Pr. X, 8. XIII, 13. XIX, 16. Apocal. XXII, 14. (m) IV, 14. Pr. III, 6. 21. 26. conf. 2. Cor. V, 21. (n) III. IX, 11. Pr. XV, 23. XXV, 10. 19 (o) III. 17. d. IX, 11. n. conf. Pr. XXI, 15. g. CORNELIUS à Lapide in h. l. *Judicium, in Scripturis multa significat. In judicio enim judicum multa fiunt; quæ nunc omnia simul, nunc unum ex omnibus seorsum, per synecdochen significat vox*, judicium. *Unde nunc significat interrogationem & accusationem, defensionem & responsionem; nunc sententiam judicii; nunc pœnam, ab eo inflictam. Rursum, quia judicium forense statum est, determinatum, certum & fixum; hinc judicium per catachresin significat rem statam & certam; item, morem, legem, consuetudinem, normam, regulam, statum, conditionem, officium, functionem, ministerium. — Sapiens ita exactè præcepto tam Dei, quàm regis & magistratûs, obedit, omnes circumstantias loci, temporis, modi, personarum, &c. observans; ut nil sit, quod in eo carpi queat; sed, si qua in re à quopiam culpetur, illicò habeat, quod jure respondeat, quoq; suam obedientiam tueatur & demonstret; adeò, ut, si in judicium vocetur, coram judicibus justam facti sui rationem reddere possit.* — BERNHARDUS, Serm. de Obedient. *Verus obediens, parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri; & sic se totum intra se colligit, ut mandatum peragat imperantis.* (p) III, 1. t. Pr. XXXI, 13.

Festinat, tandem ut discrimina certa patescant.
Intereà verò nimbi [q] quanti [q], atque tumultus [q]
7. Quàm varii [r], incumbunt homini! Nec cernit hic antè,
Quæ post longum ævum, quæ mox ventura trahantur [s].
Nam, quâ quæque viâ sint aggredienda, quis hujus
Dat documenta; quibus videasque ferasque labores [t]?
8. Spiritus [u], igne potens auræ vitalis, habenas
Haudquaquam aut frenos patitur; non ullius unquam
Corporeis membris, tanquam compagibus arctis
Carcere sub clauso [x], paret: quin evolat, ipso
Numinis ore sciens, terræ quòd nulla potestas [y]
Temperet arbitrio lethi momenta; nec orci
Arbitra, Tisiphone, belli [y] commercia curet
Irrita, si quem hostis tutum misisse videtur.
Ergò nec eripiet [z], quos [a], tanquam impura ministra,
Detinet, impietas. erit implacabile, bustum.
9. Omnia contemplans ego talia; dedere [b] cordis
Interiora mei curæ cujuslibet artis,

Atque

(q) *VI, 1. t.* (q) *II, 21. f.* (r) *I, 13. e. VI, 1. 3.* (s) *II, 19. VI, 12. VII, 14. X, 14.* (t) *I, 9. 5. VI, 12.* (u) *I, 5. 14. X, 4. XI, 5. XII, 7. conf. Pr. XXVII, 16. XXX, 4.* (x) *conf. Jerem. XXXII, 3.* (y) *sup. 4. b.* (y) *III, 8. b.* (z) *VII, 26.* (a) *VII, 12. a. Pr. XVI, 22.* (b) *16. I, 12, 13. VII, 2. x, 21.*

Atque operæ [c], quâcunque jubar ſolare ſuperbit [d].
Obſervoque ſimul, quondam permittere fata,
Terrigena ut dominans [d] ſævis premat improbus auſis
Terrigenam; non huic tantùm, verùm & ſibi damno [e].
10. Tunc vidi indignans; luce ac pietate carentum
Relliquiis, etiam ſolennia funera duci [f].
Quodque minùs reris [g]; venêre ubi, recta parantes,
Sancto abiêre loco: tenebris conduntur, & omnis
Gratia geſtorum paulatim aboleſcit in urbe [h].
Heu, vani facies; quæ vix aliunde notari
Tam clarè poterit, quàm rerum è cardine tanto!
11. Nempe, gradu lento [i] Nemeſis procedit, iniquum
Contra opus [k]; in melius ſeſe ut gens impia mutet.
Hinc pejora ſtruunt [k] ingrati; hinc, pectus Adami
Natorum [l], impletur [m] vitiis; hinc prava cupido
Acriùs intra animos ſtimulat, patrare nefanda [n];
Supplicii genus hoc propriâ prurigine poſtquam
Contractum eſt: quanquam, ecce! manet crudelius illos.
12. Si quis enim pergat, vicibus centum [n], effera centum Facta

(c) *V, 14. n.* (d) *inf. 15. 17. I, 3. g.* (d) *II, 19. y. V, 18.* (e) *V, 12.* (f) *VI, 3. Luc. XVI, 22. Pſ. XLIX, 21.* (g) *conf. II, 15. X, 6, 7.* (h) *II, 16. IX, 5.* (i) *conf. IV, 12.* (k) *IV, 17. s. VII, 14.* (l) *II, 3. i.* (m) *IV, 6. XI, 5. Act. V, 3.* (n) *IV, 17. Pr. II, 14. X, 23.* (n) *VI, 3. d.*

Facta [o], iterare malus [p]; longosque [q] seneſcat in annos:
Novi equidem, (nec vana fides) bona quæque, piorum
Deberi precibus, cùm Numinis ora verentur [r],
13. Sub quibus incedunt. Non eſt, non vera ſalutis
Janua, quâ curſus pandit fortuna ſecundos
Perverſo: non, ſi benè nunc ſe ea fingit, & olim
Sic fuerit. neque tum (fugiens velut umbra [s]) ſuperſtes
Durabit [t], quem non DOMINI præſentia terret [v].
14. En, aliud ſpecimen, quo ſpes ſua ludit inanis,
Terrarum ſuper orbe, viros! Sunt nomine quidam
Juſtitiæ [u] ſatis inſignes, quos tangit eorum
Sors adverſa, operis [x] qui juſti conſcia nulla
Senſa gerunt. Contrà, ſunt & virtutis egentes,
Qui jactant præ ſe famamque decusque proborum.
Dixi [y]: etiam hoc vanum! ſpecies ita fallit utrosque;
Ignoti veri, tumidos; iræque, beatos [z].

(o) *VII, 17. x. 26. l.* (p) *II, 26. p post.* (q) *13. VII, 8. 15.* (r) *III, 14. x.* (s) *VI, 12.* (t) *12. q. VII, 15. r. Pr. X, 27. m.* (u) *conf. VII, 20. f. Pr. IX, 9. a. XXVIII, 1.* (x) *V, 5. b.* (y) *III, 17. c.* (z) AUGUSTINUS, de Civit. Dei lib. XX, c. 3. *Salomo, ſapientiſſimus rex Iſrael, qui regnavit in Jeruſalem; librum, qui vocatur Eccleſiaſtes, & à Judæis quoque habetur in ſacrarum canone litterarum, ſic exorſus eſt:* Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas! Quæ homini abundantia in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? *Et quum*

15. Jamque ego constitui [a]; vera inter gaudia vitam
Exigere, ut nullis nebulis vanescere possint [b].
Namque [c], sub ætheriis radiis [d], telluris alumno
Pars non ulla boni [e] propria est; nisi potus & esca,
Ac hilaris sensus, qui condimenta ministrat [f].
Atqui his quicquid inest, jucundum atque utile, tantùm
Cre-

ex hac sententiâ connecteret caterâ, commemorans arumnas, erroresq; vitæ hujus; & evanescentes intereà temporum lapsus, ubi nihil solidum, nihil stabile retinetur: in eâ rerum vanitate sub sole illud etiam deplorat quodammodo, quòd, quum sit abundantia sapientiæ super insipientiam, sicut est abundantia lucis super tenebras, sapientisq; oculi sint in capite ipsius, & stultus in tenebris ambulet; unus tamen incursus incurrat omnibus utiq; in hac vitâ, quæ sub sole agitur: significans videlicet ea mala, quæ bonis & malis videmus esse communia. Dicit etiam illud: quòd & boni patiantur mala, tanquam mali sint; & mali, tanquam boni sint, adipiscantur bona; ita loquens: Est, *inquit*, vanitas, quæ facta est super terram: quia sunt justi, super quos venit quasi factum impiorum; & sunt impii, super quos venit sicut factum justorum. Dixi; quoniam hoc quoque vanitas. *In hac vanitate; cui, quantum satis visum est, intimandæ, totum istum librum vir sapientissimus deputavit: non utique ob aliud, nisi, ut eam vitam desideremus, quæ vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc solem. In hac ergò vanitate, nunquid, nisi justo Dei rectoq; judicio, similis eidem vanitati factus, vanesceret homo? In dictis tamen vanitatis suæ interest plurimum, utrum resistat, an obtemperet veritati; & utrum sit expers veræ pietatis, an particeps: non propter vitæ hujus vel bona acquirenda, vel mala vitanda, vanescendo transeuntia; sed, propter futurum judicium, per quod erunt & bonis bona, & malis mala, sine fine futura. Conf. Joh. ep. II, 1, 2, 3, 4. III, 3, 4. Eph. IV, 17. cum v. 21.*
(a) *IV, 2. c. conf. Pr. XXIX*, 11. (b) *III, 12. p.* (c) *12. VII, 29.* (d) *I, 3. g.* (e) *III, 22. q.* (f) *II, 24. III, 12.*

Credita [g] dona refert: quæ non, tanquam integra, constans
Æqui animi lumen pariunt; nisi crimina vicit
Cor, inflammatum Supremi Patris amore,
Donantis sub Sole dies [h], & grata laborum [i]
Auxilia, æternæque spei solamina firma [k].

16. Cætera, linquamus Superis, instantia posthàc.
Perstiteram quondam, tradens, penetralibus imis [l],
Totum me studio, scrutandi semina, caussas,
Et rerum eventus varios; ubi tædia sensi
Anxia [m] turbarum, molimina [m] quotquot adibam
Circuitu in terris; neque enim noctesque diesque,
Si quem iste error habet, viderunt lumina somnum [n]:

17. Sed mihi monstratum est, mentis velamine demto,
Omne opus esse Dei solius [o]; nosque videre,
Quæ subeant oculos: cœcos non posse recessûs
Explorare [p] hominem, quibus hæc, quibus illa gerantur,

(g) *XI, 9.* (h) *V, 17.* (i) *I, 3. V, 14.* (k) Videantur, huc pertinentia, notata ad *II, 24. m. &c.* (l) *conf. 9. VII, 2. x. IX, 1.* (m) *I, 13. f.* (n) *II, 23. l. Pr. VI, 4. 22. c post.* (o) *III, 14, 15. VII, 13, 14, 15. XI, 5.* (p) *bis. VII, 14. m.* HIERONYMUS: *Qui quærit caussas rationesque rerum; quare hoc vel illud factum sit, & quare mundus variis gubernetur eventibus: — nihil aliud proficit, nisi in suâ tantùm quæstione torqueri, & disputationem pro tormento habere, nec tamen invenire, quod quærit; &, quum hæc dixerit se cognovisse, tunc ignorationis habere princi-*

Quidvé ſequens ſecum portent rutilante ſub æthrâ q.
Quantiscunque opibus, quâcunque vel arte magiſtrâ,
Quærere r contendit s; nullo ſudore, quod optat,
Inveniet t quisquam: ſapiens, ſe id prendere velle,
Affirmet; tamen t, haud inveſtigare valebit u.

CAPUT NONUM.

Commendatus Verbi Divini uſus, unà cum obſequio Evangelicè præſtando, quò fideliùs adhibetur; eò certiùs agnoſcitur paterna DEI providentia: nam, citra eam curam ſpiritualem, hujuſq; indolem Evangelicam, ſi manſerit homo; confuſioni undiquaque erit obnoxius. 1. Quæ quidem apud animum, non ita confirmatum, augetur magis, quàm minuitur; præſertim ſi temerè conſideretur eventus, qui malis æquè ac bonis, & vice versâ, idem videtur accidere: unde accreſcunt malitia atque inſania, ad mortem uſque. 2, 3. Nec nulla menti eſt medicina, cùm vita, adhuc conceſſa, ob reſipiſcendi ſpatium, morti præfertur. 4, 5, 6. Uno igitur fundamento ſuppoſito, ut agas ita, ne dubitandum ſit de ſtatu gratiæ coram DEO: ex hoc ipſo vanitas ſubigitur veritate, quando hilariter in DOMINO vivitur, & quidem, naturalibus etiam donis viribusq; opportunè ac dextrè uſurpandis. 7.--10. Atqui, ut victoria perpetuo certamine ſtabiliatur, Vincenti una ſalus, nullam fidei ſalutem ſperare imbellem; immò verò, temporis & casûs viciſſitudines, ſemper novas, militiâ propriæ filiorum patientiæ ſemper novâ, ſemperq; majore fiduciâ, præſtolari; ipſum etiam terminum vitæ ambiguum. 11, 12. Quibus remediis ſpiritualibus, accedit externum: ſiquidem ſit ſæpe, curante DEO, ut ſapientiæ naturalis quoque pars minima maximas inanitatis inſidias avertat: ut ſapiens pauper, regis magni obſidionem. 13.--16. Qua ex

pium, & in profundo errore verſari. Suboſtendit tamen, eſſe cauſſas rerum omnium, & juſtitiam, quare unumquodque ſic fiat; ſed, in occulto eas latere, & non poſſe ab hominibus comprehendi. (q) *ſup. 9. 15. I, 3. g.* (r) *VII, 25. a.* (s) *I, 3. Pr. XVI, 26. m.* (t) *VI, 3, e. Pr. XXIX, 19.* (u) *VII, 24, 25. Rom. XI, 33.*

ex re liquet; si id naturæ lumini relictum, ut tanquam lux dispellat tenebras, multò magis hoc esse lumini gratiæ tribuendum, nisi respuatur, vel impediatur. 17, 18.

COndita certè altis, hæc observata, medullis [x]
Sæpe volutavi: tentans fundamina mira
Omni exquirendi [y] studio, perque omnia versans [y].
Unde agnosco; graves pietate ac luce Sophorum [z],
Atque opera illorum quæcunque, Parentis in ipsâ
Cœlestis dextrâ, ac curâ, omnipotente foveri [a].

PARALLELISMUS CAPITIS IX.

(x) *VII, 2. x. VIII, 9. 16.* (y) *III, 18. g. conf. Pr. XIV, 4.* (z) *inf. 11. 15. 17. II, 14. f. Pr. X, 30.* (a) *I, 13. II, 26. III, 10. --15. V, 17, 18. VIII, 12. Pr. III, 5, 6, 7. XVI, 1, 2, 3. XXI, 1.* ATHANASIUS, Synops. Script. S. in Ecclesiast. *De singulorum theoriâ tractans Ecclesiastes, consentit, quòd de talibus vanè queratur, & quòd ejusmodi nihil pariant aliud, quàm laborem. Non enim ob illorum cognitionem, sed propter vitam, quæ opere ipso talia exercet, pro sapiente quis commendatur, & justo. Dicit namque: Etenim quæcunque scire se dixerit sapiens, ea non poterit invenire. Quoniam totum hoc tradidi cordi meo, & totum hoc vidit anima mea, quòd justi & sapientes, & opera eorum sint in manu DEI. Rectè igitur talium rerum inquisitionem prætergressus; & in contemplandâ mortalium politiâ constitutus; quum multos & varios videret hominum casus, constituit, quòd providentiâ administrentur omnia, dicens:* cursus non est velocium, nec bellum prudentum, nec sapientum panis, nec prudentum opulentia, nec cognoscentium gratia: quoniam tempus & occasio simul omnibus istis occurrunt. *Nam ubique regnum habent, etiam in agro jam culto. Neque enim quisquam in istis consilii sui Dominus est. Quis enim homo ille est, qui possit opera sua retrò habito adoptare consilio? Et quòd nihil potestatis amplius in hac vitâ habeat homo, quàm faciendi bonum & malum, & præparandi opera sua ad exitum. Nam &, quod edit*

Aſt homo, qui terrenus adhuc [b]; ignarus [c] amoris,
Ignarusque odii exiſtit, quo Numina terras

Re-

& bibit, hoc Donum Dei eſt. Unde, ſive quæratur, quomodo facta ſint, quæ videntur; ſive pecunia poſſideatur; ſive in luxu & abundantiâ quis delicietur: omnia iſta vanitas ſunt vanitatum, & nihil ampliùs, quàm vanitas conſilii & inanis voluntatis conatus. Per id verò, quod iſta vanitatem eſſe dicit, futurorum bonorum æternitatem ſignificat. (b) *I, 3.* He emphaticum *addit hoc loco aculeum, ſeu notam terrenæ indolis:* ut loquar cum GEIERO. (c) *conf. IV, 13. VIII, 5. m. X, 14. conf. Pr. I, 4. h.* COCCEJUS h. l. *Si ſic accipias, ut vult Bellarminus: Hominem non poſſe amorem Dei, vel odium, cognoſcere ex beneficiis, ſcil. externis, & eis, quæ accidunt: id verum eſt; & pars Evangelii eſt, gratiam Dei ex ſtatu externo æſtimandam non eſſe propriè. Quæ res, ſub Lege, bona corporalia obedientibus ut præmium promittente, piis, quoties cruce & afflictione probarentur, magnam luctam in conſcientiis excitavit. Sed quod Bellarminus addit, inde Salomonem voluiſſe concludere, quòd juſtus certò cognoſcere non poſſit, utrum diligatur à Deo, nec ne; quia ex beneficiis, quæ & improbi accipiunt, cognoſcere non poſſit: id falſum eſt, & præter mentem ſacri ſcriptoris.* GERHARDUS, Confeſſ. Cathol. l. II. part. 3. art. 22. præter cætera, adducit teſtimonia BERNHARDI, interpretantis ita hoc effatum, ſerm. 5. in Dedic. Eccleſ. de gem. conſiderat. ſui: & ſerm. 1. in Septuages. *ut tantùm neget certitudinem abſolutam & carnalem; teſtetur autem, quòd fideles conſoletur ſpei fiducia, ac dentur ſigna & indicia manifeſta ſalutis, ut indubitabile ſit, eum eſſe de numero electorum, in quo ea ſigna permanſerint: ipſumq; in eâ formâ, quæ ſalutis indicium eſt, & argumentum prædeſtinationis perſeverare poſſe & proficere: & quòd Spiritus Dei teſtificans perſuadeat ſpiritui noſtro, quòd filii Dei ſimus.* Quâ Bernhardi auctoritate permotus CORNELIUS à Lapide, in h. l. etiam certitudinem fiduciæ concedit, *quæ, creſcente gratiâ, & bonis operibus, pari paſſu creſcat;* confirmans ſuam confeſſionem S. CYPRIANI verbis, ſcribentis lib. contra Demetrianum: *Viget apud nos ſpei robur, & firmitas fidei, & inter ipſas ſeculi labentis ruinas erecta mens, & immobilis virtus, & de Deo ſuo ſemper anima ſecura.* Et S. AUGUSTINI, in Pſ. 149. *Eſt quidam modus, in conſcientiâ gloriandi; ut noveris, fidem*

Reſpiciunt. ante ora [d] chaos confundit ineptos.
2. Cunctis eveniunt [e] nullo diſcrimine cuncta:
Cauſſa latet. Contingit idem, quod plangit iniquus,
Inſonti pariter. bonus, & qui purus [f], habetur,
Qualiter immundus: nec non & ſacra ferentem,
Quæ fortuna premit viduantem altaria donis,
Inſequitur. veluti ſanctus, ſic legis & æqui
Immemor [g], eſt felix: quoque & perjuria [h] fato
Plectuntur, geminum tangit jurare [h] timentes.
3. Heu, quàm vaſta lues [i]! quâ non aut triſtior, inter
Mille mala, aut pejor, Stygiis ſeſe extulit undis
Solis [k] in aſpectum, figens veſtigia ubique!
Hanc miſerandam adeò peſtem juſta ira JEHOVÆ
Enixa eſt, ut fors [k] communis, & una, quibusvis
Occurrat. tum, quid repetam [l]; feritate repletum [m],
Pectus Adamigenûm, magno ſcelerum inde tumultu
Everti magis atque magis? nam inſana [n] cupido
Laudis, opumque, exin ſurgens jactantior, imis
Æſtuat

tuam eſſe ſinceram, noveris, ſpem tuam certam, noveris, charitatem tuam eſſe ſine ſimulatione. Cæterùm, ubi Salomo non ampliùs de juſtis & ſapientibus loquitur, ſed abſolutè id de homine annectit; tale *ſubjectum* non requirit hæſitationem exegeticam. (d) *ſup. IV, 16. conf. Pr. IV, 25. Pſalm. LXXXV, 14. 1. Sam. XVIII, 16.* (e) *3. 11. II, 14. k.* (f) *Pr. XV, 26. XXX, 12.* (g) *II, 26. p poſt.* (h) *VIII, 2. f.* (i) *inf. 12. I, 13. e.* (k) *6. 9. 11. 13. I, 3. g.* (k) *2. e.* (l) *conf. VIII, 11.* (m) *IV, 6. k prius.* (n) *I, 17.*

Æstuat in latebris, ævo superante, per annos.
Tandem [o] hoc obtutu vano rapiuntur ad umbras,
Pallentes umbras lethi, cœtusque silentum [p].

4. Istorum quis enim, domitor qui funeris ausit,
Præ reliquis solum electum [q] se ferre manendo?
Est modò spes vivis [r]: animo seu vilia spectent,
Sive dies ducant fidei meliore metallo.
Spirantes, sperant: nec nulla, videntibus orbem,
Optati scintilla micat. Scis, ecce! leoni
Defuncto præstare canem, cui vita relicta est.

5. Haud igitur nihil est reputandum; ad sana reverti
Posse, qui adhuc callent, mortis se limen adire.
Mortua sin fuerint, nil quicquam [s] pectora nôrunt:
Præmia [t] nec curant tunc ampliùs. omnis eorum
Sortis honor [u] patitur manes, oblivia longa [x].

6. Atque amor, atque odium, tabes atque æmula, pridem
Liquit [z] eos: neque habent, ullum per tempus, ab ullo,
Quod polus igne [a] coquit, minimis vel partibus [b] usum.

7. Vade

(o) *VI*, 12. *VII*, 14. *X*, 14. (p) *conf. Pr. II*, 18, 19. *V*, 23. *VII*, 21, 22. 26, 27. *IX*, 18. *XXI*, 16. (q) *conf. XI*, 9. (r) 5. *IV*, 15. *VI*, 8. *X*, 19. (s) *V*, 13. (t) *II*, 18. *IV*, 9. *u*. (u) *I*, *u*. *x*. *II*, 16. 18. *VIII*, 10. *b*. (x) *inf.* 15. *b*. (x) *IV*, 4. *f*. (y) 7. *I*, 10. *u*. (z) *VII*, 15. *q*. (a) *sup.* 8. *k*. (b) 9. *II*, 10. *x*.

7. Vade [c] age, & in melius, cœleſtia gaudia libans [d],
Sume tuum panem [d]; latices, vinumque [e] bibendum,
Lætitiâ, requie, pace interiore corona!
Signa boni cordis [f] ſunt talia: ſigna, beantis [g]
8. Jam dudum [h] tua facta [i] DEI. Sint candida [i] ſemper [k],
Veſtimenta [l]; notent morumque animique nitorem.
Nec tibi deficiant [m] unguenti [n] in vertice dona
Aſſyrii: id ſignet vires, quas Spiritus afflat
9. Senſibus internis. Propiùs ſic aſpice [o] lucis [p]
Commoda, cum thalami ſociâ [q]; quam diligis unam,
Unam indivulſam comitem ſub inanibus [r] hujus
Curriculi ſpatiis: Phœbo [s] tibi teſte jugatam,
Ut tecum ipſa moras certaminis exigat omnes.
Eſt pars [s] illa bonum, æternâ quod lance dicavit [t]
Ætati Fortuna tuæ: dulcedo labores

(c) *II, 1. z.* (d) *II, 24. m.* ubi legantur huc pertinentia: (d) *inf. 11. h.* (e) *II, 3.* (f) *VII, 14. oppoſ. ibid. 3. Pr. XV, 15. q.* (g) *Pr. III, 12. 22. X, 32. x. XVI, 7.* (h) *6. y.* (i) *VIII, 14. x. Pr. XVI, 3.* (i) *conf. ad X, 17.* GEIER. (k) *conf. III, 4. Matth. VI, 17, 18. 1. Cor. VII, 30. 1. Theſſal. V, 16. 1. Tim. III, 2.* (l) *Pr. VI, 27. XX, 16. XXV, 20. XXVII, 13.* (m) *conf. I, 15. l.* (n) *VII, 1. X, 1. Pr. XXI, 17. XXVII, 9.* Pulchrè GEIERUS: *Salomo non carnalem h. m. laudavit lætitiam, contra verba propria c. II, 1. & VII, 3. ſed hilarem ſolummodò mentis in Deo quietem poſtulavit, cujus fundamentum Divina operum noſtrorum approbatio. v. 7. conf. II, 24. m.* (o) *II, 1. a.* (p) *III, 13. p.* (q) *VII, 26. 28. Pr. V, 18. XXXI, 10.* (r) *VI, 11, 12.* (s) *II, 10. x.* (t) *I, 13. 17. II, 26. III, 10. V, 17, 18. VI, 2. VIII, 9. 15, 16. XII, 7. 11. Pr. X, 24. c.*

Inter inexhauſtos, munus Phaëthontis [u] amicum.
10. Quicquid agendorum dextræ tua vivida virtus [x]
Invenit [x]; expedias: nam, dein ſub mole ſepulchri [y]
Et foveâ, quò te ducit via proxima; nullum
Aut opus [z], aut mentis ſtudium [a], non ulla ſciendi [b]
Ars exercetur, neſcit ſapientia [b] ſedem.
11. Lux nova ſub Solis mihi fortè illuxerat aſtro,
Cernere quod juſſit præſentia: protinus ergò
Verti me, cum oculis, patefactis ſidere dulci [c].
Ecce autem! docuit rerum experientia, viſu
Mirifico: quòd non poſſint, qui poſſe videntur;
Nec ſua veloces [d], rapido promtiſſima curſu
Cœpta, juvent; neque magnanimis [e] victoria bello [f]
Hæreat affixa aſſiduè: ſapientibus [g] eſca [h]
Quòd propria haud detur, nec vel prudentia [i] nummis [k]
Augeat expertos, nec gratia [l] larga peritos [m]

Arti-

(u) *I, 3. g.* (x) *IV, 1. z. Pr. X, 4, 5. XXII, 13. x. 29. s. Judic. VI, 14.* (x) *Jud. IX, 33. 1. Sam. X, 7.* (y) *Pr. I, 12. y poſt.* (z) *II, 11. x.* (a) *VII, 25. b.* (b) *II, 26. o.* (c) *IV, 1. 7.* (d) *conf. VII, 21. Pr. XIV, 6. it. VI, 18. XXII, 29.* (e) *Pr. XXI, 22. 30, 31. XXX, 30. p.* (f) *III, 8. h.* (g) *1. z. 15. 17. Pr. XXIX, 13.* GEIERUS annotat v. 13. *cum hoc dicto,* quòd nec ſapientibus ſemper competat panis, *convenire quodammodo, tanquam exemplum,* quod ſequitur *v. 14, 15, 16.* (h) *ſup. 7. X, 19. XI, 1. conf. Pr. XII, 11. XX, 13. XXVIII, 19.* (i) *Pr. I, 5. l. X, 13.* (k) *conf. X, 6. XXII, 1. XXIII, 4, 5.* (l) *X, 12. Pr. XI, 16. n.* (m) *VIII, 1. x poſt.*

Artifices ſemper comitetur; at omnibus æquè
Temporis & casûs ratio [n] diſcrimina ponat [o].
12. Quin etiam manifeſta fides, fatalis & horæ
Extremum ſub nube tegi mortalibus ægris [p].
Sicut enim piſces incautos [q] retia captant
Improba [r]; ſicut, aves [s] laqueo cum urgentur, hic urit
Improviſus eas: ſic, ſic quoque gentis Adami
Unusquisque cadit, ſub tempeſtate moleſtâ [r]
Captus, & implicitus [t], quando irruit atra repentè [u].
13. Et verò, pariter mundi monſtrante diurno
Lumine [x], vidi, inter Sophies ſpectacula multa,
Eximium ſpecimen [y]: mihi quod memorabile & ingens.
14. Urbs erat exigua, ac paucis armata virorum [z]:
Quam contra adventans circumdedit [a] aggere magnus
Rex, & in adverſum molimina [b] grandia ſtruxit.
15. Nec mora, nec requies. verùm [c], heus! inventus [d] in ipsâ

(n) *VIII, 5, 6.* (o) *ſup. 3.* Ad totum v. 11. confer. huc pertinentia ex ATHANASIO, *ſup. III, 11. o.* (p) *II, 19. III, 21. VI, 12. VII, 1. VIII, 7.* (q) *14. VII, 26. g.* (r) *I, 13. e.* (s) *XII, 4.* (t) *Pr. VI, 2.* (u) *IV, 10. x.* (u) *Pr. III, 25. VI, 15. XXIV, 22. XXIX, 1.* (x) *I, 3. g.* (y) *conf. I, 16. II, 12. VII, 11. &c.* (z) *V, 1. VII, 19.* (a) *I, 6. n.* (b) Eadem vox ſignificat *rete* ſup. 12. q. *munitionem* hîc & *Pr. XII, 12. s.* (c) *I, 4. k.* (d) *VII, 14. m.*

Vir quidam excellens [e], sed egens [f]; qui salva, per artem
Consiliumque suum, laxavit [g] mœnia victor.
Nec tamen extiterat, cui cognitus [h] antè fuisset
Indigus iste heros, vel deinceps nomine pulchro
Dignus haberetur.
16. Quid ego? succensus & irâ,
Et super ingratis odio; *Sapientia*, dixi [i],
Robore [k] murorum melior [l], majorque catervis:
Pauperis illa licet [m] fuerit contemta [n]; nec ejus
17. Voci auscultetur [o]! Sapientum dicta, per aures
Si placidas tacitum pertentant singula pectus [p];
Effi-

(e) *sup. 11. Pr. XXI, 22.* (f) *16, 17. IV, 13. c.* (g) *VII, 26. i.* (h) *sup 5. x pr. I, 11. x. conf. Pr. XXV, 26. XXVIII, 12.* HIERONYMUS, in h. l. Parva civitas, & viri in eâ pauci, *ad comparationem totius mundi, Ecclesia est:* [conf. AUGUSTINUS, *de Civitate Dei*] *adversus quam sæpe consurgit rex magnus, diabolus; non, quòd magnus sit, sed, quòd magnum se esse jactet: & circumdat eam obsidione, sive persecutionis, sive alio angustiarum genere. Et invenit in eâ* virum pauperem & sapientem, Dominum Jesum Christum, *qui pro nobis pauper factus est, & est ipsa sapientia: & ille vir pauper liberat urbem in sapientiâ suâ. Quoties videmus sedentem leonem in insidiis, cum divitibus, hoc est, cum senatoribus & principibus hujus seculi, &, adversus Ecclesiam, molientem, pauperis istius sapientiam corruisse? Quumque pauper hic vicerit, & urbs paci fuerit restituta; vix aliquis ejus meminit, vix illius mandata considerat: sed totos se luxuriæ & voluptatibus concedentes quærunt divitias, quæ in necessitate non liberant.* (i) *VI, 3. i.* (k) *VII, 19, 20. X, 17. Pr. XXI, 22. XXIV, 5.* (l) *18. IV, 6. i. V, 10. VII, 13.* (m) *Pr. XXVI, 24.* (n) *Pr. I, 7. XI, 12. b.* (o) *Pr. I, 33. a.* (p) *conf. I, 13. a.*

Efficiunt[q] tantum, quantum non fulmina præstant,
Terrentis stultos[r] vacuo clamore, tyranni[s].
18. Fortior[t] omninò est armis prudentia: at unus,
Impietate nocens[u], perdit[x] bona[y] multa[z], sub astu
Autoris Satanæ; qui sic lolio hordea vincit.

CAPUT DECIMUM.

Ut autem sapientia constanter subigat vanitatem, purganda illa semper est, non tantùm à fermento externo personali, *sed etiam ab interno* reali, *omnis admixtæ labis vel minimæ; ne dominetur.* [Rom. VI, 12. 1. Cor. V. 6, 7, 8.] 1. *Atque hoc cavere, perpetuum est signum sapientis præ insipiente.* 2, 3. *Exemplum hujusmodi sapientiæ, in mansuetudine.* 4. *contrarium ostenditur, in erratis superiorum: quæ vanitatis culpa, quum nimis decipiat subditos specie prudentiæ quadam, privatis ac publicis pœnis redargui solet.* 5. -- 9. *Quum itaque unicum* moralis *vanitatis remedium situm in eo sit, ut assiduâ corrupti cordis purgatione dijudicetur, non tantùm, quid sapientiæ, seu divinæ voluntati consentaneum; sed, hoc agnito, non minùs etiam, quid ad eam dignè expediendam & cavere & observare oporteat; nimirùm, ut* τὸ περισσὸν, *Matth. V, 47.* יתרון *Salomoni dictum, hoc est, proprium illud officii cujusvis, quod paterno Dei judicio inchoatâ veritate respondens, placensq; ob Mediatorem, non tam humanæ, quàm divinæ indolis, tanquam in Deo factum, persistat, præmiumq; ex gratiâ consequatur:* Matth. XVI, 23. Johan. III, 21. *idcircò, sanctimoniâ boni propositi, erga Deum atque homines, per* fidem justificantem & sanctificantem, *bene fundatâ; necesse est, tendat solicitudo ad secernendum, mancum ab idoneo, purum ab impuro, ne insipientia nomine sapientiæ locum reperiat. Quò spectat ratio habenda, tam* circumstantiarum *omnium, quàm rerum ipsarum: id quod monstratur, in ferro hebetato, ac viperâ præveniente.* 10, 11.

Atque

(q) *conf. Pr. XIV, 33.* (r) *VII, 7, 8.* (s) *VII, 19. VIII, 8. X. 4. Prov. VI, 7. x post.* (t) *16. l.* (u) *sup. 2. g.* (x) *III, 6. d.* (y) *sup. 16. l.* (z) *I, 16. p.*

Atque, ut specimen cœlestis redundantiæ liquet in sapiente facundiâ: sic ex adverso, apertissimum est stolido in sermone, quantopere impediat sani ordinis defectus omne bonum. 12.--15. Illustratur idem, à contrariis exemplis; regiminis intempestivi atque intemperantis: 16, 17. desidiosæ & luxuriosæ familiæ: 18, 19. cum affectu metûs, quòd arcana quoque commissa, vel emissa contra ordinem, Divinæ vindicationi obnoxia sint. 20. Quo ipso docetur idem, quod S. Petrus scribit 1. epist. I, 4. Dei indolem, ac promissa Ejus pretiosissima, assequi vel tueri hominem haud posse, nisi effugiat modis omnibus, flagellis & legalibus adhibitis, corruptionem vanitatis plenissimam, quæ in mundo per concupiscentiam inest.

IN muscis tu cernis idem [a], jam morte peremtis,
Unica si istarum [b], virus lethale veneni
Intus agens [b], oleo [c], spirante arcana magistri [d],
Mixta fuit; suavem subitò dispellit odorem,
Exhalatque [e] jugi tetram de fonte mephitim.
Non alium eructat, vel parva [f] amentia [g], fœtum
Ore manuque ejus, Sophie cui nobile nomen
Usibus ingenii claris, & honoribus, auxit [b].
2. Ecce ergò! sapiens [i], ad dextram [i], parte virili,
Cor

PARALLELISMUS CAPITIS X.

(a) *conf. IX, 18.* HIERONYMUS, in h. l. *Exemplum superioris sensûs dedit, in quo ait:* per unum stultum multa bona subverti; *quòd sic malus, mixtus bonis, contaminet plurimos: quum muscæ, si moriantur in unguento, perdant odorem illius & saporem. Et, quia sæpe calliditati mixta est sapientia, & habet malitiam prudentia: præcipit, ut sapientiam simplicem requiramus, mixtaq; sit cum innocentiâ columbarum; prudentes simus ad bonum, simplices autem ad malum.* (b) *conf. II, 7. Pr. I, 20. k.* (c) *VII, 1. IX, 8. Pr. XXI, 17. 20. XXVII, 9.* (d) *VI, 2. Pr. I, 13. b. XVII, 27.* (e) *XV, 2, 28. XVIII, 4.* (f) *IX, 14.* (g) *inf. 13. I, 17. r.* (h) *VII, 7. VIII, 5. Pr. XI, 17. XVII, 7.* (i) *Hieron.* ibid. *Nec putemus, huic sententiolæ illud esse*

Cor gerit; attendens, rerum quis dexter eundus
Sit modus[k]: insipiens autem, non pectore firmo est;
Cor ad læva tenens, sensuque animoque siniſtro[l].
3. Jamque viam[m] ingreditur, sua nec præcordia curat,
Errabunda secans vestigia semper, & excors[n];
Sive minore loco, latis sive ambulet arvis:
Nec tamen hic dubitat, de quovis dicere: is amens!
4. Si dominatorem[o], verbis expertus, acerbum
Contrà stare, vides, animosque[p] ascendere[q] in ora
Principis; haud etiam vultûs mentisque quieto
Dimoveare[r] statu[s]: potiùs prece Numen adora
Omnipotens, pacem ut tranquilla modestia[t] possit
Instaurare[t], fugans[u] majora pericula culpæ.
5. Sol[x] (qui juncta bonis multis mala plurima nudat)
Me nec celavit, quàm mœsto sidere cernat

Fata

contrarium, in quo dicitur Pr. IV, 27. **Ne declines in dexteram, neque in siniſtram.** *Hic enim pars dextera pro bono accipitur: ibi verò non tam dextera, quàm declinatio dextræ, accusatur; ne plus sapiamus, quàm, sapere nos, necesse est: quia virtutes in medio sunt, & nimietas omnis in vitio est. Conf.* BERNHARDINA, *Pr. IV, 27. x.* (k) *inf. 10. .. 15. VII, 17. VIII, 5. 0. Pr. I, 3. f.* (l) *IX, 17. Pr. III, 16. Matth. XXV, 33.* (m) *XI, 5. XII, 5. Pr. I, 15. e prius.* (n) *Pr. VI, 32. x. XII, 23. oppos. XV, 32.* (o) *IX, 17. 5. Pr. XXIII, 1. XXVIII, 15.* (p) *VII, 9. Pr. XVI, 22.* (q) *IV, 14.* (r) *VII, 18. b.* (s) *conf. I, 5. 7. III, 20. VI, 6. XI, 3. Pr. XV, 3. XXV, 6.* (t) *Pr. IV, 22. 0. XIII, 13. 17. XIV, 30. XV, 4.* (u) *sup. 4. r. conf. V, 11. XI, 6.* (x) *I, 3. g.*

Fata[y] poteſtatum -; quæ non immiſit origo
Conſilii æterni, ſed, ab his qui prodiit[a], error[b].
Sic regnator iners errata leviſſima ducit,
Quæ gravitate ſuâ portendunt omina dira.
6. Sic quoque, ſtultitiâ plenus[c], faſtigia[d] rerum
Magna[e] capit, gratus ſtolidis: ſic, divite mentis,
Lumine pollentes[f], humili[g] regione locorum
7. Verſantur. vidi; famulos (mirabile dictu)
Sublimes in equis, dominorum ſorte potiri[h]:
Immundo proceres[i] perfuſos pulvere, plantis
Vadere humi, tanquam ſervos[k]. DEus attamen ipſe,
Eventu vario, vaniſſima ſenſa refutat.
8. Irruit in foveam, ſibi quam non foderat, autor[l].
Si quis ſepta petit rumpendo[m]; hunc obvius acri
9. Ictus ab angue[n] manet. Libeat ſi volvere ſaxa[o]
Et transferre[p], ſub his fuga vix eſt nota dolorum[q]:
Findentem feriunt ſua ligna, aut ſæva ſecuris[r].
10. Ferri hebetati acies[s] ſi non[t] reddatur acuta

Cotis

(y) *VI, 1, t.* (z) *VII, 19.* (a) *conf. III, 14. VIII, 12.* (b) *V, 5. f.* (c) *inf. 12. 14, 15. II, 14. g. VII, 25. d. Pr. IX, 13. XIX, 1.* (d) *Pr. VIII, 2. IX, 3. 14.* (e) *II, 21. f.* (f) *Pr. XIX, 1. i.* (g) *XII, 4. Pr. XXIX, 23.* (h) *Pr. XIX, 10. XXX, 22.* (i) *Pr. VIII, 16.* (k) *Ad 6. & 7. conf. II, 15. VIII, 10. g.* (l) *XIII, 17. XXII, 14. XXIII, 32.* (m) *Pr. III, 10.* (n) *inf. 11.* (o) *Pr. XXVI, 27.* (p) *Pr. XXII, 28. p.* (q) *Pr. V, 10. X, 22. XIV, 23.* (r) *conf. Pr. XXIII, 2.* (s) *Pr. XXVII, 17.* (t) *conf.* GLASSIUS Philol. S. l. *III. tr. 5. c. 23.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Cotis ſubſidio[u]; nimiâ nitêris[u] opum vi[u]:
Sin, uſum aſſiduum formans, Sapientia rectam[x]
Ire viam doceat; patefit, cum laude[y], magiſtra.
11. Vipera[z], cùm mordens prævertit[a] carmina ſacra;
Præpollet: vati[b] ſuperat tum nulla poteſtas[y].
Vana, opera, & lingua, eſt; ubi juſta ſcientia non eſt.
12. Gratia[c] quanta viri, cujus dimanat ab ore
Ros Sophiæ liquidus! verùm, exundantia nugis
13. Labra, bonum abſorbent[d]. ansâ ſermonis, ineptus,
Jam tum abſurda ſerit deliramenta[e]: nec antè
Fertur ad extremum, donec ſe inſania *f* pejor
Luce palàm circumſtet, inextricabile vinclum.

(u) *IV, 9. Hier. Si ſe aliquis viderit per negligentiam amiſiſſe ſcientiam Scripturarum; & acumen ingenii ejus fuerit obtuſum: conturbatus nequaquam manſerit, qualis eſſe jam cœperat. Evenit quippe interdum, ut, quum modicum ſcientiæ quis habuerit, elatus in ſuperbiam, diſcere deſiſtat & legere; & paulatim ex eo, quod nihil ei additur, ſubtrahatur, & vacuum diſciplinis pectus remaneat, ferrumq́, quod acutum fuerat, hebetetur: otium enim & deſidia quaſi quædam rubigo ſapientiæ eſt. Si igitur quis hoc paſſus fuerit, non deſperet remedium ſanitatis; ſed, vadat ad magiſtrum, & rurſum inſtruatur ab eo: &, poſt laborem & induſtriam, ſudoremq́, nimium, valebit ſapientiam recipere, quam amiſerat. Hoc eſt, quod in Hebræo ſignificantius dicitur:* & fortitudinibus corroborabitur: *id eſt, labore, & ſudore, & induſtriâ, & quotidianâ lectione, ſapientiam conſequetur, & fortitudo ipſius habebit hunc finem, ut accipiat ſapientiam.* (x) *XI, 6. conf. II, 21. c.* (y) *I, 3. f.* (z) *8. Pr. XXX, 19. r.* (a) *idem idiotiſmus Pr. XIII, 23.* (b) *inf. 20. Pr. I, 17. f. 19. h.* (c) *IX, 11. l.* (d) *Pr. I, 12. γ.* (e) *I, 17.* (f) *I, 13. 17. q. r.*

14. Prætereà ambages in longum protrahit[g] audax;
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox, seroque futura,
Vestigans frustrà: quia nondum intelligit unus[h],
Quæ breve post tempus veniant. quis[h] præcinet ulli,
Exactum vitæ spatium quæ fata sequantur[i]?
15. Stultorum insanit labor omnis; & usque fatigans[k]
Strenua eorum exercet inertia quemque: perinde,
Atque agitur cœcus, via quem frustratur ad urbem[l].
16. Væ miseræ tibi, terra: puer[m] se cujus in aulâ
Jactat, sceptra gerens; cujus primoribus, orto
17. Mane, epulæ rident! O terque quaterque beata[m];
Rex cui, progenie & virtute coruscus avitâ,
Magnanimique duces præsunt; ubi tempus, edentes,
Propter adaugendum robur[p], nec pocula [q] propter!
18. Teque tuosque domi, cura, ne infausta moretur
Segni-

(g) *I, 16. II, 7. V, 6. 16. conf. Pr. X, 18, 19. XXV, 28.* (h) *IX, 1. c.* (h) *I, 9. 5. VI, 12. IX, 4.* (i) *VI, 12. 6.* (k) *I, 7. Conf.* ARNDT. V. C. l. I. c. 20. (l) *Pr. XXI, 15. g.* (l) *IV, 10. y.* (m) *I, 4. XIX, 20.* GREGORIUS Nazianz. Apolog. Orat. I. *Senectus, conjuncta cum prudentiâ, imperitæ juventuti præstat; & considerata tarditas, inconsultæ temeritati; & breve regnum, diuturnæ tyrannidi: quemadmodum & exigua portio maximi pretii, multis vilibus & periculosis opibus; & parum auri, multis plumbi libris; & parva lux, densissimis tenebris.* Plura ex eodem *sup. V, 1. u.* (n) *Pr. III, 13. XIV, 21. u. med. XX, 7.* (o) *conf. IX, 8, i.* (p) *conf. sup. 10. u. IX, 19. k.* (q) *conf. 19. x.*

Segnities[r]: quippe hâc ſenſim depreſſa[s], labantes
Junctúras tabulata gemunt; manuumque relapsâ[t]
Vi, nec dum ſenio, diſcunt ſtillare[u] penates.
19. Indecores homines infelicesque, reponunt
Luſibus[x] immeritum panem[x], vinumque[y], recludens
Munera lætitiæ vivis[z]: &, talis abusûs
Omnibus optatis, argentum[a] cogitur aures[b]
Invitas præbere ſuas.
20. Tum Regis honorem
Ne maledicendo[c] laceres, neque pectoris intra
Teſtantis latebras[d]; neve, interiora cubilis[e]
Poſt tua fortè jacens, opulenti[f] nomina lædas[c]:
Vindice namque DEO, vel avis perducet in altum
Hanc vocem[g], inque aulam rapiet[h] verbum aliger[i]
index.

CAPUT UNDECIMUM.

Præter cæteras fidei ac charitatis proprietates, quibus ſuperanda conſtanter vanitas; commendatur religioſa erogatio alimentorum: 1, 2. ſed ita, ut hoc ipſo ſub exemplo porrò exhibeantur rationes, adhibendæ circa actionum

(r) *conf. Pr. XIX, 15. c. 24. XX, 4. XXII, 13. XXVI, 13. 15 XXXI, 27.* (s) *conf. Pſ. CVI, 43.* (t) *ſup. 18. r. Pr. VI, 10. XIX, 24. XXIV, 32.* (u) *Pr. III, 20. XIX, 13. XXVII, 15.* (x) *II, 2. c. IX, 7. d. Pr. XX, 17.* (y) *II, 2. f. Pſ. CIV, 15.* (z) *IX, 4. r.* (a) *XVI, 16.* (b) *I, 8. V, 19. q. conf. Hoſ. II, 21, 22.* (c) *VII, 21. l.* (d) *ibid. 22. VIII, 2. XI, 9.* (e) *Pr. VII, 27. XVIII, 8. XX, 27. 30. XXIV, 4.* (f) *Pr. X, 15. b.* (g) *V, 5. Pr. V, 13. VIII, 1. XXVI, 25. XXVII, 14.* (h) *conf. Pr. X, 14.* (i) *conf. ſup. 11, b.*

num quarumlibet sapientiam, à stultitiæ mixturâ vindicandam, ac consequendum ipsius fructum potiorem. Cujusmodi sunt: discrimina inclinationum suarum prudenter dijudicare; præoccupare dilationum pericula; 3, 4. quò minus consilia Dei explorata fuerint, eò acriùs per fidem modo omni laborare: 5, 6. mentisq; hilaritatem, tanquam principium agendi, sic custodire, ut divini judicii veneratio eam moderetur, ne affectu vel concupiscibili *vel* irascibili *vanescat. 7.--10.*

DImisisse[k] tuos captivos (commoda mensæ
Nutrimenta, reor) trans æquora, transque propinquas
Undarum facies[l]; nec eos tenuisse tenebris,
Te pigeat nunquam: post intervalla dierum
Scilicet invenies[m], quæ nunc amissa[n] putantur.
2. Septenis[o] partire[p] cibum, partire cohorti
Bis quater in numerum crescenti; ac pluribus ultrò
Da, quodcunque datum est tibi: nam, tu nescius ipse es,
Quid quantumque mali[p] terrarum partibus instet.
3. Nonne vides, ut mox æther se effundat in arva,
Plurima quum nubes[r] plenum collegerit imbrem?
Cumque arbos procumbit[s] humi; seu, fructibus, Austrum,
Fœta

PARALLELISMUS CAPITIS XI.

(k) *Conf. VIII, 8. Es. XLV, 13. LVIII, 6. Neh. VIII, 12. Pr. XI, 24.* (l) *Pr. VIII, 27. Genes. I, 2.* (m) *VII, 14. m.* (n) *III, 6. d.* (o) *VI, 3. d.* (p) *I, 3. II, 10. x.* (q) *I, 13, e. & II, 26. VIII, 9. X, 4, 5.* (r) *4. XII, 2. Pr. XXV, 14.* (s) *IV, 10. x.*

Fœta bonis, petiit, Boreæ ſeu' frigora, lapſu:
In quemcunque locum " traxit ſe, hic terminus illi eſt.
4. Sæpe mora infelix, improvida pectora, privat
Succeſſu fauſto. neque enim ſeret anxius unquam,
Fallaces ventos ubi quis ſperare benignos

(t) *V, u. b. XII, 14.* (u) *I, 7. o. X, 4. s. conf. Pr. XV, 6.* HIERONYMUS, in h. l. *Mitte panem tuum ſuper faciem terræ, & omni petenti tribue: quia & nubes quum plenæ fuerint, divitias ſuas mortalibus largiuntur; & tu, quaſi lignum, quamvis longævus ſis, non eris in perpetuum. ubicunque ecciderit, ibi jugiter permanebis: ſive te rigidum & trucem, ſive clementem & miſericordem, ultimum invenerit tempus.* BERNHARDI, de diverſis, ſermo 85. totus meretur hîc locum. *Sive ad Auſtrum, ſive ad Aquilonem arbor ceciderit; ibi erit. Auſtri calor & lenitas in S. Scriptura bonam ſolet habere ſignificationem. Ab aquilone verò panditur omne malum. Porrò, homines, ſicut arbores, vidit aliquis. Exciditur autem arbor in morte: & quocunque ceciderit, ibi erit: quia ibi te judicabit Deus, ubi invenerit. Ibi, inquam, erit immutabiliter & irretractabiliter. Videat, quò caſura ſit; antequam cadat: quia, poſtquam ceciderit, non adjicietur, ut reſurgat; ſed nec, ut ſe vertat. Quò verò caſura ſit arbor, ſi ſcire volueris; ramos ejus attende. Unde major eſt copia ramorum, & ponderoſior: inde caſuram, ne dubites; ſi tamen fuerit tunc exciſa. Rami noſtri, deſideria noſtra ſunt: quibus ad auſtrum extendimur, ſi ſpiritualia fuerint; ſi carnalia, ad Aquilonem. Quæ verò præponderent, medium corpus indicat. Ea namque præponderant, quæ ſecum traxerit corpus. Sic enim eſt corpus noſtrum inter ſpiritum, cui ſervire debet, & carnalia deſideria, quæ militant adverſus animam, ſive poteſtates tenebrarum; ac ſi vacca ſit inter raptorem & ruſticum conſtituta. Quicquid ille minetur, quicquid intendat; ſi vaccam non duxerit, ruſticus vicit. Sic, quantumcunque ſæviat malignus, quantumcunque prava deſideria crucient; ſi vas ſuum ſibi vendicat anima, viciſſe credenda eſt; ut, quemadmodum ait Apoſtolus, non regnet peccatum in noſtro mortali corpore: ſed, ſicut exhibuimus membra noſtra, ſervire iniquitati ad iniquitatem, ſic exhibeamus, ſervire juſtitiæ in ſanctificationem.*

Haud facilè absistit: tempestatesque minaces[x]
Contemplans[y] nimiùm, nullus metet omnibus horis.
5. Ignoras veluti, quali huc, quali Æolus[y] illuc,
Gaudeat ire viâ[z]; qualem sint ossa per artem
Completi[z] constructa uteri: non certiùs alti
Patris opus reliquum indocili ratione stupebis;
Singula qui creat hæc miranda atque omnia solus[a].
6. Matutinus agri sulcis tua larga recondes
Semina; tam mentis bona, quàm telluris opimæ:
Nec tua fida manus se vespertina labori
Subducat[b]. nescitur adhuc, respondeat utrum[c]
Propositis; an, manè satum id; num rectiùs[a] isthoc[c],
Vespere quod sparsum: sin fortuneris utroque,
Æquè hôc, atque illo; divini gloria ruris
Tantò major erit.
7. Lucis præsentia, dulcis[c]:
Namque bonum est oculis, Phœbeo lumine pasci[f].
Ast felix verè, patefacto in Numine Solem
8. Purpureum[g] cernens! quo tum is lætabitur uno,
Ca-

(x) *Conf. Pr. XX, 4. XXII, 13.* [y] *V, 7. r. VIII, 5. l. Pr. II, 8.* [y] *I, 5. 14. VIII, 8. u. X, 4. XII, 7.* [z] *X, 3. XII, 5. Pr. I, 15. e.* [z] *conf. IV, 6. k prius. IX, 3. m.* [a] *I, 13. f. III, 11. m. VII, 13. e. VIII, 16, 17. p. conf. Pr. XIV, 31. XVII, 5. XXII, 2.* [b] *VII, 18. b. X, 14, 15.* [c] *II, 3. VI, 5.* [d] *conf. II, 21. c. X, 10. x.* [e] *V, 11, a, Pr. XV, 30. m.* [f] *VI, 5. VII, 11. VIII, 1. z.* [g] *III, 12. p.*

Casibus in cunctis, longos impunè per annos,
Degere si multos liceat: non immemor [h] atræ
Noctis, &, in tenebris [i], quàm par sit, quæque serena
Tempora temperie lustrari; ut oberret [k] eorum,
Quæ veniunt, species evanida, tecta sub umbris.
9. Nam quis te, juvenum præfidentissime! (talis
Quisquis es) ætatem falsa [l] inter gaudia jussit
Ducere? quin gaude, solitum tibi: plena juventus [m]
Jucundi tua sit! Nempe, immaturius ævum,
Luciferi quosvis ortûs afflare vigorem
Rore bono [n], ut sentit; radiis sic vivere Verbi
Cor [o], sine: cordis iter si semita recta, sequaci
Vade animo, & quò fert faciem conspectus honesti [p].
Sic age, sic, juvenis! sed tantùm hoc denique pacto
Liber age, ut tu imis, res est non vana, medullis
Inscriptum teneas [q]; quòd te super omnibus istis [r]
Justum in judicium [s] vocet altâ voce JEHOVA;

Et

(h) *I, 11. x. II, 16. XII. 1.* (i) *V, 16. r.* (k) *I, 11. x.* (l) *10. conf. IX, 4. q. XII, 1. Pr. XX, 29.* (l) *II, 1. &c.* (m) *IV, 13. f. VII, 1. r.* (n) *Pr. VII, 3. XV, 13. XVII, 22.* (o) *I, 13. b.* (p) *II, 10. VI, 9. Pr. IV, 25. Gal. V, 25.* (q) *IV, 13. VIII, 5. conf. X, 20. c.* (r) *II, 25. III, 12. 22. VIII, 15. g.* (s) *III, 17. VIII, 5. o. XII, 14.* ubi notatis add. AMBROSIUS, exhort. ad Virg. *Attende ergò tu præcipuè, Fili! attende tibi, ut & tu lætèris in juventute tuâ; cui dicit Scriptura:* Lætare adolescens in juventute tuâ! *Non unius tibi dicit tempus ætatis. Est quasi quidam flos vitæ, bonorumq; ætas operum, de qua scriptum est:* Renovabitur, sicut aquilæ,

Et dictis ſuper, & factis; ſuper omnibus iſtis
Motibus, internis, externis; ſintne ſupernæ
Indolis, an Stygiæ fuerint incendia flammæ.
10. Ergò, Dei ut dignis adoleſcat Gratia tecum
Auxiliis, ſeclude tuis à ſenſibus iram [t],
Invidiæ ſtimulos, infenſi Dæmonis arma:
Pelle [u] voluptates, impuras atque feroces,
Carne tuâ; tanquam æterni mala ſemina luctûs.
Inſanæ quid enim juvat indulgere juventæ [x]?
Auroræ pennis cita præterit. irrita fallunt [y]
Talia non ſolùm, verùm & præcordia diro
Vulnere diſcerpunt. Sectare ô gaudia [z] pura:
Dumque licet, tua, fac, in verius orſa reflectas!

CAPUT DUODECIMUM.

Denique impenditur hoc caput totum Epilogo; *& quidem præſcripto* Evangelicæ *hilaritatis affectui*, [*ſigno fidei, ut* victoriæ de mundo, *ſeu vanitate*, 1. Joh. V, 4.] *redigendo in juſtum ordinem. Unde ſatis intelligitur, quàm integrè ac caſtè* Salomo, *poſt actam pœnitentiam; atque adeò, quàm verè & ſapienter doceat, vanitatem vincendam expedito rerum uſu ita eſſe, ut tranquillitas animi, ſeu lætitia, freno timoris DEI, meditandæq; mortalitatis*

juventus tua. Et oblectet, *inquit*, te cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ; & ambula in via cordis tui ſine maculâ, & in aſpectu oculorum tuorum, *& non in audaciâ oculorum tuorum: in aſpectu ubique ſpirituali, non audaciâ ſeculari.* Et ſcito, quòd ſuper hæc omnia adducet te Deus in judicium. Et repelle iram à corde tuo, & amove nequitiam à carne tuâ. (t) *I, 18. u. V, 16. s. VII, 3. 9. n.* (u) *Pr. XIV, 16. XXII, 3. XXVI, 17.* (x) *ſup. 9.* (y) De vanitate, *I, 2. e. 18. y.*

tatis & futuri judicii, id quod jam tum à Patre didicerat, Ps. XXXIX, 6. XC, 13. temperetur. Quum verò nihil corruptæ indolis humanæ sit magis proprium, quàm novissimorum memoriam prætermittere; cujus mali non immemor David, tantopere istam reminiscentiam à DEO ipso flagitârat: idcircò, duce Spiritu S. admonitus, quòd cum precibus sit conjungenda assiduæ meditatio; *inspiratam hîc, submînstrat incomparabilem tristiorum senectutis idearum* hypotyposin; *quâ religiosè & firmiter menti infixâ, homines adhuc vegeti membrorum omnem abusum detestentur. 1.--7. Quemadmodum Apostolus atrocissimam peccati originalis efficacitatem exhibet Rom III, 10.--18. Ne autem isthæc etiam* repræsentatio *adservetur negligentiùs; Ecclesiastes, parte posteriore, addit excitatam conclusionem, 8.--14. Applicanda omnia, velut stimuli, ad vanitatem exterminandam; ut docendo, pariter obsequendo: non quærenda multa; quæ distrahunt, aluntq; vanitatem magis, quàm veritatem: veritas, simplex, quæ Christi est, multùm exercenda atque unicè; consistens in Dei cultu, referendo ad judicium extremum rebus omnibus.*

EJa age, læta dies circumfluat undique floris,
Germina prima tui, Superûm dulcedine tantâ
Mentem animumque rigans, ut te sine fine *Creantes*
Possideant, *Genitor*, *Verbumq;* & *Spiritus*; almam
Fundantes pacem, memorique, in corde manentes.
In DOMINO lætare tuo! fixumque repone

PARALLELISMUS CAPITIS XII.

(y) Aug. VARENIUS, in h. l. *Noli florem juventutis Diabolo consecrare, & fœcem Senectutis DEO reservare.* (z) *Conf. V, 7. q post. vid.* GLASSIUS, Philol. S. l. III. tr. I. can. 24. & 25. *de nomine Elohim. conf. & Ps. LXXXII, 6. CXLIX, 2. Job. XXXV, 10. Es. LIV, 5. Gen. I, 1.--26. A. Varen. Actus creandi, de DEO vero prædicatur in numero plurali; ut sint Elohim* creantes, *tres personæ, quæ sunt DEUS CREATOR.* (a) *I, 11, x. II, 16. n. IX, 5. 15. XI, 8.*

Viſceribus Fidei cultum multò antè, moleſti
Quàm[b] ſoles veniant[c], curru accelerante vehentes[c]
Mille mala[d] annorum; quibus incumbentibus, æger
Suſpirabis: in his reliqua eſt mihi nulla voluptas[e]!
Proinde ſit una ſuper requies[e]; penetralibus imis
Quæ nunc tecum habitet, quæ duret tempore in omni:
Certa, mori in ſummo te Numine, certa futuri.

2. Hinc JOVAM primi venereris honoribus ævi
Pergratis; dum cernis adhuc[b], conſtare ſereno
Cuncta polo: radians dum Sol cum luce diurnâ,
Lunaque cum ſtellis pulchrè fulgentibus, obſtant
Inviſis tenebris[f]; necdum, per mutua, cœlo
Succedunt pluvio nubes[g] pluvialibus Auſtris.

3. Nam mox tempus[b] erit, ſeræ cùm ad fortia vires,
Corporeæque domûs cuſtodes[i], brachia, fractâ
Mole vacillabunt; nec ſtabunt robore[k] firmo[l]
Arma virique pedum, crurumque; ubi, debita membris,
Oſſa

(b) *2. 6. Pr. VIII, 26.* (c) *VIII, 14.* (d) *I, 13. c.* (e) *inf. 10. III, 1. t.* (f) *3. 0. V, 16. r.* (g) *XI, 3, 4.* (h) *conf. II, 3. k prius. Pr. VIII, 30.* ATHANASIUS, Synops. Script. S. I. 15. *Salomo, univerſa transcendens, hortatur, ut æternorum memoriam ſervemus; & ſciamus, futurum aliquando, ut mundus hic præſens finiatur, cùm dicit:* In die, quâ commovebuntur cuſtodes domûs, & nutabunt viri potentes, & molentes otiabuntur. &c. (i) *V, 7. r.* (k) *Pr. XII, 4. s. conf. VI, 12. VII, 14, 15. XX, 29.* (l) *I, 15. i. VII, 13. e. poſt.*

Ossa, suum sensim amittent nervosa tenorem:
Cessabuntque molæ; quoniam rarescere[m] dentes
Occipient, cum aliis supraque infraque molares[n];
Quique, fenestrarum[o] propriis splendoribus usi,
Omnia rimari poterant, nigrescere circum
Omnia tunc, oculi, sensu torpente stupebunt.
4. Tum quoque vela[p] oris, plateas[q] spectantia, claudent[r]
Facundas taciturna fores[s]; lugentia pressum[t]
Tritûs seu linguæ sonitum, qui surget inerti
Voce avis[u]; ac cantûs suavissima quæque jacebunt[x]
5. Pignora. tum ex alto[y] strepitûs, formidine falsâ,
Auriculas lædent; iter[z] & terroribus atris
Horrebit: pariter florebit amygdalus, albi
Canitie capitis; sesequе, onerata locusta,
Intra humeros curvabit inops; aberitque[a] cupido.
Nimirum, hinc discedit[b] homo; demigrat eundo
Ad sedes sibi mansuras: en, cominus, eheu!
Tristi circuitu planctum[d] per strata[c] cientes!

Rr 2 6. Quod

(m) *Vet. IX, 14. conf. Pr. VI, 10. a. XIII, 11.* (n) *conf. Pr. VII, 6.* (o) *sup. 2. f.* (p) *Pr. VIII, 34. XXVI, 14.* (q) *5. Pr. VII, 8. Cant. III, 2.* (r) *conf. Pr. XXVII, 15.* (s) *X, 6 g. Pr. XVI, 18. XXIX, 23.* (t) *sup. 3. u.* (u) *IX, 12. s.* Seb. SCHMID. *evadet in vocem aviculæ.* (x) *Pr. II, 18. XII, 25. g.* (y) *V, 7. q.* (z) *X, 3 m.* GEIERUS hîc commendat Hieronymi paraphrasin: *ardua ingredi non valebunt, & lassis poplitibus ac trementi vestigio, etiam in plano itinere, fluctuantes, offensam gressuum formidabunt.* (a) *conf. Pr. XV, 22. o.* (b) *I, 4. h.* (c) *I, 6. n prius.* (d) *sup. 4. q.* (e) *III, 4.*

6. Quod reputans, cor omne Patri tu redde! priusquam *f*
Funiculus, vitam retinens, argenteus *g*, arctis
Nexibus exciderit *h*; fons & dediscat, in auro *i*
Currere *k* sanguineo: ne, quum exantlaverit hausta
Urna citò ad scatebram, molimine victa fatiscat *l*;
Nec circa puteum rota se contriverit *m* usu.
7. Pulveris *n*, antè, hujus quàm dilabatur arena
In terram, ut fuerat *o*, limumque; & Spiritus *p*, alis
Quàm repetat *q* JOVAM, primus qui condidit *r* ipsum.
8. Mundi ô quæ nugæ! tantum est in rebus inane *s*
Omnibus! ah! totum, quod in orbe, molestia vana:
Excepto, quicquid curarum æterna requirit.
9. Vox oratoris *t* sic personat; ampliùs *u* addens:
Una

(f) *1, 2. b.* (g) *II, 8. conf. Pr. X, 20.* (h) *VII, 23, 24. q.* (i) *II, 8. conf. Cant. V, 11.* (k) *IX, 11.* (l) *Pr. VI, 15.* (m) *Esa. XLII, 4.* (n) *Gen. II, 7. XVIII, 28.* (o) *V, 14, 15.* (p) *I, 5. 14. III, 22. p. VIII, 8. X, 4. XI, 5. Pr. XV, 4. XVII, 22.* (q) *conf. Philipp. I, 23. 2. Tim. IV, 6.* (r) *inf. u. IX, 9. t.* AUGUSTINUS, de Genesi ad litteram: l. X. c. 9. *Hoc testimonio sanè satis admonemur, ex nihilo Deum fecisse animam, quam primo homini dedit; non ex aliquâ jam factâ creaturâ, sicut corpus ex terrâ: & ideò, cùm redit, non habet, quò redeat, nisi ad autorem, qui dedit.* (s) *I, 2. e.* HIERONYMUS, in h. l. *Post descriptionem interitûs humani, pulchrè exordium libri sui repetens, ait:* Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas! *Quum enim cunctus mortalium labor, de quo in toto volumine disputatum est, huc perveniat, ut vertatur pulvis in terram suam, & anima illuc redeat, unde sumta est; magnæ vanitatis est, in hoc sæculo laborare, & nihil profutura conquirere.* (t) *10. I, 1. b.* (u) *12. II, 15. l.*

Una ſalus reſtat, ſuperis ſperare ſalutem
In tectis: ibi, fas, humana reſurgere regna!
Hæc ſpes, hæc nobis ſupereſt! Ita quippe Sacerdos
Non modò erat vani ac veri diſcrimine pollens [x];
Verùm etiam populum ſcita intemerata docebat:
Aurem arrexit enim, interiùs ſcrutatus; & altè
Inveſtigavit ſapientum [x] effata, redacta [y]
Ordinis in ſeriem; proverbia [z] multa relinquens.
10. Idem Myſta [t], ſequens morum veſtigia mira;
Commoda ſigna illis, ac reſpondentia rerum
Ponderibus, ſimul & quæ jucundiſſima [a] fatu,
Sollicito ſtudii indagans [b] invenit [c] amore.
His itaque in chartis calamo pulcherrima recti [d]
Pingitur, & legitur natura; fidelia verba:
11. Verba ſacerdotum Sophies [e]. quæ, ſicut acuti,

(x) *II, 13. f.* (y) *I, 15. k.* (z) *conf. Pr. I, 1. 6. o.* HIERON. *Proverbia, non hoc ſonare, quod ſcriptum eſt, etiam in Evangeliis edocemur; quòd* DOMINUS *populo in parabolis & proverbiis ſit loquutus, ſecretò autem Apoſtolis diſſolverit ea. Ex quo manifeſtum eſt, & Proverbiorum librum non, ut ſimplices arbitrantur, patentia præcepta; ſed, quaſi in terrâ aurum, in nuce nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiriatur, ita in eis divinum ſenſum altiùs perſcrutandum.* (a) *III, 1. t.* (b) *15. y. III, 6. VII, 25. a. Prov. XXVIII, 5.* (c) *III, 11. VII, 14. m. conf. Prov. XV, 14.* (d) *VII, 29. u. Pr. II, 13. 21. IV, 11.* indoles recti, [*rectitudo*] veritas, opponitur vanitati, ut *Prov. XI, 18. XXXI, 30.* (e) *ſup. 9. x.*

Sunt, ſtimuli *f*; &, tanquam clavorum ſpicula, inhærent
Dente ſuo in nervis animorum infixa tenaci.
Prædita *b* judiciis, collectis: ſed, data ab uno *k*
Paſtorum Domino; cœlum ſpirantia dicta.
12. Nec tamen (eſto memor; *Hei mihi*! cùm talia fidus Scri-

(f) HIERONYMUS, *Notandum eſt, quòd dicantur verba ſapientum pungere, non palpare; nec molli manu attrahere laſciviam, ſed errantibus & tardis pœnitentiæ dolores & vulnus infligere. Si cujus igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus; iſte non eſt ſermo ſapiens. Verba quippe ſapientum, ut ſtimuli. Quæ, quoniam ad Converſionem provocant delinquentem, & firma ſunt; & a concilio ſanctorum data, atque ab uno paſtore conceſſa, & ſolida radice fundata ſunt. Hoc ſtimulo, nec dum Paulum, ſed adhuc Saulum, puto in via confoſſum erroris, audiſſe:* Durum tibi eſt, calcitrare contra ſtimulum Dei. (g) *III, 2. x.* (h) *V, 10. 12. g.* (i) *ſup. 7. I, 13 II, 20, 21. 26. V, 17, 18 IX. 9.* (k) *Hieronymus*, quod modo aſſeruit de naturâ Proverbiorum, ſub exemplo unius Paſtoris, & diverſorum fugiendorum, explicat ſequentibus. *Salvator, omnium retrò ſanctorum vocibus prophetatus, ait: In capitulo libri ſcriptum eſt de me. Juxta hunc igitur ſenſum, arbitror præceptum, ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris, ſi ad Eum referatur, qui in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum; unum volumen eſt, & innumerabiles libri una Lex, unum Evangelium, nominantur. Quòd ſi diverſa & diſcrepantia diſputaveris, & curioſitate nimia huc atque illuc animum diduxeris; etiam, in uno libro, multi libri ſunt. Unde dictum eſt;* Ex multiloquio non effugies peccatum. *Talibus igitur libris non eſt finis. Bonum enim omne, & veritas, certo fine, concluditur: malitia verò atque mendacium, ſine fine ſunt. Et quantò plus requiruntur, tantò major eorum ſeries naſcitur. Hac in re ſtudium atq; meditatio labor eſt carnis. Carnis, inquam; non ſpiritûs. Habet ſiquidem & ſpiritus laborem ſuum, juxta illud, quod ait Apoſtolus:* Plus autem illis omnibus laboravi: non autem ego, ſed gratia Dei, quæ mecum eſt. Et Salvator; *Laboravi clamans.* (l) *IV, 13.* (m) *conf. Pr. IV, 20. XIX, 27. XXIII, 15. 19. 26. XXIV, 13.*

Scripta recognoscis crebrò) nihil improbus usus
Quorumcunque[k]; librosque edendi cruda libido,
Justum exosa modum[n]; simulacraque legis adaucta,
Officiunt: nocet[o] ipsa, nimis vaga[p], lectio carni[k].
Summa[q], omnis moniti & doctrinæ, corrigat una
Omne, quod audimus: tu religione beatâ
Æternum reverere[r] Deum; divinaque jussa,
Ceu custos rigidus, serva! Lex insidet ista
Cuique hominum[t]: nec non invitum hæc cura remordet.

14. Namq; opus[u] haud fuerit tandem, quod conscius, orbis
Terrarum judex, producere parcat in acre
Examen: neque res in eo sub nocte silebit
Abdita[y]; seu laudem referat, seu[z] damna reportet.

Chri-

XXVII, 11. XXXI, 2. (n) II, 15. III, 11. 0. IV, 8. 16. VII, 9, X, 13. (o) I, 8. 18. (p) II, 16. p. (q) Secundum antecedentia *Hieronymiana*; innumeris commentis, quibus non finis, opponitur hæc summa veritatis, tanquam *finis* unicus, verus, bonus. conf. III, 11. VII, 2. 1. Tim. I, 5. GEIERUS. *succincta dictorum dicendorumq; recapitulatio, in quam omnes nostræ meditationes meritò debent ultimò desinere; quæ etiam ultimus actionum ac dictorum debent esse scopus.* (r) V, 5. Pr. I, 7. p. III, 7, 8. (s) III, 12. r. VII. 20. conf. AUGUSTINUS, de Civit. Dei l. XX, c. 3. (t) conf. Act. XVII, 27, 28. (u) II, 11. x. (x) III, 11. n. conf. de שׁוֹל GERHARDI Harmon. Evang. in Matth. XXVIII, 20. p. 2243. 2251. (y) III, 11. n. (z) V, 11. b. XI, 3. A. Varen. *Atque ita, sanctissimo & perfevero fulmine judicii novissimi, desinit* KOHELETH: *propter quod, ultimo versui jam lecto penultimum novâ lectione superaddi, voluerunt vete-*

Christicolæ, vobis nunc parcite! ludicra vestro
Tot vidisse bono Salomonem, agnoscite cauti.
Gratia sola Dei stabit: modò vanum & inane [z]
Sunt alia. ah! fugite id, fugite id, pueri atque puellæ:
Vosque viri, atque senes! viridi latet anguis in herbâ.
Conspicitis finem [z]! Quæ sors abludit ab illo,
Vana est, & furias nutrit sine fine dolorum.
Jamque, triumphatis nugis; in vota precesque
An cessas, *Lector*? cessas? neque enim ipse valebis,
Intra animum per te vincire ac vincere monstra [z].

res Judæi. Conf. AUGUSTINUS, suprà VIII, 14. ATHANASIUS, Orat II. contra Arianos. *Salomo dicit:* Omnia, quæ facta sunt, adducet Deus in judicium, *in omnibus dispiciens, quid boni aut mali sit. Quapropter si factitium quiddam est verbum, ducetur & ipsum nostro more in judicium. Et ubi tandem judicium, si ipse judex in reatu futurus sit? aut, quis justis benedictiones; aut quis iis, qui digni sunt, meritas pœnas retribuet; cùm Dominus, ut unus nostrûm, unà cum reliquis ad judicium sistetur? aut, cui legi legislator subjicietur? Rerum enim creatarum est, ut judicentur, benedicantur à Filio, & præmiis condignis afficiantur. Timete igitur judicem, & credite Salomoni. Si enim omne, quod factum est, adducet Deus in judicium; & Filius non est ex numero eorum, qui judicandi sunt, sed potiùs omnium rerum creatarum judex; qui, quæso, non clarius sole patuerit, Filium rem factitiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt, & judicantur?* (z) Idem, Synops. Script. S. l. 15. *Ecclesiastes, cùm, quæ finem mundi subsequuntur, ita exponit; ostendit, quod illud;* Vanitas vanitatum! *non ad hoc dixerit, ut creaturam criminaretur; sed, ut æterna contemplatus, rerum temporalium desiderium, admoneret, esse vanitatem. Et, ubi judicium futurum esse docet, innuit; fore resurrectionem mortuorum, & actorum retributionem. conf. I, 18. y.* (z) *sup. 12, q.* (z) *conf. Pr. VI, 13. 19. 24. XVIII, 1.*

VERI-

VERITATIS, SEU SAPIENTIÆ,

NATIVITAS.

VICTORIA.

COMMUNIO.

VANITATIS, SEU STULTITIÆ,

EXPIATIO.

Franckesche Stiftungen zu Halle

AUGUSTINUS Quæst. ex Novo Testam. XCI.

Salomoni, quum sapientiam à DEO postulâsset, responsum à DOMINO est: Ecce dedi, inquit, cor sapiens & prudens, quale non fuit ante te; & post te non exsurget vir similis tibi. Quid dicemus? verum est, quod promisit DEUS? Imò verum est. Nemo ergò hominum similis erit Salomoni. At, quid videbitur de CHRISTO? qui inter cætera; Regina, inquit, Austri venit ab ultimis terræ, audire sapientiam Salomonis: & ecce, plus Salomone hîc!

SACRA ANNIVERSARIA,

CUM

ARGUMENTO ET PARALLELISMO CARMINUM.

CARMEN PRIMUM.

IN FESTUM NATIVITATIS.

Ecce, plus quam Salomo, & Augustus, hic!

Quum sit tam profunda indolis humanæ corruptio, ut, quò quis major in hoc mundo, tantò magis vanitatibus exponatur; Dominus Gloriæ, *in nativitate ac vitâ, viam eò humiliorem suo &* merito *&* exemplo *aperuit: ut inde salutem verâ fide amplectentes, imitantesq; ipsum toto animo, ad gloriam cœlestem eniti possimus.*

VIxerat *Augustus* placido felicia cursu
Tempora. quem nasci tam certo sidere Fatum
Jusserat, ut regem longè lateque potentem
Cuncta salutarent prædicta hominum atque malorum
Spirituum, & ranæ pueri de voce silerent [a].

PARALLELISMUS CARMINIS I.

(a) SUETONIUS, Octav. Aug. n. 94. *Cùm primùm fari cœpisset, in avito suburbano obstrepentes fortè ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare.*

Quàm faciles juveni peperit Fortuna triumphos!
Quantos, compositis bellis, huic Orbis honores
Detulit! ac, si quid constans mortalibus unquam est,
Ille voluptatum quas non tot lustra perenni
Successu exhausit! lucis sibi commoda visus,
Ceu *mimum*, seros sat transegisse per annos;
Ut tandem moriens *plausum* mandaret agendum (b).
Vixerat. ast omni, heu! infelicissimus ævo;
Gaudia terrarum vitam qui duxit, & omnes,
Vana superstitio Romæ quos numine plenos
Crediderat ritus, visúsque ac omina, sacro
Horrore est veritus: sed, quos Judæa ferebat,
Vera DEI cultrix, ignes, promissáque cœli
Maxima, contempsit præduro corde; nepotem
Cajum collaudans, Solymorum ad mœnia vectum,
Supplice qui dextrâ non dignas spreverit aras (c).
Et dubitamus adhuc, *Augusti* indigna fuisse

Pe-

(b) Ibid. n. 99. *Supremo die, amicos admissos percunctatus: Ecquid iis videretur mimum vitæ commodè transegisse? adjecit & clausulam:*
Plaudite vos omnes, strepituq, applaudite læti!
Quod quid aliud, quæso, quàm Salomonis illud? *Vanitas vanitatum!* quanquam mens Salomonis beata fuit, Augusti mansit vanissima.
(c) Ibid. n. 92, 93. *Auspicia quædam & omina pro certissimis observabat. Cerimoniarum sicut veteres ac præceptas reverentissimè coluit, ita cæteras contemtui habuit. Nam & Cajum nepotem, quòd Judæam prætervehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit.* AUGUSTINUS, de Civi-

Pectora, quæ nôssent, tanti molimina censûs [d]
Servitum quantis irent fatalibus astris
Nascentis Pueri? Nec fruſtrà *Octavius* isthic
(Infans quum in cunis olim recubaret, ab almâ
Nutrice haud temerè curatus vespere) noctu
Raptus erat, turris celsa in fastigia: quorum
Verticis in medio, contra surgentia Phœbi
Lumina transversus, jacuit [e]. Lætissima visu
Tum facies! verùm docuit pòst exitus ingens,
Justitiæ solem invisis sub fascibus ortum [f].
Usque adeò CHRISTI regnum fastidit amores
Terrestris solii impuros! *Lapis*, ecce! *minutus* [g],
Tam fortunati *Augusti* nugacia sceptra
Occupat, extremis annis; documenta relinquens,
Quòd simili adventu, veluti præcisus ab axe [h],
Imperii quarti, fundati ritè sub illo,
Ultima festinet, rapidis ludibria ventis,

tate Dei Lib. III. c. 29. notat, ingratum etiam extitisse adversus paternum erga se animum Ciceronis; quem *occidendum Antonio quadam quasi concordiæ pactione permiserit, ut ipsam libertatem reipublicæ, pro quâ multum ille clamaverat, ditioni propriæ subjugaret.* (d) *Luc. II, 1. &c.* (e) SUETON. Oct. Aug. n. 94. *Infans adhuc, repositus vespere in cunas à nutriculâ, loco plano, posterâ luce non comparuit: & diu quæsitus, tandem in altissimâ turri repertus est, jacens contra solis exortum.* (f) *Malach. IV, 2. Luc. I, 78. Ps. II, 2.* (g) *Dan. II, 34. Act. IV, 11.* (h) *Dan. II, 44, 45.* (i) *Dan. VII, 17, 18.*

Ipſe reverſurus diſpergere, & aurea mundo
Secula, virtutesque novas, inducere toti[k].
Intereà has terras, vanique aut *Cæſaris* aulam,
Aut *Salomonis* opes, pollutas crimine multo,
Non ſibi, non ulli propriâ de gente ſuorum,
Fas, tanquam *proprias*, foviſſe cupidine blandâ,
Cenſuit[l]: imprudens niſi qvis fallacia malit
Præmia præripere[m]; ac meſſes, ſine fine futuras,
Perdere; in exilium longâ cum nocte tremendum
Tendens, nec donis ſeſe immortalibus aptans[n].
Ceſſit eò *Auguſtus*, ſpatioſum tempus, iniquis
Luſibus exactum, commutans ſedibus orci,
Heu! nimium anguſtis. Erat iſte, ampliſſima, *quartus*,
Arbor: ſylveſtri cujus ſub tegmine *oliva*
Prodiit, *Iſaicum* germen[o]; Deus ipſe, ſed ultrò
Factus homo, abjecti ſaxi, vel graminis inſtar[p].
Hic puer, excelſi cœlorum Regis, & unus,
Filius, haud molles cunas, haud regia ſenſit
Servitia; at, ſervi formamque habitumque capeſ-
ſens[q],

Os

(k) 2. *Petr. III*, 13. (l) *Matth. IV*, 8. *XX*, 25, 26, 27, 28. *Joh. XVIII*, 36. (m) *Matth. VI*, 2. *XVI*, 25. (n) *Gal. VI*, 9. *Marc. VIII*, 36. (o) *Dan. IV*, 17, 18, 19. *Pſalm. LII*, 10. *Rom. XI*, 17. *Eſ. XI*, 1. (p) *Pſ. CXIIX*, 22. *Eſ. XXIIX*, 16. (q) *Phil. II*, 7.

Os hominis carnemque gerens[r], hominumque salutem
Æternam quærens meritis[r]; sic moribus illos
Divinis monuit, dictisque instruxit amicis:
Ut, si jura poli repetant, ante omnia secum
Terrenum ponant animum, & cœlestia tentent
Numina corde sequi, nullis quod sordibus, auri
Atque voluptatum cupidis, succumbat amore[s];
Nunquam humilis lapsûs, quæ cura remordeat usque,
Immemores: agni purgatos sanguine, mites
Induere affectus studeant; quibus ardua quævis
Flectere, & immotam fidei spem pascere possint,
Thesaurosque suos fidis retinere medullis[t].
Talia namque idem primis præstabat ab annis:
Parvus in Ægyptum fugiens[u]; atque inde reversus,
Obsequiis parens matrique patrique putato[x].
Inter quæ tanto munitum robore pectus
Concepit, mox ut casûs se ferret in omnes
Armatum: gaudens, & verba tonantia ab alto
Excipere; &, mandare suis æqualia cuncta[y].
Quorum vel minimo numquid, tot frena moventem,
Æqua-

(r) *Heb. II, 14, 15.* (s) *1. Joh. III, 3.* (t) *Matth. XI, 28, 29. Phil. IV, 7.*
(u) *Matth. II, 13.* (x) *Luc. II, 51.* (y) *Matth. III, 17. Luc. IX, 35.*

Æquare *Auguſtum* poteris? qui rebus opimis
Mentem ita ſuppreſſit, quæ, tempeſtatis ad atrum
Terrorem, cœlo ſenſûs attollere nullos
Auderet, latebris devitans fulguris ictus [z].
Quídve ſpei reliquum eſt, ſi vita licentiùs acta
Denique cum gemitu fugit indignata ſub umbras?
His autem involvit ſe animus, telluris adhærens
Deliciis; tenebrasque æternas attrahit imis
Viribus: in Chriſto ſi non expellat easdem [a].
Ergò agite, ô *Cives!* vos ad præſepia JESU,
En! voco, dura ſatis. Veſtrum hunc agnoſcite Regem
In ſtabulo [b]! jamque ille quidem ſublimis Olympo

Præ-

(z) SUETON. Oct. Aug. n. 90. *Tonitrua & fulgura paulò infirmiùs expaveſcebat: ut ſemper & ubique pellem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem majoris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum, & concameratum locum ſe reciperet: conſternatus olim, per nocturnum iter, transcurſu fulguris.* (a) *Pſalm. XLIX, 13. 20, 21.* BERNHARDUS, in Nat. Dom. Serm. III. *Chriſtus, qui non fallitur, eligit, quod carni moleſtius eſt. Id ergò melius, id utilius, id potiùs eligendum: &, quisquis aliud doceat, vel ſuadeat; ab eo, tanquam à ſeductore, cavendum.* (b) *Luc. II, 7. 10. 12. 16.* Ibid. *In ſtabulo naſcitur Chriſtus, & in præſepio reclinatur. Et nonne ipſe eſt, qui dicit:* Meus eſt orbis terræ, & plenitudo ejus? *Quid ergo ſtabulum elegit? Planè, ut reprobet gloriam mundi, damnet ſeculi vanitatem. — Ipſe eſt promiſſus olim per Eſaiam* parvulus, ſciens reprobare malum, & eligere bonum. *Malum ergò, voluptas corporis; bonum verò afflictio eſt. Siquidem & hanc eligit, & illam reprobat* Puer ſapiens, Verbum infans. — *O homo, in carne tibi exhibetur ſapientia illa quondam occulta! ecce, jam trahitur de occultis, & ipſis ſeſe ingerit*

Præsidet, atque preces in majestate paternâ
Accipit: at, revocate oculos ad prima viarum,
Quas *mediator* init; quibus & patria alta reposcit
Immanuelem unà & fratres [c]! Non ille moratus
Angelicas laudes, Pastorum ex ore sonante
Josephi ac *Mariæ* mulcentes corda [d]: nec illum
Demissi vultûs aut regia dona Magorum [e],
Judicio quorum Herode Augustoque superbo
Major erat, tenuêre: sed irrevocabile sectans
Propositum, intendit cursum contra omnia celsa,
Contra hominum optatas sortes; vestigia monstrans
Una crucis, crucis una, quibus reparare salutem
Ipse queat nobis, nosque in sua regna sequacem
Ferre gradum deceat; ne, ludo tempus inani
Cùm perit, Augusti ad finem nos pertrahat ira [f].

Tt Omi-

sensibus carnis tuæ. Carnaliter (*ut jam dixerim*) *prædicatur tibi: fuge voluptatem! quia posita est mors secus introitum delectationis. Age pœnitentiam: quia per hanc appropinquat regnum Dei. Hoc tibi prædicat stabulum illud: hoc præsepe clamat: hoc membra illa infantilia manifestè loquuntur: hoc lacrymæ & vagitus evangelizant.* (c) *Hebr. XII, 2, 3.* Ibid. *O duritia cordis mei! utinam, Domine! sicut* Verbum caro factum est, *ita & cor meum carneum fiat. Siquidem & hoc pollicitus es per Prophetam:* Auferam, *inquit*, à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor *carneum.* (d) *Luc. III, 16, 17, 18, 19, 20.* (e) *Matth. II, 2. 11.* (f) *Matth. VIII, 19, 20, 21, 22. Marc. X, 45. Luc. IX, 48. 58, 59, 60, 61, 62. c. XIV, 26, 27. &c.*

O miseri, miseri; quæ vos dementia cepit,
O *juvenes!* non hîc, non hîc data copia flores
Carpendi! capite hîc virtutis semina veræ[g];
Et, quo quemque modo superesque ferasque laborem:
Exemplo Regis regum[h], super astra sedentis,
Prospectuque suo lustrantis, si quis, ad ipsum
Suspiciens, ausit mores contemnere vanos[i],
Seque Dei verbo, ac venturo judice dignum[k]
Sistere. præcipitant soles, numerantur & horæ:
Virgineosque manent animos pulcherrima fata[l].
Vosque viri, *extremis* ne quærite, quæso, *diebus*
Argenti atque auri pereuntia pondera[m]! ridet
Vos puer in vacuis stratis[n], ducturus alumnos,
Qui mare, qui terras omni ditione tenebunt[o].
Lux venit, ecce! venit, quâ vox complebitur ista:
Est, DEUS, omnis honos Tibi! pax circumfluit orbem:
Mortalesque, sibi mortem evanescere, gaudent[p].

CAR-

(g) *Sap. II, 7, 8. 21, 22.* (h) *Apoc. XVII, 14. XIX, 16.* (i) *Ps. XIV, 2.* (k) *Act. XIII, 36.* (l) *Es. III, 10. Matth. V, 8. XXV, 7, 10.* (m) *Jacob. V, 1, 2, 3.* (n) *2. Cor. VIII, 9.* (o) *Apoc. V, 10. XXI, 7.* (p) *Luc. II, 14. Apoc. XXII, 14.*

CARMEN SECUNDUM.

IN FESTUM PASCHATOS.

Urget præsentia CHRISTI!

Postquam DOMINUS *resurrexit à morte, discipulos visibili præsentiâ, per quadraginta dies, in fide stabilivit: promisitq́, post ascensionem se manere apud fideles suos ad consummationem mundi usque; ut ipsos præsentiâ invisibili excitet in eâdem fide, omniq́ officio ac periculo.*

TErtia [a] lux præsto est. Pharisæi [a], cernite templum,
Destructum à vobis; quod jam, de funere surgens,
Custodes pavidos splendoris fulgure sternit [b].
Nec mora, nec requies: fugiunt imbellia corda,
Militiamque novam stupefactâ mente relinquunt
Sacratis animis: quibus una atque altera pollens
Fœmina, victrices auresque & lumina pascit [c].
Præcipitante illi cursu, ceu fulmine adacti,

PARALLELISMUS CARMINIS II.

(a) *Matth. XXVII, 40, 41. 63, 64.* GERHARDUS. Harmon. Evang. c. CCVII. *Pontifices sepulchrum custodiri à militibus, jusserant, usque in diem tertium. Voluit ergò Christus, militibus adhuc sepulchro assidentibus & custodientibus, resurgere: si enim illis digressis post diem tertium resurrexisset, potuissent Judæi aliquid dicere & contradicere, licet insipienter.* AUGUSTINUS, epist. ad Januarium c. III. *Quia, in toto tempore seculi, nunc tertium tempus apparuit; ideò resurrectio Domini triduana est. Primum enim tempus est ante legem; secundum, sub lege; tertium, sub gratiâ: ubi jam manifestatio est sacramenti, priùs occulti in Prophetico ænigmate.* (b) *Matth. XXVIII, 4.* (c) *ibid. v. 5, 6, 7.*

Cædis ad autores properant; quæ tanta ſtuporis
Cauſſa ſit inſoliti, pandentes ordine juſto[d].
Ecce autem! injuſto Seniores[e] agmine luci
Obſtantes, famam nummorum mole premebant[e].
Huic ſceleri res ſacra ſubeſt: agnoſcite, *Cives*!
Perſonat *Euſebie* Divinis vatibus orbem,
Nuncia venturæ vitæ: quam ſanguine partam
Ipſe ſuo Cœli Dominus mortalibus offert.
Viderat iſte, hominum genus alto vulnere pridem
Confectum, nullis ægro de fonte medelis
Sa-

(d) *ib. v.* 11. (e) *ib. v.* 12. *De his & ſimilibus* HIERONYMUS, in Jonam c. II, 9. *Deus naturâ miſericors eſt, & paratus, ut ſalvet clementiâ, quos non poteſt ſalvare juſtitiâ: nos autem vitio noſtro paratam miſericordiam, & ultrò ſe offerentem, perdimus & relinquimus. Et non dixit;* qui faciunt vanitates: Vanitas quippe vanitatum, & omnia vanitas! *ne damnare videretur univerſos, & cuncto generi humano miſericordiam denegaret: ſed;* qui cuſtodiunt vanitates, ſive mendacium, *qui tranſierunt in affectum cordis; qui non ſolùm faciunt, ſed ita cuſtodiunt vanitates, quaſi diligant, & theſaurum inveniſſe ſe putent. Simulq; cerne magnanimitatem Prophetæ: in profundo maris, in ventre tantæ beſtiæ, æternâ nocte coopertus, non cogitat de periculo ſuo, ſed de naturâ rerum, generali ſententiâ, philoſophatur.* Miſericordiam, *inquit*, ſuam derelinquent. *Licet offenſa ſit miſericordia, quam nos poſſumus ipſum intelligere Deum; miſericors enim & miſerator Dominus, patiens, & multæ miſerationis: tamen eos, qui cuſtodiunt vanitates, non relinquit, non deteſtatur; ſed expectat, ut redeant: illi verò ſtantem miſericordiam, & ultrò ſe offerentem, ſponte propriâ derelinquunt. Poteſt hoc & ex perſonâ Domini de Judæorum perfidiâ prophetari; qui, dum ſe æſtimant præcepta hominum, & Phariſæorum mandata ſervare, quæ vanitas, atque mendacium ſunt, Deum, qui ſemper eorum miſertus fuerat, reliquerunt,*

Sanari *f*: ſua nunc promiſſa æterna repoſci
Tempore completo *g*, terrasque ſitire cruorem,
Fœtum infiniti pretioſo ponderis igne.
Ergò eat in carnem Verbum *h*! Pater optimus infit.
Ibat: & humano ſiſtens ſe corpore, vivos
Spargebat latices. æquâ qui ſorte fugabant
Criminaque & morbos, nec non & numina læva *i*.
Jamque aſſurgebant Solymorum mœnia Regi
Sponte ſuo *k*. contrà, invidiâ *l* rumpuntur acerbâ
Viſcera primorum populi: mox vincula capto
Injiciuntur; amans ab amatis *m* cæditur, horret
Verberibus; ſpinis laceratur, & ora tremenda
Sputo infeſtantur *n*. laniatus corpore toto *o*,
Ducitur extra urbem, lignoque affigitur atro:
Hoſtibus exorat veniam *p*, & clamoribus almis
Vitam ultrò emittit *q*. Tremere omnia viſa repente.
Sol faciem occultat, tenebris involvitur orbis:
Scindunt ſe ſcopuli, & latè monumenta dehiſcunt *r*.
Militibus duris coit in præcordia ſanguis
Frigidus: adſtantes, tremefacti, pectora pulſant,

(f) *Pſ. XLIX, 8, 9. Act. IV, 12.* (g) *Gal. IV, 4.* (h) *Rom. VIII, 3. Joh. I, 14.* (i) *Actor. X, 38.* (k) *Matth. XXI, 5.* (l) *Matth. XXVII, 10.* (m) *Zach. XIII, 6.* (n) *Matth. XXVII, 29, 30. Eſa. L, 6.* (o) *Pſ. XXII, 17, 18.* (p) *Eſ. LI, 12. Luc. XXIII, 34.* (q) *ib. v. 46.* (r) *Luc. XXIII, 44, 45. Matth. XXVII, 52.*

Atque retrò abscedunt [s]. Sanctam nec longiùs iram
Centurio, adversus sævæ convicia gentis,
Continuit, magnâ proclamans voce: Profectò,
Hic vir, hic illa Dei proles: hinc omina tanta!
Qualia custodes recolebant, quando resurgens
Emicuit DOMINUS: propiores fortè saluti,
Auri sacra fames nisi eos temerâsset iniquo
Fœdere [u], & exemplum Procerum; qui oracula dudum
Sancta Prophetarum furiis factisque replebant [x].
Sic canit *Eusebie*, pacis cœlestia dona
Insinuans animis; mortem qui & vulnera Christi
Intra se tentent aptare affectibus imis,
Corruptasque necare vias, & semina pravæ
Indolis [y], ac, mersi his tenebris, nova lumina Christi
Concipere [z] assuescant. Nec desunt, munere cœli
Oblatus quos tangat honos; dum mente recursant
An-

(s) *Luc. XXIII, 48.* (t) *ib. v. 47. Marc. XV, 39. Matth. XXVII, 54.* (u) *Matth. XXVIII, 13, 14, 15.* AUGUSTINUS, serm. 5. de Pass. Dom. in Parasc. *Mali erant custodes, qui veritatem absconderunt, & mendacium vendiderunt. Non tamen mirum: quia cœcis vendiderunt, vanis vanitatem. Si dormiebant; unde scire potuerunt, quis eum tulerit de sepulchro? Si vigilabant, cur auferri permiserunt? O mali! o pessimi! Aut vigilabatis; & custodire debuistis? aut dormiebatis; & quid si nescitis?* (x) *Act. XIII, 27.* (y) *1. Petr. IV, 1, 2.* (z) *Rom. VIII, 2. 2. Cor. IV, 6.*

Angores vitiorum, & laudis præmia veræ,
Propoſita in Chriſto [a]. Sed, depravata Cupido,
Quæ rapuit cœcos Scribarum ad culmina quondam,
Argentoque obſtruxit [b]; adhuc ſua retia tendit
Incautis, ut ne, placidâ contenta quiete,
Corda æternorum teneantur amore bonorum [c].
Qualiter ille, malis procero & corpore magnus
Saul, Amalechis opes, quas perdere ſummus JÖVA
Juſſerat, aſſervans; ſervanda refregit inani
Juſſa metu, & regni eſt ſolio delapſus & aſtris [d].
Relligioni ergò CHRISTUS ſuccurrit, & ipſe
Officium præconis obit; victorque, ſolutis
Mortis compedibus, vivos prorumpit in actus [e].
Obvia ei primùm, fatis turbata ſtupendis,
Magdala fit [f]: notâ cui mox in luce refulgens,
Apparet; mirisque modis ſolatus, amicam
Fratribus attonitis mittit [g]: quasque Angelus ardens
Miſerat, occurſu pariter dignatur amœno [h].

Ad-

(a) *Actor. XVII, 31.* (b) *Matth. XXVIII, 15.* (c) *Act. V, 2. VIII, 20. Joh. V, 44.* (d) *1. Sam. XV, 23, 24.* (e) *Act. I, 3.* (f) *Marc. XVI, 9.* (g) *Joh. XXII, 17, 18.* AUGUST. ſerm. 144. de tempore. *Benigna diſpenſatio Domini noſtri* JESU CHRISTI *egit, ut primus illum ſexus fœmineus reſurrexiſſe nuntiaret. Quia per ſexum fœmineum cecidit homo, per ſexum fœmineum reparatus eſt homo. Quia ergò Virgo* CHRISTUM *pepererat, & fœmina reſurrexiſſe nuntiabat. Per fœminam mors, per fœminam vita.* (h) *Matth. XXVIII, 8.--11.*

Adfuit hinc Petro, mœsto ob delicta, Simoni.
Scilicet, haud tumido Pilato gaudia portans,
Aut diro Caiphæ fruſtrà, Herodíve ſuperbo;
Sed miſeris, divina quibus ſtat gratia ſolis. [k].
Intereà Solymis non omnem abſcondere viſum
Inferni domitor voluit; ſua cernere quanquam
Ora merebantur nulli, quos noverat hoſtes
Indomitos: at enim, ſunt ipſi exercitus ingens,
Quos ſecum ex tumulis ſanctos produxerat; omnes
Corporibus letho ereptis, fulgoribus omnes
Præſtantes. his ille viros, his teſtibus ædes
Inviſens varias, de ſpe præſente monebat [l].
Deinde BONUS DOMINUS ſeſe monſtravit amatum
Diſcipulis, & quos pietas adjunxerat iſtis.
Vos etiam geminos, qui tunc, Emaunta petentes,
Multa ſuper Chriſto diſceptabatis, amore
Triſtitiâque graves, Solymorum viſit in arvis;
Et carpens, docuit, mulcensque errore benigno [m]:
Et, ſua ſacra ferens, patuit DEUS inter edendum [n].
Uno eodemque die, media intra ſepta ſuorum,
Improviſus adeſt ſub noctem [o], & nuncia pacis
Inge-

(i) *Luc. XXIV, 34.* (k) *1. Petr. V, 5. Eſa. LVII, 15.* (l) *Matth. XXVII, 52, 53.* (m) *Marc. XVI, 12.* (n) *Luc. XXIV, 31.* (o) *Luc. XXIV, 36.*

Ingeminat: vanos ſecludit ſæpe timores
Cordibus incaſſum dubiis; palmasque pedesque
Oſtendens, comedensque cibum [p], læta omnia
reddit [q].
Abſens tum fuerat Thomas, incredulus ille:
Cui veneranda Fides pleno ut ſe numine poſſet
Tradere; mox rediit, trepidum miſeratus amantem [r].
Reſtabant prædicta, procul Galilæa quòd ipſum
Conſpectura eſſet [s]. Quò cum venêre ſodales
Undeni [t], nec non idem quos ardor agebat;
Illorum ſeptem [u] repetunt, ſine pluribus, artem
Olim conſuetam, captandis piſcibus unà
Plenam abſumentes noctem: ſed, cuncta volentes,
Accepêre nihil. Primo cum lumine CHRISTUS
Adveniens; dextram, clamat de littore, dextram
Mille ſequi: ac, DOMINUS ſucceſſu cognitus amplo,
Ætheriis flammis ipſorum inſtaurat amorem [x].
Denique ad indictum confluxerat excita montem [y]
Plurima gens, Fidei ſacris unita, fidelem
In Galilæorum terris junctura coronam;
Aſpectumque DEI ſperantes. Incidit hora,

(p) *ib. & Marc. XVI, 14. Act. X, 41.* (q) *Joh. XX, 20.* (r) *Joh. XX, 24. &c.* (s) *Matth. XXVI, 32. XXVIII, 7. 10. Marc. XIV, 28. XVI, 7.* (t) *Matth. XXVIII, 16.* (u) *Joh. XXI, 2.* (x) *Joh. XXI, 15.* (y) *Matth. XXVIII, 16.*

Exoptata diu: Christi, datur, ora tueri,
Quingentis miranda viris [z]. qui poplite flexo [a]
Excipiunt Jesum, dictisque potentibus hauſtis,
Scandere in aſtra vident; ſeque ad majora reſervant.
Nam nec finis erat, tot viſis. quippe ſeorſum
Exhibuit vultum Jacobo [b]: extremaque tandem
Solvit Apoſtolicis [c], aliisque ſodalibus, alto
Montis olivarum ſtans vertice [d]; cominus ipſos
Huc poſtquam è Solymis, antiquo tramite, complens
Quadraginta dies [e], deduxerat [f]. Optimus illic
Quas ſociis vires, quæ non ſolatia firma
Impoſitis ſpondet manibus felicibus [g] auctor!
Tandem ait: ecce! adſum vobis, maneoque per omnes
Temporis articulos; donec poſt sêcla revertor [g].
Atque ita ſcandentem ad ſuperos, in nube coruscâ [h],
Suſpiciunt: duo cùm talem, ſuper aſtra receptum,
Cœlicolæ celebrant rediturum tempore certo [i].
Nec non ex illo, vigilans ad ſingula, Paulus

Sæ-

(z) *1. Cor. XV, 6.* (a) *Matth. XXVIII, 17.* (b) *1. Cor. XV, 7.* (c) *1. Cor. XV, 7.* (d) *Luc. XXIV, 50. Actor. I, 6. 12.* (e) *Actor. I, 3.* (f) *Luc. XXIV, 50. Actor. I, 12.* (g) *Luc. XXIV, 51.* (g) *Matth. XXVIII, 20.* CHRYSOSTOMUS & THEOPHYLACTUS, in h. l. *Non ſolùm Apoſtolis hoc eſt pollicitus, quòd cum ipſis ſit; ſed, ſimpliciter diſcipulis ſuis omnibus: neque enim Apoſtoli ad finem mundi victuri erant. Unde & nobis, & his, qui poſt nos erunt, promiſit. Conf. Joh. XVII, 20.* (h) *Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 51. Actor. I, 9.* (i) *Actor. I, 9, 10, 11.*

Sæpius adstantem vidit, coluitque docentem [k].
Tantus, NATE DEO, humanis qui amplexibus hæres [l],
Respice res hominum fessas; animisque serenâ
Pace tuâ, & vivo præsens illabere motu [m]!
Sat curis nugisque datum est [n]. Te judice corda,
Sublatis recluſa dolis, longo ordine rerum,
Hîc commiſtarum, tanquam monumenta, patescent.
Effice sancta tuo nos omnes Numine templa!
Incole: nec quicquam in nobis admitte profanum [p]!
Exspectatus ades nostris, atque annue cœptis [q]
Semper: ut *Eusebie* æternâ nos luce coronet [r]!

CARMEN TERTIUM.

IN FESTUM PENTECOSTES.

Benedictio Abrahæ, impleta!

Pactum Evangelicum, quod DEUS Abrahamo, ut Patri credentium, confirmavit; benedictionem, per Adamum primum amissam, per alterum Adamum, semen Abrahæ, solenniter restitutam, offert. consistit hæc autem, non modò in acquisitâ *redemtione Christi,* applicandâ *ad remissionem peccatorum; (Galat. III, 13, 14. Ephes. I, 7.) verùm etiam, acquisitâ eodem merito, effusione Spiritûs S., applicandâ ad conversionem hominum, seu re-*

(k) *1. Cor. XV, 8. Act. IX, 5. XXII, 14. XXIII, 11. XXVIII, 23.* (l) *Matth. XXVIII, 20.* (m) *Johan. XX, 21, 22.* (n) *1. Petr. IV, 3.* (o) *Eccl. XII, 14. 1. Cor. V, 5.* (p) *1. Cor. III, 16, 17. VI, 19.* (q) *Johan. XV, 5.* (r) *1. Tim. IV, 8. 2. Tim. IV, 8.*

novationem: [*Gal. III, 14. Eph. I, 7, 8. Act. II, 33. 39. III, 25, 26. Tit. III, 5, 6, 7.*] *quam* applicationem *apud singulos ne Satanas impediat, curandum omni solicitudine & precibus.*

RItus erat quondam populis; sic fœdus inire,
Dissectas pecoris partes medii inter ut unà
Transirent, corpusque ita miscerentur in unum.
Quæ sacra non homines olim effinxisse, sed ipso
Orta autore DEO; magni satis omen Abrami [a]
Edocet, ætheriâ flammâ quod transiit artus
Divisos: recolens æternâ ab origine pactum,
Quo cœlorum agnus, mactatus & ante creatas
Res cunctas [b], lapso Patris instauravit amorem
Humano generi, promissa ingentia nactus.
Hæc data dein primo, crimen qui induxit, Adamo [c]:
Hæc repetita Noæ [d]; tantoque hæc tanta paratu
Confirmata Abrahæ [e], Jacobo [f], amploque Davidi.
Qui pariter vates, multis cum vatibus, illa
Detexit miseris mortalibus: æthere ab alto
Quòd venturus homo DEUS ipse [g], in tempore pleno
Ritè occidendus, ceu victima [h]; quòdque per ictum
Fœdus inexhaustos cœlestis imaginis ignes

Sit

PARALLELISMUS CARMINIS III.

(a) *Gen. XV, 17. Jerem. XXXIV, 18.* (b) *Apoc. XIII, 8.* (c) *Gen. III, 15.* (d) *Gen. IX, 26, 27.* (e) *Gen. XXII, 18.* (f) *Gen. XXVIII, 14.* (g) *2. Sam. VII, 19.* (h) *Ps. XXII, 17.*

Sit reparaturus terris [i], pastorque futurus,
Non terrena ferens, sua sed sanctissima dona [k].
Intereà Satanas, obliquâ mente, videbat
Spes hominum; atque animo versabat talia secum.
Haud datur, has victæ gentis rescindere sortes [l]:
At capere incautos potero fallacibus antè
Sensibus [m], ad tantas quàm sese attollere possint
Lucis opes; falsâ potero dulcedine corda
Ludere, quæ captent solùm terrestria fata [n].
Hoc ait; atque facit. Longa est injuria, longæ
Ambages; quibus ille, doli fabricator, honores
Omnibus oblatos vulgò occultârit: ut alta

(i) *Ps. LXXXIX, 3.* (k) *Ps. XXIII, 1, 2, 3.* (l) *Matth. XVI, 18.* (m) *2. Cor. IV, 4.* (n) *Phil. III, 19.* BASILIUS M. Homil. XXI. *Noli, in Diaboli deceptionem incidere. Invidit enim tibi: invidit, inquam, cùm te è paradiso expulit. Per illum sentes & tribuli; per illum sudor, & exilii principium: in quod incidens, ne obliviscaris antiquæ patriæ. Memento nobilitatis tuæ. Recordare patriæ, unde excidisti. Reminiscere, quanto ille te damno mulctavit. Ne sequere illum, néve cum eo commercium suscipe ullum. Bis enim te læsit. Primùm, cùm te ab initio ejecit. Deinde nunc reditum tuum turbare contendit. Incommodum namque tibi primum intulit per mulierem. Et rursus per mulieris concupiscentiam restitutionem tibi prohibet amissorum. Fornicationem excogitavit, ut regno cœlorum prohibearis. Primâ jacturâ minimè contentus, secundas etiam excogitat vias, cursum nobis ad beatam vitam obstruens mentiendo: quandoquidem murus quidam, & impedimentum nobis, iter facientibus paradisum versus, mendacium est; cujus remoræ sunt innumeræ. Ejusdem quasi germina, crudelitas, asperitas, avaritia, contumelia, & quæcunque verbo veritatis repugnant: quæ omnia sunt Diaboli adversus nos tela infesta.*

Munera, quæ Dominus ſancitâ lege ſpopondit,
Abramo ante alios, totum ſpargenda per orbem,
Non niſi de vanis opulentæ pacis habendis
Fructibus acciperent plerique, nec ardua Chriſti
Sceptra bonis longè majoribus aucta putarent;
Quicquid in adverſum canerent ſancto ore Prophetæ [o].
Sic maleſuada caro, rebus ſufflata ſecundis,
Captiva inſidiis tradit præcordia, cœco
Affectu; ut veræ maneant ignara ſalutis [p]:
Neſcia, Divinos promitti luminis hauſtûs
In Chriſto, vitæ non enarrabilis auram [q].
Tandem ergò, has properans tenebras diſpellere, ſummus
Auxiliator adeſt: jam tot per ſecula tractum
Filius ipſe DEI conſummat fœdus [r], & ultrò
Hoſtia de ligno pendet [s]; tum pectore ſancto
Sciſſuram patitur [t], ne quid ſolennibus illis
Deſit: ubi in pacem æternam ligat, ecce! Parentis
Numen & humanos animos, nil tale merentes,
Purpureo obſignans benedicta paterna cruore [u].
Quæ quoniam longis tunc obſcurata latebant [x]
Tem-

(o) *Pſ. XXXIX, 8, 9. LXXXIV, 11. CXLIV, 8...15.* (p) *Marc. X, 23, 24.* (q) *Matth. XX, 22.* (r) *Luc. I, 72.* (s) *1. Petr. II, 24.* (t) *Joh. XIX, 34* (u) *1. Petr. I, 18, 19.* (x) *Luc. XVIII, 34.*

Temporibus, nebulas obductas mentibus aufert
Ante obitum. Quænam illa, inquit, quæ ſtulta cupido
Ævi mortalis, veſtras ita faſcinat aures,
Ut lethum, via quæ corruptis prima medendi
Eſt rebus, ſemper fugiant errore maligno[y];
Vosque, ſitas in me ſpes amplas, reddere nullas
Haud pigeat, fruſtrà mundi hujus præmia vobis
Spondentes? Pacem vobis dabo, pignoris inſtar;
Non, quæ deliciis terræ fragrantibus halat:
Quin pacem donabo meam[z]; quâ armatus in umbram
Me necis immitto, nulla infortunia curans,
Sponte ferens plagas, omnis ſecurus acerbi.
Telluris non iſta ſeges: ſublimior aſtris,
Prædicta eſt, virtus, proficiſci à ſemine magni
Abrami, & cunctis deberi gentibus olim[a].
Adſum, hoc ſemen, ego præſens; quod quæritis unum[b]:
Impleo ſolus ego fortunatiſſima dicta!
Mortis ut ante horam dixit; poſt atra reſurgens
Funera, ſic iterum: ſtat pollicitatio Patris;
Quam

(y) *Matth. XVI, 22, 23. Joh. XII, 24, 25.* (z) *Joh. XV, 27.* (a) *Act. II, 39. Gal. III, 14. 2. Cor. IV, 13.* (b) *Gal. III, 16.*

Quam merui, quam vos capietis flumine largo,
Nec non vobiſcum, credent qui in nomina noſtra[c].
Tali igitur monito poſtquam disjecerat hoſtem
Ex animis, coràm ſcandentem ſidera ſupra
Luſtrârunt JESUM: nec de præſentibus arcta
Cura momordit eos; quia tota intenta gerebant
Pectora in arcani patrii venerabile pignus,
Haud multis quod erant juſſi expectare diebus[d].
Atque ita completur lux quinquageſima tandem,
Lux, quâ poſt lapſum nunquam præſentior ulla
Extitit auxilio miſerandæ prolis Adami.
Contremuêre orci penetralia, nocte ſub imâ,
Quando horrenda ruit tempeſtas deſuper, imis
Ex cœli latebris. non illa illabitur imbre,
Ut quondam, terras humectatura gementes:
Sed ſonitu ciet ora virûm, fugat aëre toto
Agmina ſpirituum pravorum; & munera portans
Maxima, quæ linguis ſub comparentibus ignem
Fulmineum referunt, Divinus Spiritus ultrò
Invehit, inſinuans purganda in corda precantum.
Continuò rerum facies nova prodit: ab urbe
Confluit in tectum id ſolum, quod turbine miro

Vi-

(c) *Luc. XXIV, 24. Actor. I, 4, 5.* (d) *Actor. I, 14. II, 1.*

Viderat impleri, gens omnis. & ecce! micantes
Flammarum linguas oculis, atque auribus haurit
Tot Galilæorum reſonantia vocibus ora
Externis, ſua quemque domi quot patria linguis
Alloquitur. Stupet acer Arabs, Cretenſis & orbis
Incola; tum civis Parthorum, & Medus Hydaſpes:
Atque Elamitarum populus, Syriæque fluenta
Quos aluêre; & quos Judæa, & terra propinqua
Cappadocum miſit, Pontique, Aſiæque minoris,
Pamphyliæ, Phrygiæ, Ægypti, Lybicæque Cyrenes:
Advena Romanus quoque, ſeu Judæus ab ortu,
Sive Proſelytus eſt, Solymæ qui ſacra recepit.
Quilibet attonitus ſtetit hîc, hærentia corda
Expleri nequit, accipiens notiſſima verba,
Atque Dei immenſas laudes; ſpiramine cujus
Afflatos cernunt, nec celant ſpemque metumque [e].
Uſque adeò viſum eſt, ſperatum effundere donum
In gentes omnis generis [f], cornuque ſalutis
Spargere, & omne bonum, quod confirmârat Abramo
Omnipotens [g]. Qualis facta eſt diſcordia, quando
Linguam unam in multas migrare, incepta Babelis
Auſa, adverſa DEO, ſenſerunt [h]: talis easdem,

(e) *Act. II, 1. 12.* (f) *Act. X, 35.* (g) *Luc. I, 69. - 73.* (h) *Gen. XI, 7.*

In melius versas, sequitur concordia, ab uno
Autore in cunctas cùm exivit gratia terras [i].
Macte tuâ spe, Magne Abraham! tua dilata latè
Progenies *Fidei*, voti saturatur opimis
Fructibus [k]. Ipsa diu miros miracula motus
In populis peperêre [l]: at, rarescentibus illis,
Non minùs ipsa Fides, quam tot portenta, tubarum
More, ostentârant, sua spiramenta ministrat
Divina; ac mentes pacti potiuntur amœnis
Fontibus, aversæ solitis à sordibus ævi [m].
Non aliter, largos si æther molitur aquarum
Fundere thesauros; primùm ingruit horror ab axe,
Intonuêre poli, crebrescunt fulguris ignes:
Mox verò à tantis cœlum sibi temperat orsis;
Nec tamen absistit, pleno sua dona favore
Largiri, & toto in terram descendere nisu.
Jamque agite, ô *Cives!* memores, quæ sacra quotannis
Arcana tam festis juvet his celebrare diebus:
Sistite vos aptos, quibus indulgentia Sancti
Flaminis, à Christo partas, immittere vires
Gaudeat, æterni roris medicamine gratas.

Vos

(i) *Actor. II, 46.* (k) *Rom. IV, 12.* (l) *Act. X, 47. XIX, 6.* (m) *1. Cor. XIV. 22. Act. III, 25, 26.*

Vos etiam in partes fœcundi fœderis alma [n]
Relligio vocat; & ſuperans clementia fati,
Spernere dona, vetat, vitam quæ ſola perennem,
Et dotes ſine fine dabunt. Fuligo erat iſta
Priſtina ſeclorum, vota ut prægnantia luxu
Jactarent, quaſi digna DEO; tenebrasque juberent,
Cum Satanâ, amplecti [o]. Non nos, non noſtra, coruſca
Lucis Apoſtolicæ radiis, documenta colendi
Numinis, ille decet torpor. Contemnite vanum
Errorem; &, precibus muniti, credite, veſtram
Eſſe illam, data quæ priſcis credentibus, arrham [p]
Cœleſtem: non, ut modò ſpem paſcatis inanem;
Verùm, ut viva, DEI præſentis conſcia, cura
Intra vos habitet, verboque exſuſcitet ignem [q]
Baptiſmo [r] accenſum; liceat quo abſumere pravum

(n) *Act. II, 39.* (o) *2. Petr. II, 13.* (p) *2. Corinth. I, 22. V, 5. Epheſ. I, 14.* (q) *2. Cor. XIII, 5. 2. Theſſ. I, 11. 2. Tim. I, 6.* (r) GREGORIUS Nazianz. Orat. XL. *Baptiſmi gratia & facultas, non orbem terrarum, ut olim, aquis obruit; ſed uniuscujusque hominis peccatum purgat, easq; obſtructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorſus abſtergit. Quandoquidem autem duabus partibus, hoc eſt, animo & corpore conſtamus; quarum altera in aſpectum cadit, altera oculorum ſenſum fugit; duabus quoque rebus conſtat Baptiſmus, aquâ ſcilicet & ſpiritu: illâ viſibili & corporeo modo acceptâ; hoc verò incorporeo & inviſibili concurrente: illa typicâ, hoc vero, atque intima purgante. — Si te luminis perſecutor, & tentator, poſt Baptiſmum adortus fuerit, ut certè adorietur; [nam & Verbum & Deum*

Pondus [s], & obsequio sic respondere paternæ
Impletæ fidei, laus ut postrema redundet [t].
Pignora sic Abrahæ [u]; sic terque quaterque beatos
Vos ego custodes pacti, hæredesque [x] saluto!

CARMEN QUARTUM.

IN FESTUM PASCHATOS.

Gratia Domini Jesu Christi!

2. Cor. XIII, 13.

Gratiam Divinam agnoscunt matrem, Fides, Charitas, Spes. Gratia, *per Lapsum expulsa; Protevangelio multis modis repetito, & [intereà non omissis pœnis* pædagogicis, *ex amore immissis] confirmato, cum suis molita est reditum: donec certamen, per CHRISTI* officium redemtorium, *ad victoriam atque dominium emergens, liberam victricem & Gratiam asseruit. Quocirca officii Paschalis est; Gratiæ locum dare cordibus obsequiosis, ut hæc ipsa cum* Fide, Charitate, Spe, *ardenter recipiatur: CHRISTUMq; Redemtorem, toto animo adorare Dominum; & Gratiæ viribus, morte ac resurrectione acquisitis, Ei servire unico.*

Est

meum, propter carnis velamen, oppugnare aggressus est; lumen, inquam, illud absconditum, propter humanitatem, in aspectum cadentem] habes, quo eum superes; ne certamen reformides. Aquam adversus eum oppone, Spiritum oppone; in quo ignita omnia pravi illius tela extinguentur. Spiritus quidem est, verùm dissolvens montes: aqua quidem est, sed quæ ignis extinguendi vim habet. Si inopiam tibi proposuerit [nam hoc quoque Christo proponere, non dubitavit] ac fami tuæ insidias struens, postulârit, ut lapides in panes vertantur; ne illius cogitationes ignores. Doce, quæ non didicit; vitalem illum sermonem oppone, qui panis est cœlitus missus, ac mundo vitam largitus, &c. (s) *Hebr. XII, 1.* (t) *1. Cor. IV, 5.* (u) *Luc. XIX 9. Gal. III, 7. 9. 29.* (x) *Gal. III, 29. IV, 7, Act. XX, 32. XXVI, 18. Rom. VIII, 17.*

EST rerum Dominus, terrarum eſt unicus hæres [a]
Omnipotens, fracto victor qui ſurgit Averno;
Filius ipſe DEI patefactus, CHRISTUS JESUS [b].
Mortales, mortis domitorem cernite: partam
Nunc libertatem, regemque agnoſcite veſtrum [c]!
GRATIA ſic cantat. roſeo quæ vertice ab aſtris
Labitur, atque orbem famâ præeunte pererrat [d].
Circum illam, trinæ Charites, flammantia Matris
Arma gerunt: invicta *Fides*; *Spes* ſancta, futuri
Nuncia; quæque tenet cognomen amoris, *Agape* [e].
Quarum hæc, quæ natu celebratur maxima, & una
Immortalis, (humi quanquam poſtrema locatur
Inter eas) fontem æternorum ſpirat amorum,
Huc illuc ſpargens cœleſtis ſpicula flammæ:
Alma Fides clypeum, magni geſtamen Abrami;
Spesque altam galeam, venturi conſcia, præfert [f].
Talis & in primo terrarum vere per auras
Se Paradiſiacas monſtravit, tota ſalutis
Plena, ſed illuſtri multò præſtantior ore,
Gratia; & innocuos diffudit pacis honores:
Donec ab ore mali ſerpentis noxia verba

(a) *Hebr. I, 2. Rom VIII, 17.* (b) *Rom. I, 4.* (c) *Eſ. XXV, 8. Hoſ. XIII, 14. 1. Cor. XV, 54, 55, 56, 57.* (d) *Johan. I, 17, 18.* (e) *1. Cor. XIII, 13.* (f) *Eph. VI, 16, 17.*

Imbiberent homines [g]. Hinc ista, hinc fugit abacta
In cœlum: nunquam ipsa sui tamen immemor, ultrò
Desertos miserata; petens mitissima lapsis
Fata, expugnatis truculentâ fraude draconis [h].
Et factum est dicto citiùs; Genitoris ut ulnis
Considens, miseris promissa ingentia ferret:
Fœmineo tandem natum de semine *Christum*
Affore, qui capite effracto disperderet anguem.
Corda, *Fides*, pavidis trepidantia mulcet; *Amoris*
Filia, collaudat Patrem; *Spesq́* omnia firmat.
Ex illo discussæ umbræ; lux reddita menti
Adami, atque Evæ: quam mox fiducia tanta
Cepit, ut ex sese nascendum Heroä putaret [i].
Inde patres olim ac Reges, per secula multa,
Visere Eum ardebant [k]: nec *Gratia* desiit unquam
Exhilarare animos, divinis sæpe figuris,
Sæpe novis dictis, manantibus æthere ab alto.
Septimus, ecce! hominum, quo nec constantior alter
Ante DEUM incessit, precibus nec major & armis
Sidereis, quid non prædixit [l]! Deinde Noachus, So-

(g) *Gen. III, 14.* (h) *ibid. v. 14, 15.* (i) *Genes. IV, 1.* (k) *Luc. X, 24.*
(l) *Gen. V, 24. Judæ v. 14, 15.* AUGUSTINUS, de Civ. D. l. XV, 22. *Scripsisse nonnulla divina Enoch, illum septimum ab Adam, negare non pos-*

Solator visus matriqúe patriqúe futurus,
Mersо diluviis mundo, solamina in orbem
Attulit, ereptum ex undis; cecinitqúe propheta:
Attribuens verax *Semo* tentoria, quorum
E medio natus CHRISTUS sit culmina victor
Japeto illa suo dilataturus, utrique
Ut *Canaan* servus maneat *l*. Tum gratia trinis
Patribus, Abramo atque Isaac, faustoqúe Jacobo,
Quanta revelavit; secum tribus usa ministris!
Nonne Fides, Abræ propria, adsignata supernè est,
Justitiæ vindex? an non cœlestis Agape,
Colla dare altari ac cultro, persuasit Isaco?
Quidve Jacob, vatem, nisi Spes prænuncia, fecit *m*?
Gratia sic porrò Christi præluсit acerbis,
Atque sequuturis fatis melioribus *m*: arcens
Compede Josephum, mittensqúe in regia sceptra *n*;
Et mox dimittens populum, per dura flagella,
Perqúe minas varias, & per miracula dena,

In

sumus: quum hoc in Epistolâ Canonica Judas Apostolus dicat. Sed non frustrà non sunt in eo canone scriptura, qui servabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentiâ sacerdotum. Cur autem hoc? nisi quia ob antiquitatem suspectæ Fidei judicata sunt; nec, utrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inveniri: non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur ritè servâsse. (l) *Gen. V, 29. IX, 26, 27.* (m) *Gen. XV, 6. XXII, 7, 8, 9. XLIX. 1. Petr. II, 11.* (n) *Gen. XXXVII. XXXIX. XL. XLI.*

In libertatem; atque iterum in deserta, per æquor;
Perque quater denos annos, (mirabile dictu)
In terram optatam [o]. Vel, quæ discrimina rerum
Sancta fuêre unquam, quæ non mortalibus ægris
Prodiderint, Nati missurum sanguine palmam
Esse DEUM; tanquam, exortum post nubila solem [p]?
Adspice, quantum instar bis senis fortibus insit
Judicibus, pœnas dio qui robore tollunt [q],
Immissas stolidæ genti: quàm turpibus *Eli*
Occubet exitii plagis, vetus ille Sacerdos [r]:
Quàm constans contrà Messiæ præstet honorem
Divinis, *Samuel*, sacris, divinus & omni
Muneris ac lucri contemtu, & amore salutis
Æternæ plenus [s]. Sunt hæc documenta ministri,
Quem totum Christi Domini possedit amator
Spiritus [t]! Et tibi *Saul*, ô rex prædure, procacis
Naturæ effigies; unde hic successor, imago
Lætior, *Isaides* [u]? sed tu sævissimus ipsum
Persequeris frustrà: victrix nam gratia tandem,
Quod Fidei manibus, telisque ardentis Amoris,
Luminibusque Spei intereà perfecerat aurum,

Vi-

(o) *Exod. XI. XII. XVI. Sap. X. Actor. VII, 36.* (p) *Luc. XXIV, 26, 27.* (q) *vid. Judic. Lib.* (r) *1. Sam. II, 29. III, 13. IV, 18.* (s) *1. Sam. XII, 4, 5.* (t) *1. Sam. II, 35.* (u) *ibid. c. XIII, 14.*

Victori imposuit [x]. Nec verò is tantus amato
Condere templa DEO potuit, quia multa cruore
Dextra madebat ei [y]. en, quàm puris Numina palmis
Thura precesque dicant! *Davidis* filius ergò,
Imbellis juvenum regumque honor ille, sacrabat
Cœlorum Domino sedem, *Salomon Salomoni*,
Portanti pacis non enarrabile donum [z].
Mox nubes vatum, Fidei fulgentibus alis
Vecta, truces tenebras, quibus horrida sacra Deorum
Ingruerent, ursit [a]: cùm sic, lacrymantis *Agapes*
Lingua, queri audita est. Quæ vos insania turbat,
Judæi, ô Patrum Spes unica? cur decus unum,
Unum præsidium vestrum, vos pectore duro
Spernitis! Ecce! DEUS tanto vos mitis amore
Quærit aberrantes, ut, quos non miserat olim,
Vobis tam cœcis divinâ voce Prophetas
Agmine jam denso sistat; qui maxima CHRISTI
Fata futura canunt, promissi è sanguine vestro.
Taliaque incassum ingeminans Eadem ipsa, paterno
Ex jussu, resides Babylonem abduxit eosdem;
Si qua via, ut miseros Spes emendaret amœna [b].

(x) *2. Sam. II, 4.* (y) *1. Paralip. XXIII, 8.* (z) *ibid. v. 9, 10. Joh. XIV, 27.* (a) *Sirac. XLVII, 29, 30, 31. XLVIII. XLIX. Matth. XXIII, 35.* (b) *Sap. XII. Apoc. III, 19.*

Hæc illos *decies ſeptem* formavit in annis,
Quos captis proprios pridem patefecerat antè.
Atque his exactis, Solymarum ad fracta reduxit
Mœnia eos fractos, tanquam de morte profundâ
Surgentes; nec non docuit, certè adfore Chriſtum
Poſt ſeptemgeminos prædicti temporis orbes.
Secula paulatim quina effluxêre: ſed iſto
Tempore vix pauci, *Dominum*, exſpectare parato
Corde laborabant [c]. tanta inclementia Fati
Adverſum indignos! latitabat Gratia; flebant
Mœſta *Fides*, & mœſtus *Amor*; ſtupefacta ſtetit
Spes!

Denique, completo ſpatio ac lætantibus aſtris,
Venerat unctorum ſanctiſſimus; hora petita
Venerat: aſt, nondum tamen omnes Gratia læta
Pandere theſauros poterat; dum vinceret orcum
Morte ſuâ, & victo reſeraret funere vitam
Ipſe is, ab æterno qui lux, qui vita ſalusque eſt [d].

Ecce autem, quæ nunc lætiſſima feſta coluntur!
Mortuus, en! vivit: ſanctâ de morte reſurgens,
Nunc præſtò eſt verè *Dominus*, frenator Abyſſi,
Et necis, & culpæ; qui ſe de Virgine natum,

Atque

(c) *Dan. IX, 2. 24, 25, 26.* (d) *Joh. VII, 39.*

Atque infinito genitum de Numine monſtrat
Ipſe potens, auramque ſuo de fonte receptam [e].
Gratia ſic vires nacta eſt; Charitesque triumphant:
Salve, ajunt, *Genit ix*, ô fortunata Magiſtra!
Nunc, CHRISTI JESU DOMINANTIS GRATIA,
regnas [f]!

Sed vos, ô lætæ, permittite, quæſo! miniſtri
Ut veſtri expromant juſto ordine munera veſtra,
Quæ noſter DOMINUS, telluris carcere rupto,
Protulit, ac per vos mater regina miniſtrat;
Si nos haud vanos veræ docuiſtis amicæ.
Exemplo Mariæ, lacrymas ante ora ſepulcri
Fundimus [g]: hîc flemus peccata & crimina cuncta.

Jamque *Fides* primo occurrit blandiſſima viſu:
Sic decet omnino; ſic, inquit, mortis amaror [g]
Guſtandus, ſi viva juvat ſolatia Verbi [h]

(e) *Joh. X, 18.* (f) *2. Cor. XIII, 13.* (g) *Joh. XX, 11.* BERNHARDUS, finiens parabolam de Fide, Spe & Charitate; tanquam Regis filiabus, quibus Hic animam humanam, ut civitatem propriam, delegarit. *In mensâ Fidei, panis ponitur doloris, & aqua anguſtiæ, & cætera pœnitentiæ fercula. In mensâ Spei, panis confortans, & oleum exhilarans faciem, & cætera conſolationis fercula. In mensâ charitatis, panis vitæ, vinumque lætificans, & omnes deliciæ paradiſi. Jam ingrediuntur, & epulantur, & cuſtodiunt civitatem. Sed, niſi DOMINUS cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.* (h) *Sirac. IV, 18, 19, 20, 21. LI, 35. 2. Cor. VII, 10.*

Carpere! tum verò dulciſſima nomina JESU
Explicat, humanis quàm ſit fiducia rebus
Nulla, niſi infernas vires ſuperâſſet, ad ima
Deſcendens, Superûm Princeps, tumuloque recluſo
Vincula ſolviſſet tenebrarum. hoc tantum opus olim
Signatum eſſe, monet; fructumque in mentibus altis,
Juſtitiæ pacem, libertatemque beatam,
Præſidium duris durans in rebus utrumque,
Et plures parere, ardeſcens quos præſtet *Agapei*.
Protenus hæc infit: CHRISTUS quæ dona paravit,
Guſtanda ungendis animarum ſenſibus, inde
Offero cuncta libens [k]. Simul hoc; ſimul, accipite, inquit,
Ambroſiæ nectar divinum! cujus odores
Impia corda etiam ignotâ dulcedine tentant;
At ſuccos nemo libat, niſi pectora ſancto
Peccatorum odio liquefacta [l]. Eſt Spiritus ipſe,
Victoris *Domini:* quo pax, quo vita, ſalutis
Libera ſenſa ferens, hauritur; adoptio firmas
Radices altè ſentit, pignusque bonorum

Vi-

(i) 2. *Cor. VIII*, 9. 2. *Tim. I*, 10. (k) *Rom. V*, 2, 3, 4, 5. (l) *Actor. VIII*, 13. 21, 22, 23.

Vivum æternorum. hinc mundus conſtringitur omnis,
Sic poſtquam Domini atque hominis fit Spiritus unus [m].

Sidera *Spes* ſpectans, pauca hæc mirantibus addit:
Parco oculis veſtris. quid, ſi nunc aula pateſcat [n]
Illa, videns JESUM? Quæ, quantaque præmia reſtant!
Cernimus, audimus, ſentimus ea omnia dudum.
Vos etiam, *Cives!* incendere talibus ardet
GRATIA. Surrexit DOMINUS, conſurgite fortes [o]!
Hortatrix ſcelerum, libertas vana, ſepulta
Eſto [p]! VIR DEUS hic manſura ad gaudia ducit [q].
Si qua fides, ſi ſpes, ſi vos amor attigit unquam
Numinis; Hunc unum rediturum Heroä ſequamur [r]!

CARMEN QUINTUM.

IN FESTUM NATIVITATIS.

Charitas Dei!

2. Corinth. XIII, 13.

DEUS *æternus, prævidens humani generis lapſum*, voluntate *ſuâ* antecedente *amorem, miſericordiæ pleniſſimum, erga omnes omninò præſtitit; Unigenitum*

(m) 2. *Cor.* III, 17. I, 21, 22. 1. *Cor.* VI, 12. 14. 17. (n) 1. *Cor.* II, 9. XV, 58. *Eph.* I, 19. II, 7. 1. *Petr.* I, 3, 4. (o) *Col.* III, 1. (p) *Rom.* VIII, 10. *Col.* III, 3. (q) *ibid. v.* 4. 1. *Petr.* I, 7, 8. *Gal.* VI, 9. 2. *Cor.* IV, 17, 18. (r) *Phil.* II, 1, 2, 3, 4, 5. &c.

tum mittens in carnem ac mortem pro ipsis, eosdemq; vocans per Eum certo ordine, *justitiæ consentaneo, ad salutem recuperandam: quando autem plerique ordinem istbunc negligunt, culpâq; suâ* voluntatem Dei, *exinde judiciali necessitate* consequentem, *sibi damnandis attrahunt; reliquos paucos, eò fideliùs viam præscriptam sequi, & Divini amoris fervori obsequio suo respondere, oportet.*

ÆTernis oculis hominum *Pater* atque deorum
Viderat, humanam justissima spernere gentem
Pacta sua, & fato ventura pericula in ipsam
Corruere [a]. Ergò omnes, ait, Augustissime FILI!
Mortales fugient tua prægnantissima regna?
Gratia quæ, qualis, quanta, ex te panditur illis
Omnibus! at nostro quàm se solentur amore
Turpiter ingrati, seclorum instantia longè
Frigora portendunt, æternis digna tenebris [b].
Longè illis faciem licet obvertamus & iræ,
Et bonitatis: & hinc perversi in pejus abibunt.
Fac, pelago immisso terra expurgetur, ut orbis
Prodeat inde novus: mox & Nimrodus & Assur [c],
Ac alii audebunt, pacem turbantibus ausis,
Fingere sceptra sibi; nec fas, nec jura tenentes.
Miserimus posthàc cunctis præ millibus unum
Abramum, solidâ qui sit virtute futurus

Con-

PARALLELISMUS CARMINIS V.

(a) *Hos. XIII, 9.* (b) *Deut. XXXII, 5, 6.* (c) *Gen. X, 9, 11.*

Conſtans, atque tuos exſultet lumine magno [d]
Cernere, *Nate*, dies [e]; hujusque nepotibus omnem
Lege voluntatem noſtram minitante recluſam
Tradiderim, vivoque habitârim cominus ore
Inter eos: labente tamen cum tempore & ipſi
Jure focoque cadent cœleſti, aliena ſequentes
Sacra & juſſa hominum, nullâ qui luce fruuntur *f*.
Tu venies tandem, venies tu, pignus amoris
Dulce mei, in terras; carnemque indutus & oſſa,
Te coràm inſinuare malis, conabere fruſtrà.
Scilicet in carnis ſenſûs furiasque trahuntur
Lapſi ægri aſſiduas, &, quà ſe ſpiritus offert
Noſter in auxilium, obſiſtunt [g]; nec ſcire morantur,
Quanta ſuis ſtulti illecebris diademata perdant.
Rumpitur intereà mihi mens, miſerantibus ardens
Viſceribus; ne omnes patiar migrare ſub orcum [h].
Vade age, naſcere homo: decretaque noſtra, tyrannis
Haud placitura, refer. Surgit mihi debita proles,
Non ex ſanguinibus majorum, aut compote carnis
Conſilio, atque viri; ſed, quæ ex me naſcitur ipſo
Per tua verba, fidem penitus generantia ſanctam.
Illam

(d) *Mal. II, 15.* (e) *Johan. VIII, 56.* (f) *Actor. VII, 39, 40. 42, 43. 51.*
(g) *Gen. VI, 3. Joh. I, 11.* (h) *Luc. I, 78, 79.*

Illam non patrum mores [k], neque purpura mundi [l]
Flectet: amabit enim te ſolum, &, quod tibi ſoli
Imperium ſine fine dedi, te vindice habebit [m].
Filius hæc poſtquam audivit pia juſſa Parentis;
Virgine natus humi, celebrat Genitoris amorem
Nuncius erranti generi; pariterque miniſtrat
Anguſtam portam, reditus quâ detur ad aſtra [n].
Me patris unigenam, me, me, inquit, cernite: vobis
Quem DEUS è gremio conceſſit, ne qua creata
Gens, infinitam niſi opem aſpernata, periret.
Cernite, quantum homines nimium dilexerit ipſe [o]!
Felices nimium, ſi ſe præſtare fideles
Maluerint, quàm ſe proprio privare ſalutis
Æternæ ſtudio, quod ſpes velut anchora poſcit [p]!
Veſtra abſumta ſalus fuerat: mihi reſtat, emendi
Pálantes animas, ſors dira; haud ære fugacis
Argenti atque auri; (quod, ſi fluat omnibus undis,
Montibus aut celſis emanet ab omnibus unum
In cumulum, veſtrum non tollat crimen) at alto
Sanguine, pro vobis jubeor quem fundere ſolus [q].
Tanta *Creatoris* vos gratia quærit & ambit!

Hæc

(i) *Joh. I, 12, 13.* (k) *1. Petr. I, 18.* (l) *Matth. XI, 7, 8. Joh. XV, 19. XVII, 14. 16.* (m) *Joh. I, 32, 33. XVII, 19. 24. Dan. VII, 18.* (n) *Matth. VII, 13, 14.* (o) *Joh. III, 16.* (p) *Hebr. VI, 19.* (q) *1. Petr. I, 18, 19.*

Hæc quoque ſub longo annorum patet ordine claris
Indiciis. Jam tum primâ inde ab origine ſummus
Rerum opifex; ſicut juſtum libamen Abelis (r)
Dignatus patrio eſt vultu, ſed, fratris eundem
Subjiciens plantis, occumbere ſivit iniquo
Vulnere; ſic reliquos reſpectans providus omnes,
Quos Pater electos cœleſti deſtinat aulæ,
Præſenti ætati, tanquam ludibria, ſiſtit
Expoſitos: læti, nempe, ut veſcantur honore
Spirituum interno, radiis melioribus apti (s).
Quem qui experti ignem cupidè amplexantur, &, uſi
Dictâ lege, meo ſunt nati è Patre; beatos
Prædico: væ vobis, quibus eſt averſa voluntas!
Noctes atque dies cunctis patet ardua cœli
Janua: quam, naſcens, refero; de morte cruentâ
Exſurgens, victor patefactam oſtendo quibusvis (t),
Si redamare velint, quem tam vehementer amantem (u)
Ex me percipiunt. partis at viribus altâ
Mente frui, atque Cruci mecum ſubmittere colla;
Hoc opus, hic labor eſt; hic amor ſub pectore firmo (x)!

(r) *Gen. IV, 4. 8. 1. Joh. III, 12. Hebr. XI, 4.* (s) *Matth. V, 11, 12. 1. Cor. IV, 9. 11. 13. 1. Petr. IV, 13, 14. 16. Hebr. XII, 9.* (t) *Act. XVII, 30, 31.* (u) *1. Joh. IV, 10, 11.* (x) *Matth. X, 38. XVI, 24. Marc. VIII, 34. Luc. IX, 39. Gal. VI, 14, 15, 16.*

Verbum ita Divinum loquitur: quos ore ferendi
Sermones, nunquam finem dedit. Illius antè
Interpres, pius omnis erat. Pòst, ipse refulgens
Optatâ facie, quos non tam dulcis amicus [y]
Mille modos animis admovit [z], ut ætheris auræ
Sublimi castas, obtuso in corde, pararet
Paulatim auriculas, quæ suavia dicta Tonantis
Interiùs caperent! veluti pluvialibus hiscens [a]
Terra repletur aquis, Boreas nisi clauserit istam.
Tantum Evangelium selectus Apostolus omnis
Commendans etiam, simul in miracula rerum [b]
Omnia mutavit: si quis diffideret illi,
Ut sentire Deum posset. Quanquam insita dictis,
Quod mirabilius fatu est, penetrantior ense
Ancipiti, assensum verum vis dia ciebat [c];
Qua sine nil sancti hauritur, nil Numine dignum.
Ibant in populos: nec non penetralia adibant
Extima; seu pedibus, venti seu flatibus acti,
Huc illuc ducente DEO [d]. Nihil ampliùs autem
Cantabant memores, quàm, quo indulgentia cœli
Exciperet miseras Christi solamine mentes;

Quæ

(y) *Cantic. II, 8. 10. V, 4, 5. Es. V, 1.* (z) *Matth. XIII, 9. &c.* (a) *Hebr. VI, 7.* (b) *Actor. V, 12. 14.* (c) *Rom. I, 16. Hebr. IV, 12.* (d) *Actor. VIII, 39.*

Quæ natum mortis domitorem agnoſcere, & ejus
Fata ſequi mallent, fœdæ caliginis armis [e]
Abjectis, fieriſque DEI generoſa propago:
Ex Patre non genitos, qui oculorum paſcua vana,
Atque voluptatem carnis, moresque ſuperbos
Sectari cuperent [f]; huic impendentibus orbi
Talia deberi flammis terreſtria corda [g].
Sic verò ingreſſi, meritis communibus ullos
Non temerè excluſos voluêre; ſed ardua tantùm
Declarant monita: ut, qui ſeſe inferre ſacrato
Sanctorum imperio meditentur, inania linquant
Mundi optata ſemel ſemperque; &, ſponte fugatis
Tot deſideriis, nôrint, niſi amare profana
Abſiſtant, ipſos propria hæc ſibi dona negare [h].
Eſſe timore, tremore opus eſſe [i]; ubi funere Gnati
Sit noſtras animas mercatus ſummus Amator [k].
Aſt, quamvis JESUM, ſpes & ſolatia terræ,
Omnibus obtulerint omni molimine [l]; firmum
Stat tamen, inventos raros de mille potentum
Illuſtri numero, qui intrarent retia Chriſti [m].
Hinc teſtis Paulus: ſapientum haud nomina multa,

(e) *Rom. XIII, 12. 14.* (f) *1. Joh. II, 16, 17.* (g) *2. Petr. III, 12, 13. 1. Cor. II, 6.* (h) *Act. VIII, 21.* (i) *Phil. II, 12.* (k) *Rom. V, 8. 1. Cor. VI, 20.* (l) *2. Cor. V, 20, 21.* (m) *Matth. IV, 19, 20.*

Non opulentorum, nec, quos ſtirps ſplendida fulcit,
Sorti electorum ceſſiſſe; quòd aſpera ſpernant [n].
Sæpius id repetens, aliquando ad ſidera palmas
Tendebat DOMINUS: PATER, ô regnator in aſtris
Et tellure, Tibi ſit laus, ſit gloria, quando
Arcana hæc viſum meritò eſt abſcondere ab illis,
Qui ſapere ante alios, qui res cenſere videntur;
Ac detecta eadem lactentibus obvia ferre!
Eja, PATER! juſtum eſt: quia ſola infantia gaudet
Lacte & melle tuo. Juvat hæc Te pura voluptas,
Hæc Tua Divinum pertentant gaudia pectus [o]!

Sed

(n) *1. Corinth. I, 26, 27.* (o) *Pſ. VIII, 3. Matth. XI, 25, 26.* CHRYSOSTOMUS, in Matth. Homil. XXXIX. *An perditione illorum gaudet, quòdque illi hæc non didicêre? Minime. Sed hæc eſt via ſalutis optima, ut, qui reſpuunt, quæ dicuntur, & nolunt ſuſcipere, nullo pacto cogantur: ut, quoniam vocati non obtemperárunt, nec meliores hîc facti ſunt, ſed ſpreverunt atque contemſerunt ſalutem, reſipiſcant. Sic certè diligentiores etiam fient, qui crediderunt; quibus revelata eſſe myſteria, lætitiâ dignum. Quod verò ab illis occulta ſint; non quidem gaudio, ſed dignum lacrymis: ut profecto & fecit, lacrymans atque commiſerans civitatem. Non ergò, quia ſapientes non cognoverunt, gaudet: ſed, quia, quæ ſapientes non cognoverunt, hæc iſti perceperunt, lætatur. Ita & Paulus dicit:* Gratias ago DEO meo, quoniam fuiſtis ſervi peccati; obediſtis autem ex corde, in quam traditi eſtis formam doctrinæ. *Non ergò Paulus propterea gaudet, quia erant ſervi peccati: ſed, quia, quum eſſent hujuſmodi, veritatis cultores facti ſunt. — Cur verò gratias agit Patri, quum & Ipſe id fecerit? ſicut orat & intercedit pro nobis apud Deum, magnam erga nos declarans charitatem; ſic etiam & hoc ex charitatis fervore peragit: & ſimul oſtendit, non ab ipſo ſolùm, verùm etiam à Patre illos excidiſſe. — Deinde ex his*

Sed vos quid tandem? qui toti incumbitis artes
In varias; ſeu vos deceat, verſare colendo
Jura, ſtatumque omnem patriæ, ritusque decoros;
Seu, medicas tractare manus, curasque dolentum
Innumeras; ſeu, quos uſus natura requirat,
Partibus ampla ſuis; quos quævis lingua receſſus;
Tempora quos habeant eventus; ſive, ſalutis
Æternæ cauſſas ſcrutari è fontibus almis.
Hiſné animis opus? aut, num fas, contendere contra
Hortatorem humilis ſtudii, quod ducit in altum[p]?
Reſpondere quidem ſolitum, meminiſtis, eundem:
Hoc agitandum unum; quamvis nec cætera ceſſent[q].
Jam qui vos igitur, digno cura iſta quibuscum

oſtendit, tum ſuam, tum Patris primariam & antecedentem *voluntatem. Ut enim Ipſius eſt, gratias agere, atque gaudere, quòd parvuli recepti ſint: ſic Patris eſt, ne precibus flexus, ſed ſponte ſuâ commotus, id feciſſe videatur.* Sic enim, *inquit*, placitum ante te: *id eſt, ſic Tibi, Patri omnium, placuit.* (p) *Matth. XVIII, 3.* (q) *Matth. XXIII, 23. Luc. XI, 42.* GERHARDUS, Harmon. Evangel. c. CLVIII. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. *quibus verbis oſtendit CHRISTUS, ſe nequaquam illos hoc nomine arguere, quòd olera decimarent, & de minoribus præceptis ſervandis ſolicitè eſſent: ſed, quòd perverſo ac præpoſtero ſtudio minora ſervarent, atque interim majora præcepta ſecurè & audacter non ſolùm ipſi transgrederentur, ſed etiam ab aliis violari permitterent: quòd in minoribus ſervandis & commendandis eſſent ſuperſtitioſi, in majoribus verò violandis impii; quodque ſpem juſtitiæ & ſalutis in obſervatione externarum ceremoniarum ac legum ceremonialium collocarent, etiamſi graviſſimis delictis contra legem moralem commiſſis eſſent cooperti.*

Excubet ima loco? ceſſat palmaria, ceſſat,
Indignis ſopita moris; ſi qua altera fervet.
Sícne polum ſpondet vobis, DEUS ille, magiſter?
Ille, DEO æqualem reddi, duxitné rapinam [r]?
Non ita. Quantus amor Patris, tanta æſtuat intus,
Sumta in carne, Ducis noſtri vis æmula ad omne
Obſequium: lætatur enim, prædura tenellis
Subſterni membris, miſeras, præſepia, cunas;
Formam habitumque gerit pueri ſervilis, & ora
Involvi pannis patitur; ſubmiſſus in annos
Continuos matri, renuit faſtidia nulla [s].
Natus enim, & datus eſt, animis infantibus infans [t]!
Quales quippe cupit, genitos de Numine, Numen;
Talem miſit eum. Si quem ſapientia cepit
Vera, procul fugiat turpi cum fraude tumorem [u]
Cordis, & exquirat veſtigia pulchra Magorum;
Bethlemi agnoſcens, precibus votisque ſubactus,
Quas ſtruat inſidias, quæ blandimenta maligna
Herodes dederit: per quæ diverſa viarum
Dextera magna DEI dignetur mittere ſanctos [x].
Quid multum incautis, quid nugatoribus, auræ
Mun-

(r) *Philipp. II, 6, 7.* (s) *Matth. II, 14. Luc. II, 51.* (t) *1. Cor. XIV, 20.*
(u) *1. Petr. V, 5, 6.* (x) *Matth. II, 7, 8, 10, 11, 12, 13.*

Mundanæ ſtolidis ſervis, crudele canamus [y]?
Quanta mala his inſtant, ſi nec prudentia mundi
Chriſto digna fuit [z]! Quanta autem, quanta paterni
Pectoris hæc flamma eſt, quâ, quotquot vana relinquunt,
Spirituum generator amat; de ſemine laudans
Unius ſobolis natos, unaque futuros
Hæredes ſcribens! atque ex hoc jure ſuperſunt
Quanta illis, qui ſe purgarint, purus ut ipſe eſt [a]!
Angeli inexpletum gaudent, populoque fideli
Gratantes, introſpiciunt in mira JEHOVÆ,
Deſcenduntque in humum; neque enim, conſiſtere mentem,
Paſſa cupido: ſatis ſe non poſſe illa tueri [b],
Significant, pleno cœli agmine conclamantes:
Gloria in excelſis Patri! pax, gratia terris [c]!
Talia *Cœlicolæ*! Quid nos, quibus auctor habendæ
Filius ipſe reis vitæ datur, inque labores [d]
Advenit, ac mortem? Quantum in nos flagrat, amarâ
Virtute exſuperans; nos tantò impenſiùs, æquum eſt,
Dura ſequi [e]. Paucos expectat regia CHRISTI [f]: Jun-

(y) *Rom.* II, 7, 8, 9. *Jac.* IV, 4. 8, 9, 10. (z) *Rom.* VIII, 7, 8. 1. *Cor.* I, 25. 2. *Cor.* VI, 14, 15. (a) 1. *Joh.* III, 1, 2, 3. (b) 1. *Petr.* I, 12. (c) *Luc.* II, 14. (d) *Eſ.* XLIII, 24. LIII, 4. (e) *Phil.* II, 12. (f) *Luc.* XIII, 23.

Jungamur paucis! VERBIque DEIque benigni
Tantum, ullo ſine fine ardenter amemus, amorem!

CARMEN SEXTUM.

IN FESTUM PENTECOSTES.

Communio Spiritus Sancti cum vobis omnibus!

2. Cor. XIII, 13.

Gloriatur miſericordia adverſus judicium. Jacob. II, 13. *Amiſſo Spiritu Divino, ſeu imagine DEI; communio generis humani penitus depravata eſt. Conqueſtam in foro cœleſti Juſtitiam, Miſericordia demulcet; prædicans Evangelium de ſatisfactione Filii Dei, ac de Spiritûs S. reditu, per eam patefacto. Unde Juſtitia quidem juſſa eſt, poſt diluvium Babylonem in varias linguas diſpergere: Gratia autem, easdem revocare ad unionem atque communionem ſanctiſſimam. Quapropter hæc eò ſtudioſiùs ineunda, beneficio Spiritûs Sancti; quò plus, ob eam inſtaurandam, laboravit DOMINUS.*

IN furias vetitumque ruit communio gentis
Humanæ, poſtquam penitus collapſa reliquit
Naturam noſtram Divinæ lucis imago a.
Fas nobis, ſacrata DEO præſentia feſta
Pandere. fas, monſtrare palàm, quòd Gratia CHRISTI,
Et PATRIS Cœleſtis Amor, communia SANCTI
FLAMINIS intra animos inſtaurent vincula flammis.
Non,

PARALLELISMUS CARMINIS VI.

(a) *Gen. VI, 3. Rom. VIII, 3. 7.*

Non, quas ignipotens nôrit Vulcanus, & aſtra
Aut Phœbi, aut Lunæ; nec, qualibus aurea fulgent,
Innumeris numeris quæ cætera ſpargit Olympus:
Sed, quas, ætheriis ignotas ſedibus, ora
Numinis arcana effundunt, mittuntque deorſum
In fraudis vacuas mentes, avidasque ſalutis [b].
Fas, aperire polum, junctisque intrare catervis [c]!
Tu modò promiſſis maneas, præclara Juventus;
Flos, patriis debens magna omnia, ſpesque parentum!
Adſis ô, patuli ſubſidens poplite cordis [d],
Illabente DEO; ne ſis ignara viarum,
Alma quibus cœli ac terræ concordia in unum,
Atque hominum inter ſe, rurſum coaleſcere poſſit!
Juſtitia ante thronum tota implacabilis æſtu
Aeterno ardebat, ſua quum totidem arma videret,
Corporis atque animæ quot membra crearet Adamo
Omnipotens [e], direpta fore infelicibus auſis
Dilabentis Evæ, & pellacis fraude Draconis [f].
Ergò abit in vanum rerum ſpes tanta mearum?
Inquit: &, ô Mundi, pergit, Sanctiſſime Judex [g],
Ne mea dicta neges juſtas dimittere in aures!

(b) *Epheſ. IV, 8. 10.* (c) *Hebr. XII, 22, 23.* (d) *Orat. Man. v. 11. Epheſ. III, 14.* (e) *Rom. VI, 13.* (f) *Gen. III, 13, 2. Corinth. XI, 3.* (g) *Gen. XIIX, 25.*

Tu mihi telluris lato, quem condis, in orbe
Imperium ſine fine dabas, cui Spiritus eſſet
Mentem unam ille Tuus, millena per agmina, ubivis
Conciliaturus. Quid nunc prædicere fata
Audio? lapſurum terræ caput, atque veneni
Labe infecturum miſeros per ſecla nepotes?
His ego quid ſtatuam pœnæ? quid? crimine ab uno
Crimina per populos manabunt: dira ſceleſtos
Fœdera turpabunt vitiis majoribus omni
Tempore, diluvium quibus haud obſtabit alendis.
Tunc equidem haud potero, quin omnem effundar in iram,
Suppliciis delicta premens; vitamque probroſam
Flagitiis punire novis adducar, & umbras
Mergere in extremas Nemeſin ſpernentia corda.
Per pice torrentes flammas, per fulmina juro,
Quæ tua dextra memor, tanquam mea ſpicula, vibrat.
Vix hæc ediderat, terras, *Aſtræa*, ſiniſtris
Proſpectans oculis [h]; illi cùm *Gratia* CHRISTI
Obvia ſe oppoſuit, dextram ſtipare Tonantis
Semper amans, nitidoque benigna hæc prodidit ore:
Parce tuis, dilecta ſoror! jam parce querelis:
Quip-

(h) *Pſ. LXXXV, 12. Prov. I, 24. Rom. I, 28.*

Quippe ſuo nutu miſerans Pater ipſe paterno
Me jubet effari, te mœſta ea quando remordet
Cura, tuas leges quanto certamine Gnatus [i]
Vindicet invictus; morbos in carnis iturus,
Sanguine qui ſancto culpam fuſo expiet omnem.
Quem medium impediens ſermonem, ac plura parantem
Addere, ſic fervor *Themidos* ſuſpendit acutus.
Sic benè, ſic vitâ redimi benè poſſe ruinam,
Ipſe ſuæ cenſet virtutis conſcius Hæres.
Atque iram, fateor, merito unius Hujus ademtam
Sat fore: ſed ſupereſt nimia, heu! jactura ſuperni
Ingenii, ut nolint lapſi ad ſua pacta reverti,
Amplecti vero igne DEUM, ſeſeque viciſſim.
Qualibus accenſam dictis, mulcere ſororem
Aggreditur *Charis*; hæc addens [k]. Non, non opus illis
Fulguribus, Germana, tuis. Si ſponte fateris,
Extingui æternam poſſe iram ſolius AGNI
Sanguine; quid dubitas, plenum bonitate PARENTEM
Spirituum dona, & radios cœleſtis amoris,
Reddere velle, ſuo renovato fœdere, proli
Terreſtri: quum nec pia dextra pepercerit Uni [k],

(i) *Pſ. XL, 8. &c. Matth. V, 17.* (k) *Jacob. II, 13. Rom. VIII, 32.* (k) *Rom. VIII, 8, 9. 15. Eph. I, 13.* Quæ in loca IRENÆUS, adverſus Hæreſes

Virtutum autori, NATO? Hunc si miserit antè,
Mittetur pariter mox & PARACLETUS: & amplam
Hic Superûm portam bipatentem ostendet; egenos
Muneribus largis visens, habitabit [k] in ipsis;
Pignoris auxilio gratus, desuetaque votis
Pectora ad officium revocans rorantibus auris [l].
Tunc quoque mitescent tibi sensa, dolore minisque
Sepositis; mecum & referes justissima lætans
Consilia in melius: mecum & pacata fovebis
Terrigenas, rerum dominos, gentemque redemtam.
Namque etsi, in stadio mortali, haud omne venenum
Vul-

Lib. V, 11. *Si ergò pignus hæreditatis nostræ, Spiritus promissionis sanctus, habitans in nobis, jam spirituales effecit; & absorbetur mortale ab immortalitate.* Vos enim (ait) non estis in carne, sed in spiritu; siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. *Hoc autem non secundum jacturam carnis, sed secundum communionem Spiritûs fit. Non enim erant sine carne, quibus scribebat: sed, qui assumserant Spiritum Dei, in quo clamamus Abba pater. Si igitur nunc, pignus habentes, clamamus Abba pater; quid fiet, quando resurgentes facie ad faciem videbimus Eum? quando omnia membra affluenter exsultationis hymnum protulerint, glorificantia Eum, qui suscitaverit ipsa ex mortuis, & æternam vitam donaverit. — Qui ergò pignus Spiritûs habent, & non concupiscentiis carnis serviunt, sed subjiciunt semet ipsos Spiritui, & rationabiliter conversantur in omnibus; justè Apostolus* spirituales *vocat, quoniam Spiritus Dei habitat in ipsis. — Eos autem, qui abjiciunt quidem Spiritûs consilium, carnis autem voluptatibus serviunt, & irrationabiliter vivunt, & effrenati dejiciuntur in sua desideria; quippe qui nullam habentes aspirationem Divini Spiritûs, sed porcorum & canum more vivunt: hos justè Apostolus* carnales *vocat, quia nihil aliud, quàm carnalia sentiunt.* (l) *Joh. XV, 26. XVI, 7.*

Vulneris aufertur; neque nunc victoria palmam
Perfectam tribuit pulchro certamine functis [m]:
Spiritus ipse tamen, ritu venientis ab axe
Numinis, in sanctis tua sceptra novata tuetur,
Quum sese obtulerit sanctissima Victima victrix.
Ille orbem ingratum sic detestabilis artis
Arguet, adversus Christum quòd sæviat atræ
Invidiæ stimulis, Fidei evertentibus arcem [n];
Ut tua jura simul, quavis ex parte, docendo
Restituat. Monstrabit enim, quâ sorte Redemtor,
Nomine *Justitiæ* tecum qui pollet [o], ab astris
Emissus, properet moriendo excedere terris,
Atque, suo vultu haud oculos dignatus iniquos,
Festinante, Patrem patriamque revisere [p], fato:
Crimine sublato ut partim fuga tanta relinquat
Tam formidandum specimen; suaque optima partim
Exempla ostendens, peragendis desuper aptas
Clemens sufficiat vires. monstrabit & idem,
Judicium quantum exierit de Principe Mundi [q].
Nempe, vias normæ si non plenissima Adami
Prima per observent iterum vestigia mentes;

(m) *1. Joh. V, 4, 5. Apoc. II, 17. 26. III, 5. 11. 21. XII, 11.* (n) *Joh. XVI, 8, 9.* (o) *Jerem. XXIII, 6.* (p) *Joh. XVI, 10.* (q) *ib. v. 11.*

Nec ſubitò videas, populorum ſingula tecta
Spiritui atque jugo Chriſti fera ſubdere colla;
Nec poſt æva quidem ſat multa, agnoſcere gentem
Semiticam, quibus, ah! plagis Regem, & ſua regna,
Demens, Jäpeti in prolem ferosque minores,
Transtulerit [r]; quoniam procedent longiùs iræ [s]:
At, tibi, gaudebis, totâ in tellure jugatos
Ire greges, atque hos, JESU exorante, renaſci;
Luminibus quos cana meis Sapientia, luces
Temporis ante omnes, prævidit: at, æmula cœli
Pignora eos cernes, ſpirent qui gaudia pura,
Deliciasque alias nullas, quàm ex fonte fluentes
Illimi, nôrint. At, non ſimul alta ſalutis
Præſidia amplexis, proprium, ut commune, jubebis,
Eſſe ſuum exitium. Stat ſolvi neſcius ordo [t]
Fatorum: decet, hoc durante, reſurgere CHRISTI
Imperia, atque eadem tua; ſint immota, neceſſe eſt,
Fulcra tribunalis veſtri, quemcunque volentes
Naribus inde trahant, vitæ vel mortis, odorem [u].

Gra-

(r) *Gen. IX, 27. Matth. XXIII, 43.* (s) *Hoſ. III, 4. Matth. XXIII, 38. Luc. XXI, 24. Rom. X, 19, 20. 21. XI, 25, 26.* (t) *Johan. X, 35.* (u) *2. Cor. II, 15.* AUGUSTINUS, in Pſ. LXXII. Quàm bonus Deus Iſrael! *Sed quibus? Rectis corde. Perverſis quid? Perverſus videtur. Sic & in alio Pſalmo dicit:* Cum ſancto ſanctus eris; & cum viro innocente innocens eris; & cum perverſo perverſus eris. *Quid eſt, perverſus*

Gratia Juſtitiam poſtquam deliniit iſtis
Vocibus, en! præſto eſt conjunctis utraque pennis
Ante Patris ſolium. Miſerantia prædicat illa
Viſcera, & æternos cantat Genitoris amores [x]:
Hæc petit, ipſorum plenis ut guſtibus ægri
Mortales intra præcordia & ora rigentur [y],
Atque inflammentur mitis dulcedine Chriſti
Inſolitâ; haud dubitans, quin hæc incendia & undæ,
Robore quæque ſuo, quicquid virtutibus obſtat,
Unius ex merito ſuperare, ac jungere corda
Nectareo valeant divini ſemine roris [z].
Vos igitur, DEUS inde infit, quas cominus æquè
Diligo, mittetis ſub tanta oracula terras.
Prima, *Dice!* quando eſt oblita Noachica proles
Diluvii, invades Babylonis culmina juſtis
Vindiciis, linguas confundes eminus arte
Cum

eris cum perverſo? Perverſum te putabit perverſus: non, quòd ullo modo pervertatur Deus. Abſit. Quod eſt, eſt. Sed, quemadmodum ſol, oculos puros, ſanos, vegetos, fortes habenti, tranquillus apparet; in oculos autem lippos quaſi tela aſpera jaculatur; intuentem illum vegetat; hunc excruciat; non mutatus, ſed mutatum: ſic, quum cœperis eſſe perverſus, & tibi Deus perverſus eſſe videbitur; tu mutatus es, non ille. Ergò erit tibi pœna, quod bonis gaudium. Hoc iſte recolens; quàm bonus, inquit, Deus Iſraël rectis corde! (x) *Luc. I, 78. Rom. XV, 9.* (y) *Matth. III, 15. V, 6. 20. VI, 33. XI, 25. -- 30.* (z) *Eph. III, 16. -- 20.*

Cum variâ, ut nequeant mala consummare Gigantes [a]:
Scilicet, ut populos in tot discrimina scindas [b];
E quibus advertant, quàm tristia damna parentes
Omnibus attulerint, amisso munere sanctæ
Indolis. hanc etenim si non mens læva dedisset
Præcipitem, inter eos persisteret unio vera.
Sed, *Charis*! extremis tandem tu missa diebus
Per linguas totidem, mea quæ promissa paterna
Filius acquiret, culpis pœnisque remotis,
Portabis fœtos opibus cœlestibus imbres [c].
Hinc derivabis pacem; quæ profluet, aucta
Fluminis in morem, per cunctas dicta gentes:
Lætaque communes nostri spiraminis haustûs
Mentibus humanis referes, pariesque fideli
Cuique voluptatem, qualem mihi Numine in uno
Cum Gnato unigeno Sanctus dat Spiritus idem [d].
Tum recreata, *Dice*! exsurges, stabiliqúe triumpho
Exsultans tua jura vigere videbis ubique;
Sive ignem accendant, placidis quo membra Sionis
Mutua se pascant alimentis [e]; sive relinquant

Pe-

(a) *Gen. XI, 8.* (b) *Eccl. VII, 30.* (c) *Act. II, 8.* (d) *Esa. LVII, 19. LXVI, 12. Eph. II, 17.* (e) *Luc. II, 14. Rom. XIV, 17, 18.*

Pectora sub Stygio, qui me justum exhibet, igne *f*.
Hæc ubi dicta, ingens applausit concio cœli.
Quare agite, ô *Cives!* huc qui venistis ab oris
Tam variis, vestræ bona summa aptate saluti
Maturo Fidei studio. Celebrare quotannis
Sacra ea feste; opus est, quo non præsentius ullum,
Si quis amat vitiis purgari, amplexus JESU
Unam aram, & meliora DEUM jacet omnia po-
scens,
Auxilium venit: arcet enim mala singula, ab imo
Viribus acta novis, Christi dum ac Patris amores
Perfusas venas divinis dotibus implent.
Divisi auspiciis animi: sua quemque cupido
In diversa trahit. Solùm una est gratia Christi
Et Patris, igniculus, quo, tanquam glutine firmo,
Inter se coëunt, quos Aura Utriusque serena,
Sordibus è pravis, pura ad consortia veri,
Evehit *g*. Horum etiam duo sicubi, tresve precantes,
Conspirent Christi sub nomine; quicquid ab istis
Quæratur, fieri, DOMINI sententia spondet *h*.
Tanta est cura DEO, commercia sancta fovere!
Jam verò, quàm grata DEO violentia fratrum

(f) *Joh. III, 37.* (g) *Act. II, 47.* (h) *Matth. XVIII, 19, 20.*

Illa *Eiaſtarum* [i] fuerit, quando agmine facto [k]
Complures idem ardor agit, nova poſcere JOVAM
Corda ſibi, atque faces, quibus expugnantur adactis
Regna beata poli! cùm, carne & ſanguine victis,
Mente preces ſurgunt ſolidâ, ac ſuſpiria pulſant
Pectore & ore uno lætantia ſidera! ut iſthôc
Æternum vernante die, qui ex æthere miſit
Igniferas linguas, & *quinquageſimus* audit [l].
Hæc lux, hæc docuit, quæ ſit communio vera:
Quo ſtudio jungat, junctos & ſervet amicos
Euſebie; haud quenquam fallens, ut cætera vana
Obſequia. Omne bonum ſpecie quâdam allicit omnes:
Nectit amatores inter ſe; pabula præbens
Talia, quæ guſtans alios ſimul aggregat unà [m].

Quo

(i) *Matth.* XI, 12. (k) TERTULLIANUS, Apologet. cap. XXXIX. *Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt.* (l) *Act.* II, 1. (m) AUGUSTINUS, de Doctr. Chriſt. l. I. c. XXIX. *Velle debemus, ut omnes diligant nobiscum Deum: & totum, quod vel eos adjuvamus, vel adjuvamur ab eis, ad unum illum finem referendum eſt. Si enim in theatris nequitiæ, qui aliquem diligit hiſtrionem, & tanquam magno, vel etiam ſummo bono, ejus arte perfruitur, omnes diligit, qui eum diligunt ſecum; non propter illos, ſed propter eum, quem pariter diligunt: & quanto eſt in ejus amore ferventior, tanto agit, quibus poteſt modis, ut à pluribus diligatur; & tantò pluribus cupit eum oſtendere; & quem frigidiorem videt, excitat cùm, quantum poteſt, laudibus illius: ſi autem contravenientem invenerit, odit in illo vehementer odium dilecti ſui, & quibus modis valet, inſtat, ut*

Quo Natura modo, ſplendoris ſemine parvo,
Si capit humanos ſenſus; lux indita Verbo
Quas flammas dederit vobis, quæ robora Veri
Nutrierit veſtrûm in medio! quâ compede ſanctâ
Virtutum omnigenûm, fortunarumque coronis
Quàm pulchris, veſtra orſa Fides divina beârit;
Vosque Deo, atque Deum vobis, devinxerit alma [n]!
Vos modò nunc veſtras animas errore profano
Exuite, & totis jam ſpiramenta JEHOVÆ

auferat. quid nos *in ſocietate dilectionis Dei agere convenit, Quo perfrui, beatè vivere eſt; & à Quo habent omnes, qui tum diligunt, & quòd ſunt, & quòd Eum diligunt; de quo nihil metuimus, ne cuiquam poſſit cognitus diſplicere; & qui ſe vult diligi, non, ut ſibi aliquid, ſed, ut eis, qui diligunt, æternum præmium conferatur, hoc eſt, Ipſe, Quem diligunt? Hinc etiam efficitur, ut inimicos etiam noſtros diligamus: non enim eos timemus; quia nobis, quod diligimus, auferre non poſſunt: ſed, miſeremur potiùs, quia tantò magis nos oderunt, quantò ab illo, Quem diligimus, ſeparati ſunt. Ad quem ſi converſi fuerint, & Illum, tanquam beatificum bonum, & nos, tanquam ſocios tanti boni, neceſſe eſt, ut diligant.* Idem in Pſalm. LXXII. *Quid hìc ages, ponens in DEO ſpem tuam? Quod erit negotium tuum; niſi, ut laudes, Quem diligis, & ſaties te cum amatoribus Ejus? Ecce, ſi amares aurigam; non raperes cæteros, ut tecum amarent? Amator aurigæ, quacunque tranſit, loquitur de illo, ut cum ipſo Eum ament & cæteri. Gratis amantur flagitioſi homines: & à DEO præmium quæritur, ut ametur? Ama DEUM gratis: nulli invideas Deum. Rapite hunc, quotquot poteſtis; quotquot poſſeſſuri eſtis: non ſit anguſtus.* Nullos in Illo *limites facietis. Totum ſinguli poſſidebitis, & Totum omnes habebitis. Ergò hoc fac, dum hìc es: id eſt, cùm ponis in DEO ſpem tuam,* (n) *Joh. XVII, 21.*

Cordibus imbibite! Heus, quantis pia queſtibus ipſa
Juſtitia erumpit ſuper his, qui vincula Mundi
Impia ſectari, ſeque illaqueare pudendis
Inſidiis Satanæ malunt, quàm præmia JESU
Infinita ſequi! Vadant, quò æterna nefandam
Colluviem ira finit[o]! Vos autem ad gaudia ſumma
SPIRITUS adducet SANCTUS, ſi ſancta placebunt
Concilia, atque illis jam tum vos ſpontè dicatis[p].

CARMEN SEPTIMUM.

PRECATIO MESSIÆ ante PASSIONEM.

Joh. XVII.

Totus enititur, ut à PATRE, hominibus reconciliando, impetret, tum illa, quæ merito ſuo ipſis acquirere intendit: 1... 8. tum, quæ ad idem iisdem applicandum, finemq; inde conſequendum, pertinent. 9. 26.

ULtima verba ſuis obſignaturus JESUS,
Suſtulit in cœlum ſanctiſſima lumina, dicens.
O Pater! hora venit, venit hora: mihi effice, quæſo,
Ut tuus in clarâ cernatur luce refulgens[a]
Filius, & pariter dignè tua Numina pandat.

2. Sci-

(o) *Eſa. LXVI, 24. 2. Theſſal. I, 6. 8, 9.* (p) *ibid. v. 3... 12. Hebr. X, 24, 25.*

PARALLELISMUS CARMINIS VII.

(a) *Pſ. VIII, 7. Matth. XI, 27. XXVIII, 18. Joh. III. 35.*

2. Scilicet huic à Te donata est cuncta potestas [c],
Carnis in humanæ genus omne; ut, quicquid eorum
Sorte datum accepit, vitâ sine fine coronet.
3. Atqui hæc vita æterna: Deum, ludibria contra [b],
Te solum [b] agnoscant verum, quemque ipse medentem
Misisti, *Jesum Christum*, mortalibus ægris.
4. Gloria tu cœli ac terræ; talem, ecce! docendo
Te, Pater, exhibui, notum hâc telluris in orâ:
Atque opus exegi, me quod patrare volebas;
5. Ceu donum, mihi dulce [c], tuum. Nunc Tu Pater, oro,
Jactatum in tenebris [d], rursum me amplectere totum,
Corpore qui dudum fracto in Crucis immolor arâ:
Indue apud Te ipsum nunc me splendoribus illis,
Quos habui tecum [e], nullus quum mundus hic esset.
6. Nominis alma tui patefeci arcana medullis
Horum hominum, mihi quos proprios ex orbe dicâsti.

Sunt tibi, erantque tui: sed tu mihi, more parentum [f],
Cedere eos, gaudes. Non isti fallere nôrunt
Jussa, tuum firmo servantes pectore verbum.

(b) 1. *Cor. VIII, 5, 6.* BASILIUS, l. IV. contr. Eunom. Unus & Solus, *de DEO in Scripturâ, non ad distinctionem Filii aut Spiritûs Sancti, dicuntur; sed adversus eos, qui Dii non sunt, falsò autem appellantur.* (c) *Joh. IV, 34.* (d) *Joh. I, 5. XII, 35. 46.* (e) *Hebr. I, 3.* (f) *Joh. XX, 17.*

7. Jamque sciunt, à Te quòd sint, quæcunque dedisti
8. Tu mihi. Nam, mihi quæ dederas pulcherrima dicta,
Tradita sunt: læti quæ percepêre [g]; tenentes
Notitiâ verâ [h], me â te exivisse, paterno
E gremio; ac certo Vatum solamine docti
Credentesque, in humum tua me promissa tulisse.
9. Mitto preces ad te pro sic credentibus orbis.
Non jam [i] pro mundo [j], Genitor, mea vota laborant:
Pro grege, quos donas [k], oro; pro gente tuorum.
10. Quin mea quæque tua, & tua sunt mea quæque vicissim [l]:
Gloriaque alta, & honor meus, inflammavit eosdem.
11. Haud versabor ego posthac ante ora nocentum;
Quos inter remanent soli [m]: cœlestia ad ora,
Ad te festinans, venio. Pater Optime, Sancte [n]!
Luce tui oblatâ succensos, deinde tuêre,
Confirmaque: mihi sanctâ hac quos lege sacrâsti,
Unum animo qui sint [o]; numen nos ut sumus unum [p].
12. Quando fui cum ipsis corruptæ gentis in ævo,
Præ-

(g) *Joh. I, 12.* (h) *Eph. IV, 20, 21. Philipp. III, 10. 1. Joh. III, 6. V, 20.* (i) *Esa. LIII, 12. Luc. XXII, 32. XXIII, 34.* (k) *Joh. VI, 37. 39.* (l) *Joh. XVI, 14, 15.* (m) *Matth. XXVIII, 20. Joh. XIV, 18, 19. XVI, 22, 23. 33.* (n) *1. Petr. I, 15, 16.* (o) *Rom. XII, 16. 1. Cor. I, 10. XV, 11. 2. Cor. XIII, 11. Gal. II, 9. Eph. IV, 4. 13.* (p) *Joh. X, 30. 38. XIV, 10, 11.*

Præsentes patrio stabilivi in nomine [q] præsens.
Custodita vides tibi pignora: nemo relictus
Illorum ex numero periit [r], nisi filius ille
Exitio [s] dignus; ne quâ Scriptura [t] vacaret.
13. Ecce autem, propero nunc ad te: extrema profatus
In solo ad undenos; completa ut gaudia semper,
Gaudia, quæ mea sunt [u], habeant cum pace [u] perenni.
14. Mentibus his tua ego, commissa fidelibus, apto
Ore ministravi responsa: at futilis ætas
Funditus odit eas; quoniam vestigia nulla
Moribus è terræ pravis traxêre, perinde
Ac ego pollutæ sum consuetudinis expers [x].
15. Nec rogito, ut tollas, humanâ ex fæce, foventes
Spargentesque salis divini semina passim:
Vindica eos, servans sceleratâ è peste malorum;
Spiritus ille malus ne quem, aut malus auferat error [y].
16. Mundum isti haud spirant: ut ego nil debeo mundo [x].
17. Unica vera, tua est, virtus: tuus unica sermo
Vera scaturigo sancti omnis, & omnis honesti [z].
Fonte hoc perfundas præcordia fida piorum,
Fla-

(q) *Act. IX, 27. Apoc. II, 3.* (r) *Joh. XVIII, 9.* (s) *2. Thess. II, 3.* (t) *Ps. LXIX, 26. 29, 30. CIX, 8. 17, 18. Act. I, 20.* (u) *Joh. XV, 9. 11.* (u) *Joh. XIV, 27.* (x) *Joh. VIII, 23. XV, 19.* (y) *1. Joh. II, 13, 14. V, 18, 19.* (z) *Joh. VIII, 31, 32. 40. 46. XIV, 6.*

Flagito; ut emineant ſancti [a] de flumine vivo.
18. Ad mortale genus ſicut, me mittere [b], viſum
Eſt tibi; ſic miſi, miſerando è ſanguine lectos,
19. Mortales ad idem. Meque ipſum conſecro ſanctum [c]:
Victima ſancta adſum; me, me ſuper omnibus illis
Offero [c]; ne vitæ mortisque in cardine quidquam
Defuerit meriti, cur non ſanctiſſima veri [d]
Excipiant elementa ſibi, interiusque recondant
E verbo; verùm, ut condendum ſanctius inde
20. Progenerent ſeclum. Neque enim ſolummodò paucis
Fata benigna precor; ſed juxtà, quotquot eorum
Doctrinæ ductu fidei me ardore ſequentur:
21. Nempe, ut inexhauſto ſtudio mens omnibus una [e]
Inſideat; veluti lætamur ſimplice nexu,
Tu Pater intra Me omnipotens, atque in Te Ego
Natus;
Ut ſimili vinclo, experti cœleſtia dona,
Sint maneantque unum in nobis [e]; utque incola terræ
Explo-

(a) *ſup. 11. Joh. XV, 2, 3. Eph. V, 26. Apoc. XXII, 11.* (b) *Eſa. LXI, 1. Joh. XX, 21. 1. Cor. V, 20. Eph. VI, 20.* (c) *Pſ. LXXXVI, 2. Joh. X, 36. Hebr. IX, 14.* (d) *Hebr. II, 9, 10, 11. X, 14.* (e) *Act. IV, 32. Rom. XII, 5. Eph. IV, 3.* ATHANASIUS, orat. IV, cont. Arian. *Non eſt dictum; ut ſint in te unum, ſicut ego in te unum ſum; ſed, ſint unum in nobis, ſicut ego in te, & tu in me: ut oſtenderetur, quòd Pater & Filius ſint unum per naturam, noſtra autem unio ſit per gratiam.*

Exploratum habeat, quòd tu me in munia mittas *f*.
22. Tum jubar *g* his etiam, quo me radiare jubebas,
Confero: facta meæ, quippe, & miracula *g* dextræ
Æmula; &, inter se nostrâ coalescere flammâ
Uniti ut valeant, ut nos existimus unum *h*.
23. Talis ego in membris habitans effundor amatis,
Tuque in me totus: sic consummantur *i* in unum;
Cognoscentque alii *k*, quali digneris amore *l*
Uno eodemque mèos, me quo Tu in secula legas,
24. O Genitor! mihi quos, quibus & cœli annuis arcem,
Muneris esse tui *m*, fateor: si, velle, licebit,
Me quidquam; hos *n* equidem mecum, volo *o*, semper, & unà
Esse, ubi sum *p*. quia nam mecum tot funera passi,
Præsidioque meo freti, virtutibus ornant
Acceptum decus & vires, divinitus hausta:
Conspicienda quoque est tandem victoribus illis
Gloria *p* cœlorum mea; quam fastigia nusquam
Terrarum attingunt, mihi quam das atque parâsti.
Tanta Tibi in me uno fuit una æterna voluptas

(f) *inf.* 23. *Joh.* XIII, 35. (g) *Joh.* III, 22. 35. XI, 40. (h) *Johan.* X, 38. (i) 1. *Joh.* IV, 17, 18. *Hebr.* XI, 40. XII, 23. (k) *conf. sup.* 21. (l) *Joh.* III, 35. X, 36. 42. (m) *sup.* 2. (n) *conf. sup.* 20. (o) *Marc.* X, 35, 36. (p) *Joh.* XII, 26. *Rom.* VIII, 17.

Antè, globi ingentis quàm fundamenta locares [q].
25. Juſte Pater, mundus nec Te cognovit [r]: at ecce!
Novi ego te; & nôrunt hi, quem me emiſeris autor [s].
26. Horum corda tuum docui venerabile nomen:
Idque iſtis porrò ſatis explanare [t] colendum,
Ardeo; ut hinc ignis, quo Tu Me diligis unum
Unicè ab æterno, ſit radicatus in ipſis [u];
Simque ego fundatus Sancto Spiramine in iîsdem [x].

Suſpirium animæ fidelis, in hanc CHRISTI precationem.

En, *Triados* Sanctæ myſteria! Fac, Pater alme,
In me ita ſit Chriſtus Jeſus cum Flamine ſancto!
Fac, ut cognoſcam Tua, quæ ſunt Numina Chriſti!
Da, DEUS, ô da me Chriſto [y]! quem Tu aſpice, & audi
Orantem pro me! da, mente capeſſere pronâ
Illius atque Tuum verbum! da, Sanctus ut inſit
Spiritus ipſe mihi, Chriſti è ſermonibus, alto
Pectore & ore ſatis; monſtretque, evadere mille
Et Satanæ & mundi inſidias, atque unius Agni
Cre-

(q) *Matth. XXV, 34. Eph. I, 4.* (r) *1. Joh. II, 4. IV, 8.* (s) *Joh. XVI, 30.* (t) *Luc. XXIV, 45, 46. 49. Johan. XVI, 12, 13, 14, 15. Act. I, 3. IX, 15. XXII, 21.* (u) *Eph. III, 17. 1. Joh. IV, 9. 16.* (x) *Joh. XIV, 21. 23.* (y) *Joh. VI, 37. 39.*

Credere mille tui meritorum pondera, & Ejus
Admirari apices [z]: ut sic perducar in unum,
Viscera viscеribus Christi concordia reddens [z]!

CARMEN OCTAVUM.

IN DIEM PARASCEVES.

Ut peccati pœna, in Passione Domini, est maximè horribilis; ita non minùs culpa omnis, tanquam caussa, & deploranda & fugienda est.

SCAZON.

ATtolle vultûs, obstupesce Peccator!
Laborat, ecce! in morte fixus horrendâ,
JESUS, Tonantis gnatus, & tui Vindex.
Non ille crimen perpetravit infandum,
Percussor ut de factione Barabbas:
Nil iste, nil orsus mali, nihil fecit [a].
At ecce, portat quale pondus & quantum!
Hesterna lux pallens maligna Latronum
Consulta nigrum distrahebat in tempus;
Primordia, heu! ne cerneret nefandorum.
Nunc, quando rursus sol equis fatigatis

(z) *Eph. III, 17, 18, 19. Philipp. II, 9. III, 8, 9, 10. &c.*

PARALLELISMUS CARMINIS VIII.

(a) *Luc. XXIII, 22, 41. Joh. XIIX, 38. XIX, 4, 6.*

Suprema ſcandit; quando plenus effundit
Vitale donum, neſciens, ſe ubi abſcondat,
Obire cùm Solem videt Creatorem;
Involvit atris nubibus caput ſacrum [b],
Ut terra cum ponto atque Olympus horreſcant.
Dic, ille portet quale pondus & quantum!
Noctis per horas, quæſtionibus pravis
Plagam inſerens [c], infeſta turba deluſit
Regem & Prophetam maximum, & Sacerdotem.
Dictu tremendum! per flagella ſervorum,
Gentilium per ſputa, miſſa in os ſanctum,
Per tot cruentos aſperæ necis tractûs,
Ràptavit ipſum grex ſacer ſacerdotum [d]:
Regnator immortalis ut nec humanam
Homo ampliùs formam gerens, neque apparens
Mortalis, eſſet mortis horror & pallor [e].
Dic, quæſo, portet quale pondus & quantum!
Affigitur Rex optimus crucis trunco,

Na-

(b) *Matth. XXVII, 45. Marc. XV, 33. Luc. XXIII, 44, 45.* AUGUSTINUS, de Civit. D. l. III. c. 15. *Solis defectio eſt, cùm Dominus crucifixus eſt crudelitate atque impietate Judæorum. Quam ſolis obſcurationem non ex canonico ſiderum curſu accidiſſe, ſatis oſtendit, quod tunc erat Paſcha Judæorum: quod plenâ lunâ ſolenniter agitur. Regularis autem ſolis defectio, non niſi lunæ fine, contingit.* (c) *Joh. XVIII, 22.* (d) *Matth. XXVI, 67. XXVII, 28, 29, 30. Luc, XXII, 63. &c.* (e) *Joh. XIX, 5.*

Natura quem fœtum edidiſſe complorat.
Ah! pendet inter Regiam Patris ſummi,
Imamque tellurem, hoc malo fatiſcentem:
Nec maluit, nec velle maluit ſolvi *f*.
E corpore omni liquitur Dei ſanguis *g*:
Jamque ante finem, ſe ſitire *h*, proclamat;
Jamque oppetit, præ mole verticem inclinans *i*.
Dic ergò, portet quale pondus & quantum!
Si nulla novit crimina ipſe per vitam,
Evangeliſtæ teſtimonio ut fatur:
Veſtrûm quis ullo me arguet vel errato *k*?
Virente ligno extrema fata perpeſſo,
De ſemper areſcente vite quid fiet *l*?
Quàm ſæva magni dextra Numinis, Natum
Quæ ſic premit; Natum, ſalutis autorem,
Natum ſuæ, quem & ſanctitatis exemplar
Commendat orbi, comparem voluntati *m*!
Quisnam hic ferox hunc, filium obſecundantem,
Cingit furor? virtusné mitis irritat
Iram paternam; ac ſi Pater, paternorum
Morum immemor, ſit lenitatis oblitus,

(f) *Matth. XVI, 23. Marc. VIII, 33. Luc. XXII, 51. Joban. XVIII, 11.* (g) *Act. XX, 28.* (h) *Joh. XIX, 28.* (i) *Joh. XIX, 30.* (k) *Johan. VIII, 46.* (l) *Luc. XXIII, 31.* (m) *Matth. III, 17. XVII, 5. Luc. IX, 35. 2. Petr. I, 17.*

Severitate in Veritate [n] abutatur?
Vel tu, putas si indigna dicta, dic: Gnatus
Quid inclytus fert tale pondus & tantum?
Attolle vultûs, ingemisce Peccator!
Peccata sunt. peccata nulla, respondes,
Commisit [o]. ergò te intuere tu totum,
Qui totus horres pravitate pollutus.
Aut portat ille ex se mala; aut, reportavit
Tormenta pro te, bajulans tuas sordes [p].
Haud tolle vultûs: erubesce Peccator!
Omisit is nullum genus ferendorum,
Omissa ob ipsa mille nostra mactatus [q].
Si tu profundâ mente, Protoplastorum
Primum nefas, cum labe, quâ laboramus,
Intra tuum pectus sinumque vestigas:
Demitte frontem, atque exsecrare peccatum [r].
Necis sit umbra, ac sit tibi Cruci affixum!
Sed tolle vultûs: acquiesce Peccator!
Hæc cuncta, quæ divina vulnerum lustras,
Delicta delent omnia, & graves noxas [s];

Si

(n) *Joh. XIV, 6. Eph. IV, 20, 21.* (o) *Esa. LIII, 9. 2. Cor. V, 21. 1. Petr. II, 22.* (p) *Es. XLIII, 24. LIII, 5.* (q) *Esa. LIII, 5, 6, 7. 1. Petr. II, 24.* (r) *Rom. VI, 21. Philipp. III, 19.* (s) *1. Petr. II, 24, 25. 1. Johan. I, 7.*

Si te, dolentem, pœnitere culparum,
Spectaverint, gaviſa cum ſuis rivis.
Attolle palmas, ora, corda, Peccator!
Perſolve grates: cernis & triumphantem
Hunc mortuum. namque ipſe, vinculis ruptis
Ni ſurgeret, noſtrum Caput; nihil poſſet
Nos, membra, cœlorum juvare conatus [t].
Aſt, eja, lethum is vicit: en! polum ſcandit.
Attolle plantas, ut ſequare, Peccator,
Peccata vitans! quale pondus & quantum [u]!

CARMEN NONUM.

DE VERBIS SEPTEM IN CRUCE.

Annunciant; conſummatum eſſe opus redemtorium: *recluſum aditum ad remiſſionem peccatorum, ac vitam æternam; non relictum iri, in Chriſto qui juſtitiam ſitiat, hujusq; particeps, DOMINUM ſequatur, in vitâ ac morte Ipſi commendans ſpiritum.*

EPOS.

QUis ſubitus pallor tibi, Sol? tremefactaque Tellus [a],
Unde

(t) 1. Cor. XV, 14. 17. (u) Pſ. XXXVIII, 5.

PARALLELISMUS CARMINIS IX.

(a) Matth. XXVII, 45. 52. Marc. XV, 33. Luc. XXIII, 44. 45.

Unde quies turbata tibi? Haud impunè videtis,
Autorem proprios artus deponere veſtrum!
Quando DEI hauſiſtis moribundi innoxia verba,
Quæ vobis requies, quæ lux ſupereſſe valebat?
Auribus & cœli & terræ digniſſima dicta,
Quæ Crucis è trabibus manſueto fudit ab ore
Filius æternus, JOVÆ mediator & Orbis;
Talia ſunt. Pater, ô! miſeris ſæva auſa remitte:
Ignorant, quid agant [b]! Tuque ô confide, priora
Qui mala jam defles: hodiè Paradiſus [c] habebit
Te mecum! At genitrix, Joannem reſpice natum;
Tuque tuam matrem [d]! Poſt hæc tria; mi Deus, inquit,
Mi Deus, ob quam me cauſſam ſinis eſſe relictum [e]?
Cur me aliena premit pœna hæc? Qua voce jubemur,
Indagare mali fontem; qui nullus in ipſo,
Quique ſub humano quærendus crimine totus.
Sed, benè; dum quintò Vindex proclamat amorem:
Me ſitis exurit! noſtram ſic ille ſalutem
Ardebat ſitiens [f]. Quam ſe quum nôrit adeptum
Omni-

(b) *Luc. XXIII, 34.* (c) *Luc. XXIII, 43.* (d) *Joh. XIX, 26, 27.* (e) *Pſ. XXII, 1. Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 34.* (f) *Joh. XIX, 28. Matth. V, 6.* AUGUSTINUS, Homiliarum L, 23. *Eorum fidem ſitit, pro quibus*

Omnibus obſequiis; ſolantia triſtibus addit:
Conſummatum[g] opus eſt, patiendi fasque nefasque!
Et tandem: Pater, ecce! tuis jam traditus ulnis
Spiritus eſto meus[h]: quem, ſole ſoloque vidente,
Tertia lux reddet. Jamque, an non iſte, receptus,
Exhibuit pacem[i]? Nunc ergò, Terra, quieſce!
Nunc, Sol, perpetuo lætus ſplendore coruſca!

CARMEN DECIMUM.
SUPER IISDEM.

Quandoquidem Filius Dei ſe totum declarat hoſtiam pro nobis, hoc ipſo nos ſibi totos redimit: unde ingratiſſimi ſunt, qui ſe non gerunt DOMINO in ſolidum mancipatos.

ELEGIA EUCHARISTICA.

CHRISTE! omnes ſcelerum pœnas expendis, ut AGNUS,

ſanguinem fudit. — Dominus mulieri Samaritanæ dixit: Sitio. *Quid eſt, ſitio? Fidem tuam deſidero.* In Pſ. LXII, 2. *Ipſum deſiderium, ſitis eſt animæ. Et video, quanta deſideria ſint in cordibus hominum! Alius deſiderat argentum, alius poſſeſſiones, alius hæreditates, alius amplam pecuniam, alius multa pecora, alius domum magnam, alius uxorem, alius honores, alius filios. Videtis deſideria iſta, quomodo ardent in cordibus hominum! Ardent omnes homines deſiderio; & vix invenitur, qui dicat:* Sitivit tibi anima mea! (g) *Joh. XIX, 30.* (h) *Luc. XXIII, 46.* (i) *Joh. XX, 19. 21. 26. Act. X, 36.*

Tu noſtras [a]: contrà, vox tibi nulla; ut OVI [b].
Verbera pro nobis, JESU! quàm dira tuliſti;
Vulneribus quantis horrida fata necis!
Verba ſed è placido quàm mitia corde fluebant [c],
Quum, patiens, lueres crimina, & alta ſilens!
De cruce ſuſpenſus, das ultrò hæc *prima:* Remitte!
Dira remitte illis, quæ meruêre, Pater!
Tam bonus interpres, vasque ipſe; ut ſcire, negâris,
Hoſtes, ſe tantum perpetuare malum [d].
Tu fanda, infanda, ah, mea nota, ignota, Redemtor!
Elue ſic etiam, ut nulla nocere ſinas.
At, priùs ignoſcens aliis, fac, devia plorem:
Ne Nemeſis nequeat dedidiciſſe faces [e].
Dicta *ſecunda*, vocant latronem: Haud ambige, dico;
Mecum hodiè capiet te paradiſus [f] amans.
Unde huic emicuit lux tanta in mente ſerenâ,
Pectore mutato qui tua regna cupit?

Non

PARALLELISMUS CARMINIS X.

(a) *Joh. I, 29. 36.* (b) *Eſa. LIII, 7.* (c) *Eſa. LIII, 12. 1. Petr. II, 22, 23. Ebr. V, 7. XII, 24.* (d) *Luc. XXIII, 34. Eccleſ. IV, 17. Actor. III, 17. 1. Cor. II, 8. 1. Timoth. I, 13.* (e) *Matth. XVIII, 35. Marc. XI, 25, 26.* (f) *Luc. XXIII, 43. 2. Cor. XII, 4.*

Non istum exemplar Procerum, maledicta profana,
Nec crucis æqualis sors remorata diu.
Lumine, quæso, tuo & mihi toti illabere, JESU!
Tu mihi, tu solus, tu Paradisus eris.
Tertia solantur Matrem [g]. Tibi filius, ecce!
O mulier: puer, en! quæ tibi habenda parens.
Joanni cura hæc, ô terque quaterque beato,
Imposita est; Genitrix ut minùs orba foret.
Hinc, ardente oleo, centumque haud uritur annis [h],
Mandati quarti quem datus ambit honor.
Sic, DOMINE, & servas, & servos, provehis omnes
In melius. Fidum me tibi redde, precor!
Quarto exclamâsti, post tres caliginis horas [i];
Infernique trucis millia tela ferens:
Mi DEUS, ô DEUS, ô mi cur me in morte relinquis,
Unigenamque tuum deseruisse potes [k]?
Unum hoc asperius visum, quod mollius omni est:
Non Patrem incusat, qui se, ait, ire vadem.

(g) *Joban. XIX, 26, 27.* (h) *Vid.* EUSEBII Hist. Eccl. *l.* III. c. I. XIIX. XXIII. (i) *Luc. XXIII, 44.* (k) *Ps. XXII, 1. Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 34.*

Obsecro: si teneor propter mea debita; sponsor
Tunc ades his meritis, ut tibi solvar ego.
Me sitis [l] excruciat! Fuit hæc postrema querela,
Ac eadem tibi vox, ordine *quinta*, Crucis.
Quid, Fons vive, sitis? nempe, ut discamus; in imis
Renibus, ob nostros, te doluisse, dolos.
Quid, Fons vive, sitis? nostram tu nempe salutem:
Quem tua & alma fames suevit amare cibum.
Quid, Fons vive, petis? nempe, ut sitiamus, amores
Audire, & pleno sumere corde, tuos [l].
Est consummatum [m]! *sextò* addis; bina priora
Postquam, Davidis signa, dedêre notam.
Verum est: nil restat, quod passurum esse, canebant
Fata, DEUM: plaudit libera nostra Fides.

Huc

(l) *Ps. XLIX, 22. Joh. XIX, 28. Ps. XLII, 3. Joh. VII, 37.* (m) *Joh. XIX, 28. 30.* CHRYSOSTOMUS, in Joann. homil. 84. Posteà sciens Jesus, jam omnia esse consummata: *hoc est, nihil eorum, quæ dispensanda erant, restare. Studuit enim, demonstrare, mortem hanc fuisse novam: siquidem in potestate morientis erat, ne, priusquam ipse vellet, & omnia impleta essent, moreretur. Ideò dicebat Joh. X, 18.* Potestatem habeo, ponendi animam meam, & potestatem habeo, iterum sumendi eam. *Sciens ergò* omnia consummata, *ait:* sitio. *Etiam hoc verbo prophetiam implens,*

Huc curſus fuit. huc tendebant omnia; nobis
Nuncius ut ferres tam bona, Victor ovans [n].
Hæc mala, quæ toleras, bona ſunt verè unica: quorum
Viribus, omne malum me ſuperare, doce!
Denique commonſtras, quæ ſit fiducia: cujus
Tramite, nos deceat, te ſuper aſtra ſequi.
Septima namque addens; magno clamore triumphas [n],
Atque, tubæ ritu, claſſica noſtra cies.
Spiritus humanus, mihi quem Pater ipſe dediſti,
Ecce! tuis manibus traditur [o] ore volens.
Nullum Heroa unquam Sol ſic vitam edere vidit:
Diſcipulum at ſimilem Tu tibi, CHRISTE, paras.
Septem ſpirituum [p] donis, hæc Ultima ſeptem,
O JESU! ſemper me meminiſſe, juva.
Oro. Remitte hoſti, atque mihi! Paradiſus inerret
Senſibus! Auxilio ſim tuus uſque tuis!

(n) *Luc. XXIII, 46.* (o) *Pſalm. XXXI, 6. Luc. XXIII, 46. Actor. VII, 59.*
(p) *Apoc. I, 4.*

Fer, desertus, opem! Sitienti, suggere vires!
Incrementa auge! Spiritus esto meus!
At, Tibi quam, pro me morienti, destino laudem q?
Laus tua res meritò est imperiosa mihi.
Ferre triumphales circum tua tempora lauros,
Non licet: officium hoc præstitit Aula PATRIS.
Stat; vitam mortemque, extrema per omnia, soli
Ferre Tibi r, & grato pectore thura precum.
Stat; mentem s spirare Tuam, semperque fovere:
Stat, verbis septem consona verba loqui t.

(q) *Apoc. V, 12, 13.* (r) *2. Corinth. V, 15, 16.* (s) *Rom. VIII, 9. 1. Corinth. II, 16. 1. Joh. V, 20.* (t) *Eph. IV, 29. — 32. 1. Petr. II, 21, 22, 23. Hebr. XII, 1, 2, 3.* conf. ARNDT. de Vero Christ. lib. II. c. 19. 29.

IN-

INDEX
RERUM & VERBORUM.

A.

Abaddon. Pr. XV, 11. XXVII, 20.

Abnegatio. Pr. I, 33. XIII, 19. fructus, sapientia. 20. XVI, 8. 32. e. f. vid. Fortitudo. abnegatio sui ipsius. XIX, 21. (b). naturæ. Eccl. I, 18. (x). conjuncta cum abundantiâ. II, 6. (o). III, 22. imitatio Christi pauperis. IX, 15. (h). præstari nequit sine precibus. XII, 14. z, &c. Carm. I, l, s, t. cum benedictione. u, x. &c. (a) sec. Christi exemplum. (b) sec. m, n. &c. V, h sec. i, r, s. u, x. redemtionis fructus. X, argum. r, s, r.

Abominandus, homo perversus. Pr. III, 32. c (c).

Abortus. Eccl. VI, 4. 6.

Abusus, mediorum. Pr. XVII, 16. (c). dictorum. XXVI, 7, 8, 9. bonorum. XXVII, 7. rationis. Eccl. III, 18.-- 21. cultûs divini. IV, 17.

Academia, cives, cultores Christianæ fortitudinis. Carm. I, a sec. &c. veram salutem quomodo quærant. ib. g sec. III, n sec. diversa studia. V, p. u sec, &c. VI, g sec.

Acedia. Pr. XXII, 13. (x). vid. Pigritia.

Acies. vid. Exercitus.

Actio forensis, non facilè ineunda. Pr. XVII, 14. XVIII, 17. XXV, 8.

Adiaphora, quomodo fiant peccata. Pr. XXI, 4. s (s).

Adminiculum, sapientiæ; crux. Pr. IV, 12, 13. Eccl. IV, argum.

Adulatio, inimicitia. Pr. XXVII, 14. l (l). vid. Blandimenta. mox invisa. XXVIII, 23.

Adulterium. Pr. II, 16. vid. Peccata adversus præceptum VI. quanta stultitia. VI, 24. 32.--35. VII, 19. XVIII, 22. XXIII, 27, 28. XXX, 20.

Ædificatio. Pr. IX, 1. &c. XI, 29, 30. XIV, 1. spiritualis. XVI, 21. --24. XXI, 17. Carm. VII, x, y. naturalis. Pr. XXIV, 3, 4. 27. XXX, 26. XXXI, 21. vid. Domus. Eccl. II, 12. III, 3.

Ægrotus. vid. Medicina.

Æmulatio, mala. Pr. III, 31. X, 18. XXIII, argum. 17.--19. vid. Exempla mala. XXIV, 1. 19. bona. Eccl. I, 3. (g).

Æni-

Ænigma. Pr. I, 6. o (o). conf. XIV, 6. u (u). Eccl. XII, 9. (z) 11. f (f) (k).
Affectus, pravus: vid. Concupiscentia. bonus: vid. Conscientia recta. Affectuum communio, qualis non detur. Pr. XIV, 10. concupiscibiles, irascibiles. Eccl. XI, argum. 7. -- 10. conf. Iracundia.
Agnitio experimentalis, sapientiæ. Pr. II, 10. IX, 9, 10. a (a). c (c). XII, 10. h (h). ex abnegatione, & consuetudine sapientium. XIII, 19, 20. damni. XIV, 10. benedictionis. 14. XVI, 21. -- 24. XVIII, 17. XXII, 19. XXVIII, 1, 2. q (q). XXXI, 18. d (d). & gratiæ. Eccl. V, 19. q. (r). aliorum miseriæ. Pr. XXIX, 7. erroris. Eccl. II, 1, 2. (d) 11. providentiæ. III, 11. suæ miseriæ. IV, 7. vid. Exploratio Vanitatis. V, 16. veritatis, necessaria. VI, 7, s (s). VII, 21, 22. quomodo fallax. II, 17. VIII, 14. amoris Dei. IX, 1. a. (c). XII, 9. Carm. V, a sec. x. VII, (g) (h). fundamenti salutis. ib. d sec. unionis spiritualis. ib. e. meritorum Christi. 2. peccati originalis. VIII, 1. Christi mentis. X, 1, s.
Agricultura. Pr. XXIV, 27. 30. &c. vid. Labor. Oeconomia. XXVII, 23. 26. &c. vid. Vinea. Hortus.
Alacritas. Pr. XV, 19. vid. Fortitudo.
Alienа mulier, adultera; &, quæcunque non tua. Pr. II, 16. V, 20. VI, 24. (k).
Altitudo. Pr. XXIII, 5. XXV, 3. XXX, 19. Eccl. VII, 24, 25. (u).
Amicitia; stulti, periculosa. Pr. XVII, 12. constans in adversis, firma. ib. 17. XVIII, 24. divitum, frequens, inconstans. XIV, 20. XIX, 4. 6, 7. iracundi fugienda. XXII, 25. æstimanda, non è jucundis, sed necessariis. XXV, 17. XXVII, argum. 6. consiliis apta. 9. observanda. 10. vicini certior, quàm consanguinei. ibid. commendatur. Eccl. IV, 9. -- 12. verè Christiana. ib. (z). Carm. VI, m sec. (m).
Amicus, fidelitatem meretur. Pr. III, 29. XI, 13. vid. Societas. Familiaritas. optimi, sapientes. XIII, 20. e (e). virtutis studiosi. XIV, 9. desertus. 20. XIX, 4. 7. divitum, unusquisque. ibid. infidelis. XXI, 10. amicus, non nimis frequenter conveniendus. XXV, 17. fidelis, objurgans. XXVII, 6.
Amor, pietatem quomodo perficiat. Pr. II, 10. (n). sapientiæ, necessarius. IV, 6. 8. etiam arguentis. XII, 1. sui, ordinatus. XI, 17. sui ipsius, inordinatus. XII, 15. XVIII, 1. proximi. vid. Charitas. Amicitia. Eccl. III, 8. amoris Dei sensus: vid. Agnitio experimentalis. Carm. V. s sec. a tert. &c. VI, i, k. x. d sec. g. (m). VII. u sec. x. com-

communis, unde? Dei, eminens. VI, m sec. (m). omnibus offerendus. ib. Christi, sitis. IX, f.
Angeli, præsentes. Pr. I, 17. Carm. V, b tert.
Ἀναμαρτησία, in nemine. Pr. XX, 9. (k). Eccl. VII, 20. (g). 29. (u) (x). Christi solius. ib. 28, 29. Carm. VIII, k, l. o.
Anima. principale ipsius ubi sedem habeat. Pr. IV, 23. (q). Eccl. II, 14. (h). immortalis. III, 21. XII, 7. r (r) (s). appetitum significat. Pr. XII, 10. XIII, 25. Eccl. VI, 3.
Antanaclasis. Pr. XIV, 24. (m). XXIV, 10. (q).
Apes. præsagiunt Ambrosii eloquentiam. Pr. XVI, 24. (h). prudentissimè laborant. XXV, 16. (s). regis observantissimæ. XXX, 27.
Apparitiones Christi post resurrectionem. Carm. II.
Aqua. vid. Fons. Mare. aquæ furtivæ. Pr. IX, 17. o. (q). naturalis. XXX, 4.
Aranea. Pr. XXX. 28.
Arbitrium liberum, servum. Pr. I, 32. non meretur fiduciam, siquidem fallax. III, 5. nullum. XX, 24. verè liberum, amissum. Eccl. VII, 29. (u). rude. XI, 5.
Arbor vitæ. vid. Vitæ lignum. Pr. XIII, 12. XV, 4.
Arcanum, non retegendum. Pr. XVII, 9. XX, 19. XXV, 9, 10. regum. ibid. 3. naturæ, multa incognita. Eccl. XI, 5.
Arius. Pr. XIV, 6. (u). Ariani, impudentes. XVIII, 3. (s). XXII, 28. (p). XXX, 11. (y).
Arma. Pr. XXI, 31. XXV, 18. (z). XXVI, 18.
Arrogantia, cum remedio. Pr. III, 7. XI, 12. XIV, 12. vid. Temeritas. Superbia. Philautia. XVI, 18. origo lapsûs. ibid. n (n). 25. plus audet, quàm par est. XIIX, 1, 2. p (p). XXI, 2. 24. insana. XXVI, 12. sæpe comes ejus iguavia. 16. vid. Laus sui ipsius. imprudens. XXVIII, 11. detestanda. XXX, 2, 3. 12. vid. πολυπραγμοσύνη. Eccl. II, 21. VII, 16. Carm. V, (o) sec.
Artificialia. vid. Physica.
Ascensio Christi. Carm. II, (a) tert. (h). VIII, t. -- u.
Assiduitas. vid. Industria. Constantia. Eccl. I, 17. X, 10. (u).
Astutia serpentum. Pr. XXII, argum. 3. Eccl. X, 1. (a).
Athleta, Christi. Pr. XVI, 32. (e). vid. Lucta. Hostes spirituales.
Attentio, practica. Pr. IV, 1, 2. 5. vid. Obedientia. publica. Eccl. IV, 17.
Avaritia, noxia. Pr. I, 19. XI, 24. 26. (u). XV, 16, 17. (x). vid. Quæstus. Festinatio affectata. XXIII, 4. irrita. 5. illiberalis, livida. 6, 7, 8. XXVIII, 8. 20. 22. dum fugit

git egestatem, attrahit. ib. argum. obstat benedictioni. 27. hirudo. XXX, 15, 16. (m). Eccl. II, 26. (q). ærumnosa. IV, 8. inexplebilis. V, 9. 12. (e). 13.--16. pœna peccatorum. VI, 2, 3. (c). Carm. II, (u).

Audacia. vid. Temeritas.

Audire, h. e. obedire. Pr. II, 2. (c). XX, 12. p (p). vid. Attentio. Obedientia. Auditor, profanus. Eccl. IV, 17. Auditus, insaturabilis. Eccl. I, 8.

Augustus, Cæsar: felix, infelix. Carm. I. timidus. (z).

Avis. Pr. I, 17. XXVI, 2. XXVII, 8. XXX, 17. 19.

Aula. Pr. XXII, 29. XXIII, 1. XXXI, 4.--9. Eccl. II, 4. &c. IV, 14. 16.

Αὐθάδεια. vid. Arrogantia. Philautia.

Αὐτάρκεια. vid. Contentus suâ sorte animus. Eccl. IV, 6. V, 11. VI, 2, 3. 9.

